Teſtudines mirę magnitudinis vide xxxvi.
Tygris vn̄ hēat ortū vide. xxxvii
Thracum mos in dierum ſignatione xlvi.
Thoas a dracōe liberatus. lii.
Tauri dimicaturi qd faciāt. lvii.
Teſtudinū ſupficies domorum. caſas tegentes lxi.
Tyberij oculorum acies lxxx.
Tyberius cōtra fulmen coro. geſtabat lauream cv.
Tempeſtatis futuræ varia ſigna. cxxxv.
Tuſcia veſtalis aquam in cribro hauſit cxciiii.
Tullius hoſtili⁹ extinctus. cxcv.
Talpę cor diuinatiōi p̄deſt. ccxi
Talpę ſanguine ſymphati reſipiſcunt ccxiii.
Torquatus gallum vicit. ccxxvi.
Turris in pharo inſula ccl.

De littera. V.

VAriorꝫ diuerſa nuia. j.
Vn̄ lunę macula proueniat. ij.
Varia cometarū genera fo. iiii
Ventorum rō & noia. fo. vi.
Vulſcinij opidū fulminatū. vij.
Vndecim italię regiones xv.
Vmbri italię antiquiſſimi. xviij.
Veneti a troianis orti xix.
Vitri in ſydone inuentio xxix.
Viri q ſine medullis fuere xliiii.
Vn̄ mos fluxit apud ro. cadauera concremandi. xlix.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0039-4

DFG

# Tabula alphabetica.


Varia leonis exempla lii.
Vrſi quales ædunt partus. lv.
Vrſi caput inualidum. eodem.
Vipa ſola ſerpentum in terra conditur lvi.
Vituli vocati reſponſum dant. lxi.
Vniones duo celeberrimi in orbe lxiiii
Veſpertilio ſola volucrum animal pariens lacte꞉ ꝙ nutriens. lxxiij.
Veſpaſianꝰ primꝰ ī capito.cin.co.dicauit. lxxxix
Vitis fœcunditas. xcv.
Vinum ſanguis terræ xcvij
Vrtica contra cicutam clxi.
Vitis lachrima lepram curans vide clxiiij.
Vini genera clxv.
Varia ſigna terræ in reperiendis aquarum ſcatu꞉ riginibus. ccxvij.
Vranoſcopos piſcis oculum in capite hñs. ccxxiij
Varia piſcium genera ccxxv
Vitri prima inuentio ccliiii
Veneti a græcis eneti. cclvi.

¶De littera.X.

Xerxes a continente athona montem diuiſit. xxi.
Xerxes pontem ſuper mare conſtru꞉ xit. xxiij.
Xenophili valitudo. lxviij.

¶De littera.z.

zOroaſtres eodem quo natus eſt die riſiſſe dicitur xliiij
zoroaſtres .xx. caſeo vixit annis lxxxiiij.
zoroaſtres magicæ artis inuentor. ccx.
zenodorus ſtatuarius a nerone romam accitus ccxxxiiij.


Soli Deo laus honor & gloria.

FINIS.

¶CAII PLYNII SECVNDI VERONENSIS HYSTORIARVM MVNDI ελεγχοσ LIBRORVM OMNIVM.XXXVII.LIBER VNVS QVI PRIMVS.

¶Caius Plynius Secundus Veronenſis.T.Veſpaſiano Suo Salutem. PRAEFATIO.

LIBROS NATVRALIS HYSTORIAE NOVITIVM CAMOENIS
quiritium tuorum opus natum apud me proxima fœtura: licentiore epiſtola
narrare conſtitui tibi iucundiſſime imperator. Sit enim hęc tui præfatio veriſſi-
ma dum maximo cõſeneſcit in patre. Namq; tu ſolebas putare eſſe aliquid me-
as nugas Vt obiter moliam Catullum conterraneum meum. Agnoſcis & hoc ca
ſtrenſe verbum. Ille enim (vt ſis) permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fe
cit: q̃ volebat exiſtimari a vernaculis ſuis & famulis. Simul vt hac mea petulãtia
fiat: quod proxime non fieri queſtus es in alia procaci epiſtola noſtra: vt in quæ-
dam acta exeam. Sciantq; omnes q̃ ex æquo tecum viuat imperium. Triũphale cenſoriũ ius: tu ſex
tum conſul: ac tribunitię poteſtatis particeps. Et quod iis nobilius feciſti: dum illud patri pariter &
equeſtri ordini p̃ſtas: præfectus p̃torii eius omniaq; hæc reipu. Et nobis quidem qualis in caſtrenſi
contubernio? Nec quicq̃ mutauit in te fortunæ amplitudo in iis: niſi vt ꝓdeſſe tantũdem poſſes: vt
velles. Itaq; cum cæteris in venerationem tui pateant oĩa illa: nobis ad colendum te familiarius au-
dacia ſola ſupeſt. Hanc igitur tibi ĩputabis: & in noſtra culpa tibi ignoſces. Perfricui faciem: nec ta-
men profeci. Quando alia via occurris ingens. Et longius etiam ſubmoues ingenii facibus. Fulgu-
rat in nullo vnq̃ verius dicta vis eloquentiæ: tribunitiæ poteſtatis facundia. Quãto tu ore patris lau-
des tonas? Quanto fratris amas? Quantus in poetica es? O magna fœcunditas animi. Quẽadmodũ
fratrẽ quoq; imitareris excogitaſti. Sed hæc qs poſſet itrepidꝰ æſtimare? ſubiturꝰ ingenii tui iudiciũ
pręſertim laceſſitum? Neq; enim ſimilis eſt cõditio publicantium: & nominatim tibi dicantiũ. Tum
poſſẽ dicere. quid iſta legis ĩperator? Humili vulgo ſcripta ſũt: agricolarum/ opificum turbę: deniq;
ſtudiorum ocioſis. Quid te iudicem facis. Cum hanc operam condicerẽ: non eras in hoc albo. Ma-
iorem te ſciebam/ q̃ vt deſcẽſurum huc putarẽ. Præterea eſt q̃dam publica etiã eruditorum reiectio
Vtitur illa & M. Tullius extra omnem ingenii aleã poſitus. Et quod miremur per aduocatum defẽ-
ditur? Hęc doctiſſimum perſium legere nolo. Lelium decimum volo Quod ſi hoc Lucilius: qui pri
mus condidit ſtili naſum: dicendũ ſibi putauit. Si Cicero mutandum pręſertim cuꝫ de republi. ſcri-
beret: quanto nos cauſatius ab aliquo iudice defendimur? Sed hæc ego mihi nũc patrocinia ademi
nuncupatione. Quãplurimũ refert ſortiaꝛ aliquis iudicẽ: an eligat. Multũq; apparatus intereſt apd̃
inuitatum hoſpitem & oblatum. Cũ apud Catonẽ illum ambitus hoſtem: & repulſis tanq̃ honoribꝰ
ineptis gaudẽteꝫ: flagrantibus comitiis pecunias deponerent candidati: hoc ſe facere ꝓ innocentia:
quod in rebus humanis ſummũ eſſet profitebanꝛ. inde illa nobilis. M. Ciceronis ſuſpiratio. O re fœ-
licẽ. M. porci a quo rẽ improbaꝫ petere nemo audet. Cum tribunos appellaret. L. Scipio Aſiaticus
inter quos erat Gracchꝰ: hoc atteſtabatur: vel inimico iudici ſe approbare poſſe. Adeo ſummũ quiſ
q; cauſæ ſuæ iudicem facit: quẽcunq; eligit. Vnde prouocatio appellaꝛ. Te quidem in excelſiſſimo
humani generis faſtigio poſitum: ſumma eloquẽtia: ſumma eruditione p̃ditum: religioſe adiri etiã.
a ſalutantibus ſcio. Et ideo immenſa præter cæteras ſubit cura: vt quæ tibi dicantur condigna ſint
Verum & diis lacte ruſtici multæq; gentes ſupplicant: & mola tantum ſalſa litant: qui non habent
thura. Nec vlli fuit vitio deos colere quoq̃ño poſſet. Mę quidem temeritati acceſſit hoc quoq; q; le
uioris operę hos tibi dedicaui libellos. Nã nec ingeniis ſũt cappaces: qd̃ alioqui nobis pq̃ mediocre
erat. Nec admittunt exceſſus aut orationes: ſermoneſue: aut caſus mirabiles: vel euẽtus varios: non
alia iucunda dictu: ac legentibus blanda. Sterili materia reruꝫ natura: hoc ẽ vita narraꝛ. Et hęc ſordi
diſſima ſui parte: vt plurimarũ rerũ aut ruſticis vocabulis: aut externis: imo barbaris cũ honoris p̃fa
tiones ponẽdis. Pręterea intereſt nõ trita auctoribus via nec qua pegrinari aius expectet. Nemo apd̃
nos quidẽ q attentauerit. Nemo apud gręcos quivnus oĩa ea tractauerit inueniꝛ. Magna pars ſtudio
rũ amœnitates q̃rimus. Quæ vero tractata ab aliis dicunꝛ imẽſæ ſubtilitatis obſcuris reꝝ tenebris p̃
munꝛ: iã oĩa attingẽda q̃ græci τασ ε γκυκλο παιδειασ vocãt: & tñ ignota aut icerta igeniis facta
Alia vero ita multis prodita: vt in faſtidiũ ſint adducta res ardua: vetuſtis nouitatẽ dare: nouis aucto
ritatẽ: obſoletis nitorẽ: obſcuris lucẽ. faſtiditis gratiã: dubiis fidẽ: omnibus vero naturã: & naturę ſuę
oĩa: itaq; etiã nõ aſſecutis voluiſſe: abũde pulchrum atq; magnificũ eſt. Eqdẽ ita ſentio peculiarem
in ſtudiis cauſam eorũ eẽ: q difficultatibus victi vtilitatem iuuãdi p̃tulerũt graciæ placẽdi: idq; & in
aliis operibus ipſe feci: & profiteor me mirari Liuiũ auctorẽ celeberrimũ in hiſtoriarũ ſuarum quas
repetit ab origine vrbis: quodam volumine ſic orſum: Iam ſibi ſatis gloriæ queſitum: & potuiſſe ſe
deſinere: ni animus inquies paſcereꝛ ope. Profecto.n. populi gẽtiũ victoris: & Romani nois gloriæ
non ſibi cõpoſuiſſe illa decuit. Maius meritũ eẽt opis amore: nõ animi cauſa pſeueraſſe: & hoc Po.
Ro. p̃ſtitiſſe nõ ſibi. xx. milia rerũ dignarũ cura (Qm̃ vt ait Domitius Piſo Theſauros oportet eẽ nõ
libros) lectione voluminũ circiter duum milium: quorum pauca admodũ ſtudioſi attingũt ꝓpter ſe-

vel domitiã
Vel maxĩe
vel obiicere
moliar.
vel veranio-
lis ſuis & fa-
bulis
vel exeas
vel vt noſtra
exeant.
vel triumpha
lis & cenſoriꝰ
Sextumq;
vel facundiæ.
Aduerte de
tullii laude
prouerbiali.
vel manium
vel iuniũ con
gium
vel leliũ con-
gium
vel ideptis.
Adagium.
Vel apd̃ cãs
mirabiles.
vel expetet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0041-1
DFG

cretum materię:ex exquiſitis auctoribus centum:incluſimus.xxxvi.voluminib⁹ adiectis rebus plu
rimis:quas aut ignorauerant priores:aut poſtea inuenerat vita. Nec dubitamus multa eſſe quæ &
nos præterierint. Homines enim ſumus:& occupati officijs:ſubſiciuiſq; temporibus iſta curamus:
Ne quis veſtrum putet his ceſſatum horis. Dies vobis impendimus. Cum ſomnno valitudinem cõ
putamus:vel hoc ſolo præmio contenti ꝙ dum iſta (vt ait. M. Varro) muſſitamus:pluribus horis vi-
uimus. Profecto enim vita vigilia eſt. Quibus de cauſis atq; difficultatibus nihil auſo promittere.
Hoc ipſum tu præſtas quod ad te ſcribimus. Hæc fiducia operis eſt: hæc indicatura. Multa valde
præcioſa ideo videntur:quia ſũt templis dicata. Nos quidem omnes:patrem te: fratremq; diximus
opere iuſto temporum noſtrorum hyſtoriam orſi a fine Aufidij baſſi. Vbi ſit ea quæres:iampridem
pacta ſancitur. Et alioquin ſtatutum erat hæredi mandare:ne quid ambitioni dediſſe vita iudicare-
tur. Proinde occupantibus locum faueo:& poſteris:quos ſcio nobiſcum decertaturos ſicut ipſi feci
mus cum prioribus: Argumentum huius ſtomachi mei habebis:ꝙ in his voluminibus auctorum
nomina prętexui. Eſt enim benignum (vt arbitror) & plenum ingenui pudoris fateri per quos pro-
feceris:non vt plęriq; ex his quos attigi fecerunt. Scito.n.conferentem me auctores deprehendiſſe
adiuratiſſimis & proximis veteres tranſcriptos ad verbum: neq; nominatos. Non illa virgiliana
virtute vt certarent, Non Ciceroniana ſimplicitate qui in libro de rep. Platonis ſe comitem pro-
fitetur in conſolatione filiæ. Crãtorem inquit ſequor. Item panetium de officijs. Quę volumina eius
ediſcenda non modo in manibus habenda quottidie noſti. Obnoxij profecto amini & infęlicis inge
nij eſt deprehendi in furto malle: q̃ mutuum reddere. Cum præſertim ſors fiat ex vſura. Inſcriptio-
nis apđ græcos mira fœlicitas:κηριον inſcripſere Alij:κερας αμαλθειας vel vt lactis gallinacei
ſperare poſſis in volumine hauſtũ. Iã:ιακυανος παντεκται.ενΧειριΔιον λειμων πινακιΔι-
ον inſcriptiones ꝓpter quas vadimonium deſeri poſſit. Ad cũ intraueris dij deæq; q̃ nihil in medio
inuenies:Noſtri craſſiores:Antiquitatũ:exemploꝝ artiumq;:q̃ facetiſſimi lucubrationẽ. Vt qui ait
Bibaculus eraꝫ:& vocabula. Paulo nimis aſſerit. Varro in ſatyris ſuis ſuſtullit & flexibula. Apđ græ
cos deſijt nugari Diodor⁹:& bibliotheces hyſtoriã ſuã inſcripſit. Appion quidẽ grãmaticus hic:quẽ
Tyberius Cæſar cymbalũ mũdi vocabat:qm̃ publicę famæ tympanũ potius videri poſſet:ĩmortali-
tate donari a ſe ſcripſit:ad quos aliqua componebat Me vero non pœnitet nullum feſtiuiorẽ exco-
gitaſſe titulum. Et ne in totum videar græcos inſectari:ex illis nos velim intelligi:pingiq; conditori-
bus:quos in libellis his inuenies abſoluta opera: & illa quoq; quæ mirando non ſatiamur: pendenti
titulo inſcripſiſſe: Vt Appelles faciebat:aut Polycletus: tanq̃ inchoata ſemper arte & imperfecta vt
contra iudiciorum varietates ſupereſſet artificis regreſſus ad veniam: velut emendaturo quicquid
deſideraretur ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt:ꝙ omnia opera tanq̃ no
uiſſima inſcripſere:& tanq̃ aliquid ſingulis fato ſit ademptum. Tria non amplius (vt opinor) abſolu
tę quę traduntur inſcripta:ille fecit:qui ſuis locis reddam:quo apparuit ſummam artis ſecuritatem
auctori placuiſſe. Et ob id magna inuidia fuere omnia ea. Ego plane meis adijci poſſe multa confi-
teor. Nec his ſolis:ſed & omnibus quæ ædidi. Vt obiter caueam iſtos ομηρομαστικας Ita enim
verius dixerim q̃ vt audio ſtoicos & dialeticos & Epicureos quoq;. Nam de grammaticis ſemper ex
pectaui parturiri aduerſus libellos:quos de grammatica ędidi. Et ſubinde abortus fecere iam decẽ
annis:cũ celerius etiam elephanti pariãt. Ceu vero neſciam aduerſus Theophraſtum hominem in
eloquentia tantum:vt nomen diuinum inde inuenerit:ſcripſiſſe etiam fœminam:& prouerbium in
de natum:ſuſpendio arborem eligendã Non queo mihi temperare:quo minus ad hoc pertinentia
ipſa cenſorij Catonis verba ponam. Vt inde appareat:etiam Catoni de militari diſciplina commen
tanti qui ſub Africano:immo vero ſub hannibale didiſciſſet militare Et ne africanum quidem ferre
potuiſſet:qui imperator triumphum reportaſſet:paratos fuiſſe iſtos qui obtrectatione alienæ ſcien
tię famam ſibi accupantur. Quid enim ad te in meo volumine? Scio ego quæ ſcripta ſunt. Si palam
proferantur:multos fore:qui vitilitigent: Sed ij potiſſimum qui veræ laudis expertes ſunt. Eorum
ego orationes ſino præterfluere. Nec plancus illepide:qui cum diceretur aſinius Pollio orationes
in eum parare:quæ ab ipſo aut liberis poſt mortẽ Planci ędederentur:ne reſpõdere poſſet. Cum mor-
tuis inquit nõ niſi laruas luctari. Quo dicto ſic repercuſſit illas apud eruditos nihil ĩpudẽtius iudice
tur. Ergo ſecuri etiã contra vtilitigatores quos Cato eleganter ex vitijs & litigatoribus compoſuit.
Quid enim illi aliud q̃ litigant:aut litẽ quęrũt? Exequemur reliqua propoſiti. Quia vero occupatio
nibus tuis publico bono parcendum erat:quid ſingulis contineatur libris:huic epiſtolæ ſubiũxi. Sũ
maq; cura ne perlegendos eos haberes:operam dedi Tu per hoc & alijs p̃ſtabis:ne perlegãt:Sed vt
quiſq; deſiderauerit aliquid id tantũ quęrat:& ſciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit litteris no
ſtris Valerius Soranus in libris:quos εποπτιΔον ſcripſit Vale.

Vel nec fidu-
cia opis hæc
eſt:ſed indica
tura. vel vbi
ſit ea:quę iã-
pridem pera
cta ſancitur.
vel ꝓinde ve
ro occupanti
bus locum fa
ueo:ego vero
& poſteris.
vel ſpectare
vel facetiſſi-
me.
vel lucubra-
tionem puto
quia vt: vel
puto qui ait.
vel erat vł pã
tornimus.
vel ſeſculixẽ
vel me vero
pęnitet.

Vel qui ita re
probent: vt
eligant.
Vel qui inui-
ti legant
vel orationes
ſibi pretereo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0042-7
DFG

¶CAII PLYNII SECVDI VERONENSIS NA=
TVRALIS HYSTORIAE. LIBER SECVNDVS.

¶An Finitus Sit Mundus. Et An Vnus.

MVNDVM ET HOC QVOD NOMINE ALIO CAELVM APPELLARI
libuit: cuius circunflexu teguntur cuncta: numē eſſe credi par eſt æternum immē
ſum: neq; genitum: neq; interiturum vnq̄. Huius extera īdagare nec intereſt ho=
minum: nec capit humanę coniectura mentis. Sacer eſt: ęternus: immenſus: tot⁹
in toto: immo vero ipſæ totum: finitus ac infinito ſimilis. Omnium reru; certus:
& ſimilis incerto. Extra/intra/cuncta complexus in ſe: idemq; rerum naturę op⁹
& rerum ipſa natura. Furor eſt menſuram eius animo quoſda; agitaſſe: atq; pro
dere auſos. Alios rurſus/occaſione hinc ſumpta aut his data/inumerabiles tradi
diſſe mundos: vt totidem rerum naturas credi oporteret. Aut ſi vna omnes incubarent: totidē tamē
ſoles: totidēq; lunas: & cætera etiam in vno & immenſa & innumerabilia ſydera: quaſi non eadē que
ſtione ſeper in termino cogitatiōis occurſura deſiderio finis alicuius. Aut ſi hæc infinitas naturę oīm
artifici poſſit aſſignari: non illud idem in vno facilius ſit intelligi tanto pręſertim opere. Furor eſt ꝑ=
fecto furor egredi ex eo: & tanq̄ interna eius cūcta plane iam ſint nota: ita ſcrutari extera: quaſi vero
menſuram vllius rei poſſit agere qui ſui neſciat: aut mens hominis videre quę mūdus ipē non capiat.

Mundus qui alias celū dē ætern⁹ eſt. & finitus vel īfinitus ac finito ſimilis.

Qd̄ vnus ſit

¶De Forma Eius. CA.II.

FOrmam eius in ſpeciē orbis abſoluti globatā eſſe nomen in primis/& conſenſus in eo mor
talium orbem appellantium. Sed & argumenta rerum docent: nō ſolum quia talis figura
omnibus ſui partibus vergit in ſeſe: ac ſibi ipa toleranda eſt: ſeque includit & continet nul
larum egens compaginum: nec finem aut initium vllis ſui partibus ſentiēs: nec quia ad mo
tum quo ſubinde verti debeat (vt mox apparebit) talis aptiſſima eſt. Sed oculorum quoq; ꝓbatiōe
ꝙ conuexus mediuſq; quacunq; cernatur: cum id accidere in alia non poſſit figura.

Mundus ab eius rotunditate orbis dictus.

¶De motu Eius CA.III.

HAnc ergo formā eius ęterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate. xxiiij. horarum
ſpacio circumagi ſolis exortus & occaſus haud dubiu; reliquere: an ſit immenſus: & ideo
ſenſum aurium facile excedens tantę molis rotatæ vertigine aſſidua ſonitus nō equidē fa
cile dixerim: non hercle magis q̄ circumactorum ſimul tinnitus ſyderum: ſuoſq; voluētiū
orbes. An dulci quidem & incredibili ſuauitate concentus nobis qui intus agimus iuxta diebus no=
ctibuſq; tacitus labitur mundus: eſſe innumeras ei effigies animalium rerumq; cunctarum impreſſas
Et vt in volucrum notamus ouis lęuitate cōtinua lubricum corpus: quod clariſſimi auctores dixere
rerum argumentis indicatur: quoniam inde deciduis rerū omnium ſeminibus innumere in mari pͥci
pue: ac plerūq; confuſis mōſtrificæ digenerantur effigies. Præterea viſus ꝓbatione alibi plauſtra: ali
bi vrſi: tauri alibi: alibi litteræ figura candidiore medio ſuper verticem circulo.

Solis motus Cœleſtes orbes quoſda; tinnit⁹ cauſare credūtur. vel nec vel leuitatē continuā vel rerū. ꝙ mūdus variorū animātiū ipſſas habeat figuras

¶Cur Mundus Dicatur. CA.IIII.

EQuidem & cōſenſu gentium moueor. Nam quem κοσμον gręci noīe ornamenti appel=
lauerunt: eum & nos a perfecta abſolutaq; elegantia mūdum. Cælum quidē haud dubie
cælati argumēto diximus: vt interpretatur. M. Varro. Adiuuat rerum ordo deſcripto cir=
culo: qui ſignifer vocat̄ in. xij. aīaliū effigies: & ꝑ illas ſolis curſu cōgruēs tot ſęculis ratio.

Coſmos grece mund⁹ ab ornatu dicit̄ igneum vel ignem cum. Circul⁹ ſignifer ʒodiac⁹ ē

¶De Quattuor Elementis. CA.V.

HEc de elementis video dubitari quattuor ea eē. Ignium ſummo: inde tot ſtellarū collucē
tium illos oculos. Proximum ſpiritus: quē græci noſtriq; eodem vocabulo aera appellāt.
Vitalē hunc: & per cuncta rerum meabilem: totoq; conſertū. Cuius vi ſuſpēſam cū quar=
to aquarū elemēto librari medio ſpatij tellurē. Ita mutuo complexu diuerſitatis effici ne
xum & leuia ponderibus inhiberi quo minus euolēt Cōtraq; grauia ne ruāt ſuſpēdi leuibus in ſubli=
me tendētibus. Sic pari in diuerſa niſu/vi ſua queq; cōſiſtere irrequieto mūdi ipſius cōſtricta circui
tu: quo ſemper in ſe currente imam atq; mediam in toto terrā: eandēq; vniuerſo cardine ſtare pendē
tem librantem ꝑ quę pendeat. Ita ſolem immobilem circa eā volubili vniuerſitate eandēq; ex oīb⁹
necti: eidemq; omnia inniti.

Elementorū nexus. Sola terra immobilis.

¶De Septem Planetis. CA.VI.

INter hanc cœlumq; eodē ſpiritu pendent certis diſcreta ſpatijs. vij. ſydera: quæ ab inceſſu
vocamus errantia: cum errent nulla minus illis. Quorum medius ſol fertur ampliſſima ma=

Cur. vij. ſydera dicantur errantia.

Sol mūdi et aim⁹ & mēs.

gnitudine ac poteſtate: nec temporum modo/terrarū q; : ſed ſyderum etiam ipſorum cęli q; rector. Hunc mundi eſſe totius animum: ac planius mentem. Hunc principale naturę regimen ac numen credere decet opa eius extimētes. Hic lucem rebus miniſtrat: auferto q; tenebras. Hic reliqua ſydera occultat. Hic vices temporum annū q; ſemper renaſcentē ex vſu naturę temperat. Hic cęli triſtitiam diſcutit. Atq; etiā nubila humani animi ſerenat. Hic ſuum lumen ceteris quoq; ſyderibus fœnerat: pręclarus eximius: omnia intuens: omnia etiam exaudiens: vt principi litterarū Homero placuiſſe in vno eo video.

## De Deo. CA. VII.

Hic ply. ſatiſ ipie de fide ſentire videt̃ Democritus duos pone bat deos. Romę ī pala tio febris fa num. Quēadmo dum ęgyptij ibim et cro codillum

Q Vapropter effigiem dei formam q; /querere/imbecillitatis humanę reor: quiſquis eſt deus (ſi modo eſt alius) & quacun q; in parte/totus eſt ſenſus: totus eſt viſus: totus auditus: tot⁹ animę: totus animi: totus ſui: Innumeros quidē credere/atq; etiā ex virtutibus vitijſ q; hominum vt pudicitiam: concordiam: mentem: ſpem: honorem: clęmentiam: fidem: aut (vt Democrito placuit) duos oīno pœnam & beneficiū maiorē ad ſocordiā accedit. Fragilis & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit infirmitatis ſuę memor: vt portionibus coleret quiſ q; quo maxīe īdigeret. Ita q; nomina alia alijs gētibus & numina in iſdem innumerabilia reperimus. Inferis quo q; in genera deſcriptis morbiſ q; / & multis etiā peſtibus dū eē placata trepido metu cupimus. Ideo q; etiam publicę febri fanū in palatio dicatū eſt. Et bonę ad ędē lariū ara. Et male fortunę eſquilijs. Quāobrē maior cęlitū populus etiā q̄ hoīm intelligi pōt: cū ſinguli quoq; ex ſemetipſis totidē deos faciāt/iunones/genioſ q; adaptādo ſibi. Gētes vero q̄dā aīalia etiā: & aliqua: etiam obſcęna ꝓ dijs habēt: ac multa dictu magis pudēda per fœtidos cibos & alia ſimilia iurantes. Matrimonia quidē iter deos credi/tāto q; ęuo ex his neminē naſci: & alios eſſe grandęuos: ſemp q; canos: alios iuuenes: atq; pueros atri coloris: aligeros: claudos: ouo editos: & alternis diebus viuētes/morienteſ q; puerilius ꝓpe deliramētorū eſt. Sed ſup oēm impudentiam adulteria inter ipſos fingi: mox iurgia: & odia: Atq; etiam furtorū eē: & ſcelerū numina. Deus eſt mortali iuuare mortalē: & hec ad ęternā gloriā via: hac

Adulatur ply. veſpaſia no.

proceres ire romani: hac nunc cęleſti paſſu cū liberis ſuis vadit maximus oīs ęui rector Veſpaſian⁹ Auguſtus feſſis rebus ſubueniēs. Hic eſt vetuſtiſſimus referēdi benemerētibus gratiā mos: vt tales numinibus aſcribāt. Quippe & oīm aliorū noīa deorū & q̄ ſupra ſyderum rettuli ex hoīm nata ſunt meritis. Iouez quidē aut mercuriū/aliterue alios inter ſe vocari: & eē cęleſtis nomē culturę quis non interpretatione naturę fateatur: Irridēdū vero agere curā rerū humanarū illud quicquid ē ſummū. An ne tā triſti atq; multiplici miniſterio nō pollui credamus/dubitemuſue? Vix ꝓpe ē iudicare vtrū magis conducat generi humano quādo alijs nullus eſt deorū reſpectus: alijs pudendus: externis famulantur ſacris: ac dygitis deos geſtant: & monſtra quoq; qux colunt dānant: & excogitāt cibos: imperia dira in ipſos ne ſomno quidem quieto irrogant. Non matrimonia: nō liberos: non deni q; quic q̄ aliud niſi iubentibus ſacris diligunt. Alij in ipſo capitolio fallunt: ac fulminantem peierant iouem et hos iuuant ſcelera: illos ſacra pœnis agunt: Inuenit tamen inter has vtraſ q; ſententias medium ſibi ipſa mortalitas numen: quo minus etiam plana de deo cōiectatio eſſet. Toto quippe mundo & locis omnibus: omnibuſ q; horis hominū vocibus fortuna ſola iuocatur: & vna nominatur: vna accuſatur: vna agitur res: vna cogitatur: ſola laudatur: ſola arguitur: & cū cōuitijs colitur: volubiliſ q; a plę riſ q; vero: & cæca etiā exiſtimata: vaga incōſtans: incerta: varia/indignorū q; fautrix: huic oīa expenſa: huic oīa feruntur accepta: & in tota ratione mortaliū ſola vtrā q; paginā facit. Adeo q; obnoxię ſumus fortis: vt ſors ipſa ꝓ deo ſit: qua deus ꝓbatur incertus. Pars alia & hanc pellit: aſtro q; ſuo euēt⁹ aſſignat: & naſcēdi legibus/ſemel q; in omnes futuros vn q̄ deo decretū. In reliquū vero ocium datur. Sedere cœpit ſententia hęc/pariter q; & eruditū vulgus & rude in eā curſu vadit. Ecce fulgurū monitus oraculorum pręſcita/aruſpicū pręđicta: atq; etiā parua dictu in augurijs ſternutamēta & offenſiones pedum. Diuus Auguſtus læuū ꝑdidit ſibi calceū prępoſtere inductum/quo die ſeditione militari ꝓpe afflictus eſt. Quę ſingula improuidā mortalitatē inuoluunt: ſolum vt iter iſta vel certum ſit nihil eſſe certi: nec miſerius quic q̄ homine aut ſuperbius. Cęteris quippe animantium ſola victus cura eſt. In quo ſponte naturę benignitas ſufficit: vno quidem vel pręferenda cunctis bonis: ꝙ de gloria: de pecunia: ambitione/ſuper q; de morte non cogitant Verum in his deos agere curam reruz humanarum credi ex vſu vitę eſt: pœnaſ q; maleficijs aliquando feras occupato deo in tanta mole: nū q̄ autem irritas eſſe. Nec ideo proximum illi genitum hominez: vt vilitate iuxta beluas eſſet. Imperfectę vero in homine naturę: pręcipua ſolatia: ne deum quidem poſſe oīa. Nam q; nec ſibi poteſt mortem conſciſcere: ſi velit: quod homini dedit: optimū in tātis vitę pœnis: nec mortales æternitate donare: aut reuocare defunctos: ne facere vt qui vixit non vixerit: qui honores geſſit: non geſſerit: Nullum q; habere in ꝑterita ius pręter q̄ obliuionis. Atq; (vt facetis quoq; argumentis ſocietas hæc cum

Hic epicuri orū via tāgit̃ Variorū eſſe diuerſa numina. Fortuna numen mediuz ab omnibus inuocata. Fortunę deſcriptio. Collitur vel tollitur.

ꝙ omia forti aſtringātur: ſit q; īcertus deus. Inductum vel indictuz. Pecudū naturæ ꝓuidētia.

Nam ſi pn̄s malū non ſerant futurū non euadēt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0044-8

deo copuletur)vt bis dena:viginti non ſint:ac multa ſimiliter efficere non poſſe.Per quę declaratur haud dubiæ naturæ potentiam/id quoqꝫ eſſe quod deum vocamus.In hęc diuertiſſe non fuerit alienum propter vulgatam aſſidue queſtionem de deo.

## ❡De Natura Syderum Errantium. CA.VIII.

Carpitur vulgi opinio.

HInc redeamus ad reliqua naturę ſydera quę affixa diximus mundo:non illa vt exiſtimat vulgus ſingulis attributa nobis:& clara diuitibus:minora pauperibꝰ:obſcura defectis:& pro ſorte cuiuſqꝫ lucẽtia ad munera mortalibus.Quia nec cũ ſuo q̄qꝫ hoīe orta moriũtur nec aliquẽ extingui decidua ſignificant.Nõ tanta cęlo ſocietas nobiſcum eſt:vt noſtro fato mortalis ſit ille quoqꝫ ſyderum fulgor.Illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantia reddunt.Cum decidere creduntur:vt apud nos quoqꝫ id luminibus accenſis liquore olei notamꝰ accidere:Cęterum æterna eſt cęleſtibus natura intexẽtibus mundum intextuqꝫ cõcretis. Potentia autem ad terram magnopere eorum pertinens:quę propter effectus claritatemqꝫ & magnitudineꝫ in tanta ſubtilitate noſci potuerunt:ſicut ſuo demonſtrabimus loco.Circulorũ quoqꝫ cæli rõ in terræ mẽtione aptius dicetur:quãdo ad eã pertinet tota ſigniferi modulatio inuentionibus nõ dilatis. Obliquitatẽ eius ĩtellexiſſe:hoc eſt rerum fores apperuiſſe.Anaximãder Mileſius tradit̃ primꝰ olympiade.lviij.Signa deinde in eo Cleoſtratus:& primũ arietis ac ſagitarij.Sphęrã ipaꝫ añ multo athlas Nunc relicto ipſius mũdi corpore reliqua inter cęlũ terraſqꝫ tractẽtur. Sũmum eẽ qđ vocant Saturni ſydus:ideoqꝫ minimũ videri:& maximo ambire circulo:ac.xxx.anno ad breuiſſima ſedis ſuę principia regredi certum eſt.Oĩm autem errantium ſyderũ meatus interqꝫ ea ſolis & lunę cõtrariũ mundo egere curſum:id eſt læuum:ſemper illo in dextrã præcipiti:& q̃uis aſſidua conuerſione immenſæ celeritatis attollantur ab eo:rapiaturqꝫ in occaſuꝫ:aduerſo tamen ire motu: per ſuos quęque paſſus ita ferri:ne conuolutus aer eandem in partem æterna mundi vertigine ignauo globo torpeat:ſed findatur aduerſo ſyderum verbere diſcretus & digeſtus.Saturni autem ſydus gelidæ ac rigentis eſſe naturæ:multoqꝫ ex eo inferiorẽ iouis circulum:& ideo motu celeriore duo denis circumagi annis.Tertium Martis:quod quidam Herculis vocant:ignea ardentis ſolis vicinitate binis fere annis cõuerti Ideoqꝫ huius ardore nimio & rigore Saturni interiectum ambobus ex vtraqꝫ temperari iouem:ſalutareqꝫ fieri deum.Inde ſolis meatum eſſe partium quidẽ trecẽtarũ.lx.Sed vt obſeruatio vmbrarũ eiꝰ redeat ad notas quinos annis dies adijci:ſuperqꝫ quartam parteꝫ diei.Quã ob cãm quinto annovnꝰ intercalaris dies aditur:vt tẽporuꝫ rõ facilius ſolis itineri congruat.Infra ſolem ambit ingens ſydus appellatum Veneris:alterno meatu vagum:ipſiſqꝫ cognominibus æmulum ſolis & lunę:p̄ueniẽs qppe & ante matutinum exoriẽs:luciferi nomen accipit:vt ſol alter:dieqꝫ maturans.Contra ob occaſu refulgens nuncupatur veſper:vt ꝓrogans lucem:vicemqꝫ lunæ reddẽs.Quam naturã eius Pythagoras Samius primus deprehẽdit olympiade circiter .xlij.qui fuit vrbis Romę ãnus.clxij.Largiori magnitudine extra cuncta alia ſydera:eſt claritatis quidẽ tãtæ vt vnius huius ſtellæ radijs vmbrę reddãtur.Itaqꝫ & in magno nominum ambitu eſt.Alij enim iunonis:alij Iſidis: alij martis deũ appellare. Huius natura cuncta generãtur in terris.Nãqꝫ in alterutro exortu genitali rore conſpergens non terræ modo cõceptus implet:verũ animãtium quoqꝫ omnium ſtimulat.Signiferi autem ambitũ peragit tricenis & duo de quinquagenis diebus:ab ſole nunq̃ abſiſtẽs partibus ſex atqꝫ quadraginta longius(vt Timeo placet)Simili ratione ſed nequaq̃ magnitudine ſcilicet aut vi proximum illi Mercurij ſydus a quibuſdam appellatum Apollinis inferiore circulo fertur.ix.diebus ociore ambitu mõ ante ſolis exortum:modo poſt occaſum ſplẽdẽs:nũq̃ ab eo.xxij.partibus remotior:vt Cteſias & Soſigenes docẽt ideo & peculiaris horum ſyderum ſtatio eſt:neqꝫ cõmunis cum ſupradictis.Nãqꝫ ea et quarta parte cœli a ſole abſeſſe & tertia?& aduerſa ſoli ſæpe cernũtur:maioreſqꝫ alijs habent cũcta plenę cõuerſionis ambitus in magni anni ratione dicendos.

Anaximander mileſius
Cleoſtratus.
Athlis.
Syderum natura ſupiorũ
Martis ſydꝰ alias ferculis
Solis meatꝰ.
Dies intercalaris biſſextus dictus.
Veneris ſidꝰ
Pythagoras
aĩaduertere.
Venis omĩa fecundat.
Mercurij ſydus alias appolinis.

## ❡De Lunæ Natura. CA.IX.

SEd omnium admirationẽ vincit nouiſſimum ſydus terriſqꝫ familiariſſimũ:& in tenebrarũ remedium ab natura repertum lunæ.Multiformi hęc ambage torſit ingenia contẽplãtiũ. & proximũ ignorari ſydus maxime indignantium:creſcens ſemper aut ſeneſcens.Et modo curuata in cornua:modo æqua ꝓportione diuiſa:modo ſinuata in orbẽ:maculoſa:eodemqꝫ ſubito prænitẽs:immẽſa orbe pleno:ac repente nulla:alias pernox:alias ſera:& parte diei ſolis lucẽ adiuuans:deficiẽs.& in defectu tñ conſpicua.Quæ mẽſis exitu latet cũ laborare nõ creditur. Iam vero humilis & excelſa:& ne id quidẽ vno modo:ſed alias admota cęlo:alias cõtigua mõtibꝰ: nunc in aquilonẽ eleta:nunc in auſtros deiecta.Quę ſingula in eam deprehendit nominum primus Endymion.& ob id amore eius captus fama traditu.Non ſumus profecto grati erga eos qui labore

Endymion filiꝰ lunę varios dephendit curſus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0045-4 DFG

curaq; lucem nobis aperuere.in hac luce mira quoq; humani ingenij peſte ſanguinẽ & cędes cõderẽ
annalibus iuuat:vt ſcelera hominum naſcanẽ mundi ipſius ignaris.Proxima ergo cardini:ideoq; mi
nimo ambitu vicenis diebus/ſeptenisq;/& tertia diei parte pagit ſpatia eadẽ:quę ſaturni ſydus altiſſi
mum.xxx.(vt dictũ eſt)annis.Dein remorata in coitu ſolis biduo cũ tardiſſime a triceſima luce rur
ſus ad eaſdẽ vices exit.Haud ſcio an omniũ quę in cęlo pręnoſci potuerũt magiſtra in.xij.ſpatia mẽ
ſium oportere diuidi annum:quãdo ipſum totiens ſolem redeundo ad principia conſequitur. Solis
fulgore eam vt reliqua ſydera tegi:ſiquidẽ in totũ mutuata ab eo luce fulgere:qualẽ in repercuſſu
aquę violare conſpicimus:ideo molliore & imperfecta vi ſoluere tantum humorẽ atq; etiam augere
quẽ ſolis radij abſumãt.ideo & inæquali lumine aſpici:quia exaduerſo demũ plæna reliqs diebus tã-
tum ex ſe terris oſtendat:quãtum ex ſole ipſa concipiat.in coitu quidem non cerni:quoniam hauſtũ
omnem lucis auerſa illo regerat:vnde acceperit.Sydera vero haud dubie humore terreno paſci:quia

Vñ lunę ma cula ꝓuẽiat.

orbe dimidio nõnunq̃ maculoſa cernatur:ſcilicet nondum ſuppetente ad hauriẽdum vltra iuſta vi.
Maculas enim nõ aliud eſſe q̃ terrę raptas cum humore ſordes.

## De Defectu Solis Et Lunæ Et de nocte. CA.X.

DEfectus autem ſuos/& ſolis rem in tota contẽplatiõe naturæ maxime mirã & oſtẽto ſimi
lem eorum magnitudinũ/vmbręq; indices exiſtere.Quippe manifeſtũ eſt ſolẽ interuẽtu lu-
næ occultari:lunãq; terræ obiectu:ac vices reddi:eoſdẽ ſolis radios luna iterpoſitu ſuo au
ferente terrę:terraq; lunæ.Hac vero ſubeunte repẽtinas obduci tenebras:rurſumq; illius

Nox terrę vmbra.

vmbra ſydus hebetari.Neq; aliud eſſe noctẽ q̃ terrę vmbrã.Figurã aũt vmbrę ſimilẽ metę ac turbini

Turbo iuerſus Pyramidem efficit.

inuerſo:quãdo mucrone tantũ ingruat:neq; lunæ excedat altitudinem:qm̃ nullũ aliud ſydus eodem
modo obſcuretur:& talis figura ſemper in mucronẽ deficiat.Spatio quidem conſumi vmbras/idico
ſunt volucrum p̃alti volatus.Ergo confinium illis eſt aeris terminus/initiũq; ætheris. Supra lunã pu
ra oĩa/ac diuturnę lucis plęna.A nobis aũt per noctẽ cernuntur ſydera vt reliqua lumina & tenebris.
Et ꝓpter has cauſas nocturno tẽpore deficit luna.Stati aũt atq; mẽſtrui nõ ſunt vtriq; defect⁹ ꝓpter
obliquitatẽ ſigniferi:lunæq; multiuagos(vt dictũ eſt)flexus:non ſemꝑ in ſcrupulis partiũ cõgruente
ſyderum motu.

## De Syderum magnitudine. CA.XI.

HAec ratio mortales animos ſubducit in cęlum/ac velut inde contẽplãtibus triũ maximarum
rerum naturę partium magnitudinẽ detegit. Nõ poſſet quippe totus ſol adimi terris iter

Terra luna minor.

cedente luna:ſi terra maior eſſet q̃ luna.Certior ex vtraq; vaſtis ſolis aperitur:vt nõ ſit ne
ceſſe amplitudinem eius oculorum argumẽtis atq; coniectura animi ſcrutari.Immenſum eẽ
conſtat:quia arborum in limitibus porrectarum in quotlibet paſſuum millia vmbras partibus iaciat in
terualis:tanq̃ toto ſpatio medius.Et quia per equinoctium omnibus in meridiana plaga habitãtib⁹
ſimul fiat a vertice.Item quia circa ſolſtitialẽ circulum habitantiũ meridie ad ſeptẽtrionẽ vmbrę ca
dant:ortu vero ad occaſum:q̃ fieri nullo modo poſſent: niſi multo eſſet maior q̃ terra:& q; montẽ idã
exoriens latitudine exuperat dextra/læuaq; large amplectẽs: præſertim diſcretus tanto interuallo.

Ida mons. phrigię.

Defectus lunæ magnitudinem eius haud dubia ratione declarat: ſicut terræ paruitatẽ ipa deficiẽs.
Namq; cum ſint tres vmbrarũ figuræ:cõſtetq; ſi par lumini ſit materia:quę iactat vmbram:colũnæ
effigie iaci:nec habere finem.Si vero maior materia:q̃ lumẽ turbinis recti:vt ſit imum eius anguſtiſſi

Tres vmbrarum figuræ.

mũ:& ſimili mõ infinita longitudo.Si minor materia q̃ lux:metæ exiſtere effigiẽ in cacuminis fine de
ſinentem:talemq; cerni vmbram deficiẽte luna palam fit:vt nulla amplius relinquatur dubitatio ſu
perari magnitudinem terram.Id quidem & tacitis ipſius naturæ idicijs.Cur enĩ partitis vicibus an-
ni brumalis abſcedit?vt noctium opacitate terras reficiat:exuſturus haud dubie:& ſi quoq; exurẽs
quadam in parte tanta magnitudo eius eſt.

## Quæ Quis Inuenerit In Obſeruatione Cęleſti. CA.XII.

Sulpitius gallus.

ET rationem quidẽ defectus vtriuſq; primus romani generis in vulgus extulit Sulpiti⁹ Gal
lus:qui conſ.cum.M.Marcello fuit.ſed tũ tribunus militum ſollicitudine exercitu libera-
to:pridie q̃ Perſes rex ſuperatus a Paulo eſt:in cõcione ab imperatore ꝓductus ad p̃cinẽ
dam eclipſim:mox & compoſito volumine. Apud græcos autẽ inueſtigauit primus oĩm

Thales mileſius.

Thales Mileſius olympiadis.xlviij.anno quarto:p̃dicto ſolis defectu q ſub Aſtyage rege fact⁹ eſt vr
bis cõditæ anno.clxx.Poſt eos vtriuſq; ſyderis curſum in ſexcẽtos ãnos p̃cinuit Hipparcus mẽſes gẽ-
tium dieſq; & horas:ac ſitus locorũ:& vicos populorũ cõplexus æuo teſte haud alio modo q̃ cõſilio
rũ naturæ particeps.Viri ingẽtes ſupraq; mortalium naturã tãtorum numinũ lege dep̃henſa:& miſera
hoim mente abſoluta in defectibus ſtellarum ſcelera aut mortẽ aliquã ſyderũ pauentes.Quo in me
tu fuiſſe Sterſichori & pindari vatum ſublimia ora palã eſt deliquio ſolis:& in luna veneficia arguẽte

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0046-0

mortalitate:& ob id crepitu diſſono auxiliante.Quo pauore ignarus cauſæ Niceas athenienſiũ im
peratorveritus claſſem portu educere:opes eorum afflixit.Macti ingenio & cœli interpretes/rerũq
naturę capaces argumẽti imperatores quos deos homineſq viciſtis.Quis enim hęc cernens & ſta-
tos ſyderum(quoniam ita placuit appellare)labores non ſuę neceſſitati mortalis gemitus ignoſcat.
Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atq capitulatim attingam:ratione admoduꝫ neceſſariis locis ſtri-
ctumq reddita.Nam neq ĩſtituti operis talis argumẽtatio eſt/neq omniũ rerum afferri poſſe cauſas
minus mirum eſt:q̃ conſtare in aliquibus.

## ⸿De Defectibus. CA.XIII

DEfectus.ccxxij.mẽſibus redire in ſuos orbes certũ eſt.Soliſq defectum nõ niſi nouiſſima:
primaue fieri luna:quod vocant coitũ. Lunę autem nõ niſi plęna:ſempq citra q̃ proxime
fuerit.omnibus autẽ annis fieri vtriuſq ſyderis defectus ſtatis diebus oriſq ſub terra.Nec
tñ cum fiant ſuperne vbiq cerni:aliquando ꝓpter nubila:ſępius globo terre obſtante cõ-
uexitatibus mundi.Intra ducẽtos annos Hipparchi ſagacitate cõpertum eſt & lunę defectũ aliquã
do quinto menſe a priore fieri:ſolis vero ſeptimo.Eandeꝫ bis triginta diebus ſupra terras occultari:
ſed ab aliis atq aliis hoc cerni:quæq ſunt in hoc miraculo maxime mira:cũ conueniat vmbra terræ
lunam hebetari:nunc ab occaſus parte hoc ei accidere nunc ab exortus.Et quanã ratione cũ ſolis ex
ortu vmbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat ſemel iã acciderit:vt in occaſu luna deficeret vtroq
ſuper terram conſpicuo ſydere.Nam vt in duodecim diebus vtrũq ſydus quęreretur:& noſtro ęuo
accidit imperatoribus Veſpaſianis parte.iij.filio iterum conſ.

## ⸿De Lunę Motu. CA.XIIII.

VNam ſemper auerſis a ſole cornibꝰ ſi creſcat ortus ſpectare:ſi minuatur occaſus haud du
biũ eſt.Lucere dodrantis ſemũtias horarũ ab ſecũda adiicientẽ vſq ad plęnũ orbẽ/detra-
hentẽq in diminutionẽ:intra.xiiij.aũt partes ſolis ſemper occultam eſſe. Quo argumẽto
amplior errantium ſtellarum q̃ lunæ magnitudo coligitur:qñ ille & a ſeptenis interdũ par
tibus emergant.Sed altitudo cogit minoris videri:ſicut affixas cęlo ſolis fulgore interdiu nõ cerni: Animaduerte.
cũ ęque die/ac noctu luceant:idq manifeſtus fiat defectibus ſolis:& ꝑaltis puteis.

## ⸿Errantium Motus & Luminum Canonica. CA.XV

ERrantium aũt tres quas ſupra ſolem dicimus ſitas occultantur meantes cum eo.Exoriun
tur vero matutino diſcedentes partibus nunq̃ amplius vndenis. Poſtea radiorum eius cõ
tractu teguntur:& in triquetro a partibus.cxx.ſtationes matutinas faciunt.quæ & primę
vocãtur.Mox in aduerſo a partibus.clxxx.exortus veſpertinos. Item in.cxx.ab alio la-
tere appropinquante ſtationes veſpertinas:quas & ſecundas vocant:donec aſſecutus in partibꝰ duo
denis occulte illas:qui veſpertini occaſus appellantur.Martis ſtella vt ꝓpior etiam ex quadrato ſen
tit radios ab.lxxxx.partibus vnde & nomen accepit.Is motus primus & ſecundus nonagenarius di
ctus ab vtroq exortu.Eadeꝫ ſtationalis ſenis menſibus commoratur inſignis:alioquin bimeſtris cũ
cæterę vtraq ſtatione quaternos menſes nõ impleant.Inferiores autem duæ occultãtur in coitu veſ
pertino ſimili modo:relictoq ſole totidem in partibus faciunt exortus matutinos:atq a longiſſimis
diſtantiæ ſuæ metis ſolem inſequũtur:adeptæq occaſum matutino conduntur ac prætereunt:mox
eodem interuallo veſperi exoriuntur vſq ad quos diximus terminos. Ab his retrogradiuntur ad ſo
lem:& occaſu veſpertino deliteſcunt.Veneris ſtella & ſtationes duas matutinam veſpertinamq ab
vtroq exortu facit a lõgiſſimis diſtantiæ ſuæ finibus. Mercurij ſtationes breuiore momento q̃ vt de
pręhendi poſſit.Hęc eſt luminum occultationumq ratio perplexiore motu:multiſq inuoluta mira Stellarum
culis.Siquidem magnitudines ſuas:& colores mutant:& eadem ad ſeptentrionem accedunt:abeũt ſtationes.
q ad auſtrum:terriſq ꝓpiores aut cęlo repente cernuntur.In quibus aliter multa q̃ priores traditu
ri fatemur:ea quoq illoruꝫ eſſe muneris:qui primi quærendi vias demonſtrauerunt. Modo ne quis
deſperet ſęcula profitere ſemper pluribus de cauſis hæc omnia accidunt.Prima circulorum ẽ:quos Abſides
græci αψιδασ in ſtellis vocant:etenim græcis vtendũ erit vocabulis.Sunt autem hi ſui cuiq earũ: circuli.
aliiq q̃ mũdo:quoniam terra a verticibus duobus:quos appellauerunt polos centrum cœli necnon
ſigniferi oblique inter eos ſiti.Omnia autem hæc cõſtat ratione circini ſemper indubitata. Ergo ab
alio cuiq centro abſides ſuæ exurgunt.Ideoq diuerſos habent orbes/motuſq diſſimiles: quoniam
interiores abſidas neceſſe eſt breuiores eſſe.

## ⸿Quare Eadem Alias Altiora:alias inferiora videantur. CA.XVI.

IGitur a terræ centro abſides altiſſimę ſunt:Saturno in ſcorpiõe. Iouiũ virgine:Marti i leo
ne:Soli in geminis:Veneri in ſagittario:Mercurio in capricorno:Mediis oĩm partibꝰ.Et

econtratio ad terræ centrum humilimæ atq; ꝓxime. Sic fit vt tardius moueri videantur: cum altiſſi
mo ambitu feruntur. Non quia accelerẽt tarde tuę naturales motus qui certi ac ſinguli ſunt illis: ſed
quia deductas ab ſumma apſide lineas coartari ad cẽtruz neceſſe eſt: ſicut in rotis radios. Idemq; mo
tus alias maior: alias minor: centri propinquitate ſentitur. Altera ſublimitatum cauſa, quoniaz a ſuo
centro apſidas altiſſimas habent in alijs ſignis. Saturnus in libræ parte viceſima. Iupiter cancri. xv.

Errãtes ſtel- lę p ſignifeꝝ vagãtur cir.

Mars capricorni. xxviij. ſol arietis. xxix. Venus piſciũ. xvi. Mercurius virginis. xv. Luna tauri. iiij. Ter
tia altitudinum ratio cęli mẽſura non circuli intelligitur: ſubire eas aut deſcẽdere per ꝓfundũ aeris
oculis exiſtimantibus. Huic connexa latitudinum ſigniferi/obliquitatiſq; cauſa eſt. Per hũc ſtellę q̄s
diximus errantes ferũtur. Nec aliud habitatur in terris q̄ qđ illi ſubiacet. Reliqua a polis ſqualẽt. Ve
neris tantum ſtella excedit eum binis partibus. Quæ cauſa intelligitur efficere vt quędã m animalia
& in deſertis mundi naſcantur. Luna quoq; per totam latitudinẽ eius vagatur: ſed oĩno nõ excedens
eum ab iJs. Mercurij ſtella laxiſſime: vt tamẽ e duodenis partibus (tot enim ſunt latitudines) non am
plius octonas pererret: neq; has æqualiter. Sz duas medio eius: & ſupra. iiij. infra duas. Sol deinde me
dio fertur inter duas partes flexuoſo draconum meatu inæqualis. Martis ſtella quattuor medias Io
uis mediã & ſuper eã duas. Saturni duas vt ſol. Hęc erit latitudinum ratio ad auſtrum deſcendentiũ
aut aquilonẽ ſubeuntium. Hac cõſtare & tertiã illã a terra ſubeũtium in cęlum. Et pariter ſcãdi eam
quoq; exiſtimauere plęriq; falſo. Qui vt coarguãtur aperiẽda eſt ſubtilitas immẽſa: & oĩs eas cõple
xa cauſas. Conuenit ſtellas in occaſu veſpertino ꝓximas eẽ terræ & latitudine & altitudine exortuſq;
matutinos in initio cuiuſq; fieri. Sationes in medijs latitudinũ articulis: quę vocãt cleptica· ꝓinde cõ
feſſum eſt motum augeri: q̄diu in vicino ſint terræ: cum abſcedãt in altitudinẽ minui. Quę ratio lunę
ſublimitatibus maxime approbatur. Aequę nõ eſt dubiũ in exortibus matutinis etiã numerũ auge-
ri: atq; a ſtationibus primis tres ſuperiores diminui vſq; ad ſtationes ſecundas. Quæ cum ita ſint: ma
nifeſtum erit ab exortu matutino latitudines ſcandi: quoniam in eo primum habitu incipiant parti⁹
adijci motus. In ſtationibus vero primis & altitudine ſubire: quoniam tum primum incipiãt detrahi
numeri: ſtelleq; retroire. Cuius rei rõ priuatim reddenda eſt. Percuſſę in qua diximus parte & trian
gulo ſolis radio inhibentur rectũ agere curſum: & ignea vi leuãtur in ſublime. Hoc nõ protinus ĩtelli
gi poteſt viſu noſtro: ideoq; exiſtimãtur ſtare: vnde & nomẽ accepit ſtatio. Progreditur deinde eiuſ
dẽ radij violẽtia: & retroire cogit vapor repercuſſus. Multo id magis in veſptino earũ exortu toto ſo

Cur ſtatiões appellatiuo.

le aduerſo: cũ in ſummas apſidas expellũtur: minimeq; cernũtur: q̄m altiſſime abſunt: & minimo fe-
runtur motu: tanto minore cum hoc in altiſſimis abſidum euenit ſignis. Ab exortu veſpertino latitu
do deſcẽditur partius iam ſe minuẽte motu: non tamẽ ante ſtationes ſecundas augente cũ & altitudo
deſcẽditur ſuperueniẽte ab alio latere radio: eadẽq; vi rurſus ad terras deprimẽte: q̄ ſubtulerit in cœ
lum ex priore triquetro. Tãtum intereſt ſubeãt ne radij an ſuperueniãt. Multoq; eadẽ magis in veſp
tino occaſu accidunt. Hęc eſt ſuperioꝝ ſtelllaꝝ ratio. Difficilior reliquaꝝ: & a nullo ãte nos reddita

¶ Catholica Syderum errantium. CA. XVII.

PRimum igitur dicatur cum ſint diuerſæ ſtellæ: Cur Veneris ſtella nunq̄ lõgius. xlvij. parti
bus Mercurius. xx. a ſole abſcedant. Sæpe citra eas ad ſolem reciprocent. Conuerſas ha-
bent vtręq; apſidas: vt infra ſolem ſitæ: tantumq; circulis earum ſub terra eſt: quantum ſu
pernæ prædictarũ: & ideo nõ poſſunt abeſſe amplius: quoniam curuatura apſidum ibi nõ
habet longitudinem maiorem. Ergo vtraq; ſimili ratione admodum ſtatuunt apſidum ſuarum mar

Ad vel ſed.

gines: ac ſpatia longitudinis latitudinum euagatione penſant. At enim cur nõ ſemper ad. xlvi. & ad
partes. xx. perueniunt? immo vero. Sed ratio canonica fallit. Namq; apparet apſidas quoq; earũ mo
ueri: ꝙ nunq̄ tranſeant ſolem. Itaq; cum in partem ipſam eius incidere margines alterutro latere: tũ
& ſtellę ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem par
tibus: & ipſę ocius redire creduntur: cum ſit illa ſemper vtriq; extremitas ſumma. Hinc & ratio mo-
tuum conuerſa intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occaſu veſpertino: hę tardiſſime
Illæ a terra altiſſime abſunt: cum tardiſſime mouentur: hæ cum ociſſime. Quia ſicut in illis propin-

Motuum diuerſitas.

quitas centri accelerat: ita in iJs extremitas circuli· Illę ab exortu matutino minuere celeritatem ĩci
piunt: hæ vero augere. Illæ retro curſum agunt a ſtatione matutina vſq; ad veſpertinam. Veneris a
veſpertina vſq; ad matutinã. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem ſcandere. Altitudinem
vero ac ſolem inſequi a ſtatione matutina ociſſima in occaſu matutino & altiſſima. Digredi autem la
titudine: motumq; minuere ab exortu matutino retro quidem ire: ſimulq; altitudine digredi a ſtatio
ne veſpertina. Mercurij rurſus ſtella vtroq; modo ſcandere ab exortu matutino: digredi vero latitu-
dine a veſpertino: conſecutoq; ſole ad. xv. partium interuallum cõſiſtit. quadriduo prope immobilis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0048-2
DFG

Mox ab altitudine deſcendit:retroq; graditur ab occaſu veſpertino vſq; ad exortum matutinum. Tantumq; hęc & luna totidem diebus quot ſubiere deſcēdunt. Veneris quindecies & pluribus ſubit Rurſus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur. Martis etiam quadruplicato. Tanta eſt naturæ varietas. Sed ratio euidens. Nam quę in vaporem ſolis nitūtur:etiam deſcendunt egre. Multa promi amplius circa hæc poſſunt ſecreta naturæ/legeſq;:quibus ipa ſeruiat:exempli gratia. In Martis ſydere cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus nunq̄ id ſtationē facere. Iouis ſydere triquetro raro admodum ſexaginta partibus diſcreto. Qui numerus ſexangulas mundi efficit formas. Nec exortus niſi in duobus ſignis tantum cancri & leonis ſimul edere. Mercurij vero ſydus in piſcibus exortus veſpertinos raros facere:crebertime in virgine. In libra matutinos. Item matutinos in aquario:rariſſimos in leone. Retrogradum in tauro & in geminis non fieri. in cancro vero non citra.xxv.partem. Luna bis coitum cū ſole in nullo alio ſigno facere q̄ geminis. Non coire aliquando in ſagittario tantū. Nouiſſimam vero primamq; eadem die vel nocte nullo alio in ſigno q̄ ariete cōſpici:id quoq; paucis mortalium contingit. Et inde fabula cernendi lynceo. Non comparere in cęlo Saturni ſydus/& Martis cū plurimum diebus.clxx. Iouis.xxxvi.aut cū minimum denis detractis diebus. Veneris.lxxix.aut cum minimum.lij. Mercurij.xiij.aut cum plurimum.xvij.

Varietas ſignorū ſyderū exortus mutant.

### ¶Quæ ratio colores eorum mutet. CA.XVIII.

COlores ratio altitudinem temperat:ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt: in quarum aera venere ſubeundo:tingitq; appropinquantes vtralibet alieni meatus circulus. Frigidior in palorem. Ardentior in ruborem. Ventoſus in horrorem. Sol atq; commiſſuræ abſidum/extremæq; orbitę a terra in obſcuritatem. Suus quidem cuiq; color eſt. Saturno candidus. Ioui clarus. Marti igneus. Lucifero candens. Veſperi refulgens. Mercurio radiās. Lunæ blandus. Soli cum oritur ardens. poſtea radians. His cauſis connexo viſu & earum quę cœlo cōtinentur. Namq; modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunę placida nocte leniter illuſtrāte eas Modo raritas vt fugiſſe miremur plenilunio abſcondente:aut cum ſolis ſupraue dictarum radij viſus perſtrinxere noſtros. Et ipſa aūt luna ingruentium ſolis radiorum haud dubie differentias ſe ntit hebetante cætera.inflexos mundi conuexitate eos:præterq̄ vbi recti angulorum competūt ictus. Itaq; in quadrato ſolis diuidua eſt:in triquetro ſemiambitur orbe:impletur autem in aduerſo:rurſuſq; minuens eaſdem effigies paribus edit interuallis:ſimili ratione qua ſupra ſolem tria ſydera.

Septem planetarum colores. earū vel inerunt ijs.

Lunę auctus

### ¶Solis motus & dierum inęqualitatis ratio. CA.XIX.

SOl autem ipſę quattuor differentias habet bis æquata nocte diei vere & autumno:& in cētrum incidens terræ octauis in partibus arietis/ac libræ. Bis permutatis ſpatijs in auctum diei bruma octaua in parte capricorni. Noctis vero ſolſtitio totidem in partibus cancri. Inęqualitatis cauſa obliquitas eſt ſigniferi:cum pars æqua mūdi ſuper ſubterq; terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna longiore tractu tenent lucē:quæ vero obliqua ociore tranſeunt ſpatio.

Aīaduerte.

### ¶Quare Ioui Fulmina aſſignentur. CA.XX

PAtet plerōſq; magna cœli affectione compertum a principibus doctrinæ viris ſupernorū trium ſyderum ignes eſſe:qui decidui ad terras fulminum nomen habeant. Sed maxime ex iſs medio loco ſiti:fortaſſis quoniam contagiū nimij humoris ex ſuperiore circulo:atq; ardoris ex ſubiecto per hūc modum egerat. Ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo vt e flagrante ligno carbo cum crepitu:ſic a ſydere cœleſtis ignis expuitur præſcita ſecum afferēs:ne abdicata quidem ſui parte in diuinis ceſſante operibus. Idq; maxima turbato fit aere:quia collectus humor abundantiam ſtimulat:vt quia turbatur/quodam/ceu grauidi ſyderis partu.

Analogia.

### ¶Interualla Syderum. CA.XXI.

INnteruallaquoq; ſyderum a terra multi indagare tentauerunt. Et ſolem abeſſe a luna vndeuiginti partes:quantum lunam ipſam a terra prodiderunt. Pythagoras vero,vir ſagacis animi a terra ad lunam.cxxv.milia ſtadiorum eſſe collegit. Ab ea vſq; ad ſolem duplū. Inde ad duodecim ſigna triplicatum. In qua ſententia Gallus Sulpitius noſter fuit.

Pythagoras ſyderū interualla collegit

### ¶De ſyderum muſica. CA.XXII

SEd Pythagoras interdum ex muſica ratione appelat tonum:quātum abſit a terra luna. Ab ea ad Mercurium ſpatij eius dimidiū. & ab eo ad Venerē. A qua ad ſolē ſeſquiplum. A ſole ad Martem tonum.i.quantum ad lunā a terra. Ab eo ad Iouē dimidiū. & ab eo ad Saturnum dimidium:& in ſeſquiplum ad ſigniferum.ita ſeptē tonos effici:quā diapaſon harmoniam vocant:hoc eſt vniuerſitatem concentus. in ea Saturnum Dorio moueri. Mercurinm Phtongo.iouem

Septē vel ſex Septem cęleſtes toni. Diapaſon.

phrygio.& in reliquis ſimilia iocunda magis q̃ neceſſaria ſubtilitate.

## De mundi geometria. CA.XXIII

Stadium.
Poſſidonius
Philoſophꝰ.
Geometrica
ratio.

STadium.cxxv.noſtros efficit paſſus:hoc eſt pedes ſexcẽtos.xxv.Poſſidonius non minꝰ.xl. ſtadiorum a terra altitudinem eſſe:in qua nubila ac venti nubeſq; perueniant.Inde purū liquidumq; & imperturbatę lucis aerem.Sed a turbido ad lunam vicies cẽtum ſtadiorũ. Inde ad ſolem quinquies milies.Eo ſpatio fieri vt tã immenſa eius magnitudo nõ exurat terras.Plures aũt nubes non ingentis ſtadijs in altitudinẽ ſubire ꝑdiderunt.Incomperta hæc & inextricabilia:ſed tam ꝑdenda q̃ ſunt ꝑdita.In quis tamen vna ratio geometricę collectionis nunq̃ fallacis poſſit non repudiari:ſi cui libeat altius iſta proſequi.Nec vt menſura(id enim velle pene demẽtis ocij eſt)ſed vt tantum coniectanti animo conſtet ęſtimatio.Nam cum trecentis.lx.& fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat circulum per quẽ meat:ſemperq; dimetiens tertiã partem ambitus:& tertiæ paulominus ſeptimam colligat : apparet dempta eius dimidia:quoniam terra centralis interueniat.Sextam vero partem huius immẽſi ſpatij quod circa terram circuli ſolaris animo compręhenditur ineſſe altitudinis ſpatio. Lunæ vero duodecimam:quoniam tanto breuiore q̃ ſol ambitu currit. ita ferri eam in medio ſolis ac terræ. Mirum quo ꝓcedat improbitas cordis humani paruulo aliquo inuitata ſucceſſu.Sicut in ſupradictis occaſionem impudentię ratio largitur:auſiſq; diuinare ſolis ad terram ſpatia.Eadem ad cęlū agunt:quoniam ſit medius ſol:vt protinus mundi quoq; ipſius menſura veniat ad digytos.Quantas enim dimetiens habeat ſeptimas:tãtas habere circulum duo & viceſimas:tanq̃ plane a perpendiculo menſura cęli conſtet.Aegyptia ratio quam Petoſiris & Necepſos oſtendere:ſingulas partes:in lunari circulo(vt dictum eſt)minimo.xxxiij.ſtadijs.paulo amplius patere colligit.In ſaturni ampliſſimo duplum. In ſolis quem medium eſſe diximus vtriuſq; menſuræ dimidium.Quæ computatio plurimum habet pudoris:quoniam ad Saturni circulum addito ſigniferi ipſius interuallo:nec numerabilis multiplicatio efficitur.

## De repentinis ſyderibus. CA.XXIIII.

Repentinæ
ſtellæ.

REſtant pauca de mundo.Nãq; & in ipſo cęlo ſtellæ repente naſcuntur plura earũ genera.

## De cometis & cęleſtibus prodigijs:natura: et ſitu:& generibus eorum. CA.XXV.

Cometæ
Criniti.
Pogoniæ.
Acontiæ.
Xiphiæ.
Pithetæ.
Ceratiæ
Lampades.
Hippei.

COmetas græci vocant:noſtri crinitas horrentes crine ſanguineo:& comarum modo ĩ verticę hiſpidas:Ijdem pogonias:quibus inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longę ꝓmittitur iuba.Acontiæ iaculi modo vibrãtur ociſſimo ſignificatu.Hæc fuit de qua quinto conſulatu ſuo Tyberius imperator Cęſar pręclaro carmine perſcripſit ad hunc diem nouiſſime viſam.Eaſdem breuiores & in mucronẽ faſtigiatas xiphias vocauere:quę ſunt omnium palidiſſimę & quodam gladij nitore:ac ſine vllis radijs:quos chryſeus auro nomine ſimilis:colore autẽ electro raros e margine emittit.Pithetes doliorum cernitur figura in concauo fumidæ lucis. Ceratias cornus ſpeciem habet:qualis fuit cum gręcia apud ſalamina depugnauit.Lampades ardẽtes imitãtur faces.Hippeus equinas iubas celerrimi motus:atq; in orbem circa ſe euntis.Fit & candidus cometes argenteo crine ita refulgens:vt vix contueri liceat : ſpecieq; humana dei effigiem in ſe oſtendens.Fiunt & hirti villorum ſpecie & iuba aliqua circũdati.Semel adhuc iubæ effigies mutata in haſta eſt olympiade centeſima octaua:vrbis anno.ccclxxxxviij.Breuiſſimum quo cernerentur ſpatiū ſeptem dierum annotatum eſt:longiſſimum octoginta.Mouentur autem alij errantium modo:alij immobiles hærent. Omnes ferme ſub ipſo ſeptentrione aliqua eius parte non certa:ſed maxime in candida:quę lactei circuli nomen accepit.Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni/nemini compertũ alteri:quod equidem ſciam.Ventos autem ab ijs graues æſtuſq; ſignificari.Fiunt & hybernis mẽſibus & in auſtrino polo:ſed ibi citra vllum iubar.Diraq; comperta Aethiopum & Aegypti populis: cui nomen ęui eius rex dedit Typon:ignea ſpecie:ac ſpirę modo intorta viſu quoq; toruo:nec ſtella verius q̃ quidam igneus nodus.Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis cęteriſq; crines.Sed cometes nunq̃ in occaſura parte cœli eſt.Terrificum magna ex parte ſydus ac nõ leuiter pyatum:vt ciuili motu Octauio conſule. Iterumq; Pompeij & Cæſaris bello.In noſtro vero æuo circa veneficiū quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni:ac deinde principatu eius aſſiduum prope ac ſæuum. Referre arbitrantur in quas partes ſeſe iaculetur:aut cuiꝰ ſtellæ vires accipiat:quaſq; ſimilitudines reddat:& quibus in locis emicet.Tibiarum ſpecie arti muſicæ portendere. Obſcenis autem moribus in verẽdis partibus.Signorum ingenijs & eruditioni ſi triquetram figuram/ quadratamue paribus augulis ad aliquos perennium ſtellarum ſitus edant. Venena fundere in capite ſeptemtrionalis:auſtrinæue ſerpentis. Cometes in vno totius orbis loco colitur in templo Romæ:

Notes.
Cometæ ſub
ſeptentrione
Ariſtoteles.
Typon.
Illarũ ſigna.
Cometes romæ colitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0050-1

admodū fauſtus Diuo Auguſto iudicatꝰ ab ipſo:qui incipiēte eo apparuit ludis:quos faciebat Ve-
neris genitricis/nō multo poſt obitū patris Cæſaris in collegio ab eo inſtituto.Namq; his verbis id
gaudium prodidit.Iȷs ipſis ludorum meorū diebus ſydus crinitū per ſeptē dies in regione cœli ſub
ſeptētrionibus eſt cōſpectū.Id oriebať circa vndecimā horā diei:clarumq; & oībus terris cōſpicuuȝ
fuit.eo ſigno ſignificari vulgus credidit Cæſaris animā inter deorū immortaliuȝ numina receptam
quo nomine id inſigne ſimulachro capitis eius qđ mox in foro cōſecrauimus adiectū eſt.Hęc ille in
publicū.Interiore gaudio ſibi illum natū ſe ſeq; in eo naſci interprętatus eſt:& vt verū fateamur:ſa
lutare id terris fuit.Sūt qui & hæc ſydera perpetua eſſe credāt:ſuoq; ambitu ire:ſed non niſi relicta
a ſole cerni.Aliȷ vero qui naſci humore fortuito & ignea vi:ideoq; ſolui.

Cometes in fronte ſtatue iuliȷ.
Is dicitur fuiſſe q magos ad xp̄m conducebat.

¶Hipparchus de ſyderibus per exempla hyſtorica:faces:
lampades:trabes:bolides:& caſma cœli. CA.XXVI.

IDem Hipparchus nūq̄ ſatis laudatꝰ:vt quo nemo magis approbauerit cognationē cum
homine ſyderū animaſq; noſtras partē eſſe cœli:nouā ſtellam & aliā in ęuo ſuo genitā de
prehēdit:eiuſq; motu qua die fulſit ad dubitationeȝ eſt adductꝰ:an ne hoc ſæpius fieret/
mouerenturq; & eę quas putamus affixas.Idemq; auſus rem etiā deo improbā annūera
re poſteris ſtellas:ac ſydera ad normā expangere organis excogitatis.per q̄ ſingularꝫ loca atq; ma
gnitudines ſignarēt:vt facile diſcerni poſſet ex eo:nō modo an obirent:naſcerenťq;:ſed oīno aliqua
tranſirēt/mouerenturve.item an creſcerent minuerentq; cœlo in hęreditate cunctis relicto:ſi quiſq̄
qui rationem eam caperet inuentus eſſet:Emicant & faces non niſi cum decidūt viſæ.Qualis Ger-
manico Cæſare gladiatorū ſpectaculū edēte præter ora populi meridiano tranſcurrit.Duo genera
earū.Lampades vocant plane faces.Alterū bolidas:qualē mutinenſibus malis viſum eſt.Diſtant q;
faces veſtigia longa faciūt priore ardēte ꝑte.Bolis vero perpetua ardens lōgiorē trahit limitē.Emi
cant & trabes ſimili modo:quas docos vocant:quales cum lacedęmoniȷ claſſe victi imperiū gręcię
amiſere.Fit & cœli ipſius hyatus quam vocant caſma.

Hipparchus
Normam ex pangere vel nomen expōgere:
Faces.
Lampades
Bolides.
Doci
Caſma
Cœli hyatus

¶De cœli coloribus. CA.XXVII

FIt & ſāguinea ſpe:quo nihil terribiliꝰ mortaliū timori eſt.Incēdiū ad terras cadens inde
Sicut olympiadis centeſimæ ſeptimæ anno tertio cū rex Philippus gręciā quateret.At
qui hęc egō ratis tēporibꝰ naturæ vt cætera arbitror exiſtere:nō vt plęriq; variȷs de cau
ſis quas ingeniorū acumē excogitat.Quippe ingētiū malorū fuere ꝓnūtia.Sed ea accidiſſe nō quia
hæc facta ſunt arbitror:verum hæc ideo facta quia incaſura erant illa raritate aūt Occultam eorum
eſſe rationem:ideoq; non ſicut exortus ſupradictos defectuſq; & multa alia noſci.

Philippus

¶De flamma cęli. CA.XXVIII

CErnuntur & ſtellę cū ſole totis diebus plęrūq;:& circa ſolis orbem ceu ſpe coronę/& ver-
ſicoloris circuli.Qualiter Auguſto Cęſare i prima iuuēta vrbē intrante poſt obitū patris
ad nomen ingens capeſſendum. ¶De coronis cęleſtibus. Ca.xxix.

Auguſtus

EXiſtunt eædem coronę circa lunam & circa nobilia aſtra cœlo quoq; inhęrētia.Circa ſo-
lem arcus apparuit.L.Opimio.iiȷ.Q.Fabio.iȷ.conſ.orbis.L.portio.M.Acilio.

¶De circulis repentinis. Ca.xxx.

CIrculus rubei coloris.L.Iulio.P.Rutilio cōſ.Fiunt ꝓdigioſi & lōgiores ſolis defectusqua
lis occiſo dictatore Cęſare:& Antoniano bello totius pene anni pallore continuo.

Per annum pallidus ſol

¶Plures ſoles. Ca.xxxȷ.

ET rurſus plures ſoles cernuntur:nec ſupra ipſū:nec infra:ſed ex obliquo nūq̄ iuxta:nec cō
tra terrā:nec noctu:ſed aut oriēte aut occidēte.Semel in meridie cōſpecti in boſphoro ꝓ
dunť:qui a matutino tempore durauerunt in occaſum.Trinos ſoles antiqui ſępiꝰ videre.
Sicut Sp.Poſtumio.Q.Minutio.Q.Martio.M.Porcio.M.Antonio.P.Dolobella & .M.Lepido.
L.Planco conſ.& noſtra ętas vidit/Diuo Claudio principe cōſulatu eius Cornelio.Orſito collega.
Plures ſimul q̄ tres viſi ad hoc ęui nunq̄ produntur.

Trini ſoles

¶Plures lunæ. Ca.xxxiȷ.

LVnæ quoq; trinæ:vt Cn.Domitio.C.F.L.Annio conſ.apparuere:quos plęriq; appella-
uerunt ſoles nocturnos. ¶Dierum lux nocte. Ca.xxxiiȷ.

Trine lunæ

l Vmē de cœlo noctu viſū ē.C.Cecilio.Cn.Papyrio cōſ.& ſępe alias vt diei ſpēs noctu luceret

¶Clipei ardentes. Ca.xxxiiiȷ.

CLypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans tranſcurrit ſolis occaſum.L.Valerio.Cn.
Mario con. ¶Oſtentum cœli Ca.xxxv.

Dies nocturnus
Clypeus ardens.

Syntilla.

SIntillam e ſtella cadere: & augeri terrę appropinquantē: ac poſtq̃ in lunę magnitudinē facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die. Dein cũ in cœlũ ſe reciperet: lampadē factam ſemel vnq̃ ꝓdit. Cn. Octauio. C. Scribonio cõſ. Vidit hoc Licinius Syllanꝰ ꝓcõſul cũ comitatu ſuo.

¶De diſcurſu ſtellarum. CA.XXXVI.

HIeri videntur & diſcurſus ſtellarũ nunq̃ temere vt nõ ex ea parte truces vẽti cooriantur: & exijs tunc procellæ in mari terriſq;.

¶De ſtellis caſtoribus. CA.XXXVII.

VIdi in nocturnis militũ vigilijs inhęrere pilis ꝓ vallo fulgurũ effigies. eæ & antẽnis nauigantiũ alijſq; nauium partibꝰ ceu vocali quodã ſono inſiſtunt: vt volucres ſedem ex ſede mutãtes. Graues cũ ſolitariæ venere: mergenteſq; nauigia: & ſi in carinæ ima deciderint exurentes. Geminæ aũt ſalutares: & ꝓſperi curſus prænũcię. quarũ aduẽtu fugari diram illam ac minacẽ/appellatãq; Helenã ferũt. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant: eoſq; in mari deos inuocant. Hominũ quoq; capita veſpertinis horis magno pręſagio circũfulgẽt. Oĩa incerta ratione & in naturæ maieſtate abdita.

Caſtor & pollux maris numina.

¶De aere. CA.XXXVIII.

Cœlum Aer.

HActenus de mundo ipſo ſyderibuſq;. Nunc reliqua cœli memorabilia. Nãq; & hoc cœlũ appellauere maiores. Quod alio nomine aera/omne qđ inani ſimile vitalẽ. hunc ſpiritum fundit. Infra lunam hæc ſedes: multoq; inferior. Vt animaduerto propemodũ cõſtare: infinitum ex ſuperiore natura aeris & terręni halitus miſcens vtraq; ſorte confundiẽ. Hinc nubila: tonitrua: & alia fulmina. Hinc grandines: & pruinę: hymbres: ꝓcellę: turbines. Hinc pluria mortaliũ mala: & rerum naturę pugna ſecum. Terręna in cœlum tendentia deprimit ſyderum vis. Eademq; quæ ſponte non ſubeant ad ſe trahunt: Decidunt hymbres. Nebulæ ſubeũt: Siccãtur amnes. Ruũt grandines: Torrent radij: & terram in medium vndiq; impellunt. Idẽ infracti reſiliunt: & quæ potuere auferunt ſecum. Vapor ex alto cadit: rurſumq; in altum redit. Venti ingruunt inanes. Ijdẽq; cum rapina remeant. Tot animalium hauſtus ſpiritum e ſublimi trahit. At ille cõtra nititur. Telluſq; vt inani cęlo ſpiritum infundit. Sic vltro citro commeante natura vt tormento aliquo mundi celeritate diſcordia accendaẽ: nec ſtare pugnę licet: ſed aſſidue rapta conuoluitur. Et circa terrã immenſo rerum quaſi globo tendit ſubinde per nubes/cœlum aliud obtexens. Ventorũ hoc regnũ. Itaq; præcipua eorum natura ibi: & ferme reliquas complexa cauſas quoniam & tonitruum & fulminũ iactus horũ violentię plęriq; aſſignãt. Quin & ideo lapidibꝰ pluere interim ꝙ vẽto ſint rapti: & multa ſimiliter. Quamobrem plura ſimul dicenda ſunt.

Cur lapides pluant.

¶De æſtatis tempeſtatibus. CA.XXXIX.

TEmpeſtatum/rerũq; quaſdã ſtatas eẽ cauſas: quaſdã vero fortuitas: aut adhuc ratiõis incõpertę manifeſtũ ẽ. Quis eñ ęſtates & hyemes quęq; in tẽporibus annua vice intelligũtur ſyderũ motu fieri dubitet? Ergo vt ſolis natura tẽperãdo intelligiẽ annꝰ ſic reliquoꝝ quoq; ſyderũ ꝓpria eſt quibuſq; vis: & ad ſuã cuiq; naturã fertilis. Alia ſũt in liquorẽ ſoluti humoris fœcũda. Alia cõcreti in pruinas: aut coacti in niues: aut glaciati ĩ grãdines. Alia flatꝰ tẽporis. Alia vaporis. Alia roris. Alia rigoris. Nec vero hęc tãta debent exiſtimari quãta cernũẽ: cũ eẽ eorũ nullũ minꝰ luna/tam ĩmẽſę altitudinis ratio declaret. Igiẽ in ſuo quæq; motu naturã ſuã exercent. quod manifeſtũ Saturni maxime trãſitꝰ hymbribꝰ faciũt Nec meantiũ modo ſyderꝝ hęc vis ẽ: ſed multoꝝ etiã adhęrentiũ cœlo quotiẽs errãtiũ acceſſu ĩpulſa aut cõiectu radiorũ exſtimulata ſũt qualiter ĩ ſucculis ſẽtimꝰ accidere: quas gręci ob id pluuio noĩe hyadas appellãt. Quin & ſua ſpõte qdã ſtatiſq; tẽporibus vt hædoꝝ exortus/arcturi vero ſydus nõ ferme ſine ꝓcelloſa grãdie emergit.

Syderum vis

Hyades. viſ. ſtellę ſucculę dicte.

¶De caniculæ exortu. CA.XL.

IAm caniculę exortu accẽdi ſolis vapores quis ignorat? Cuiꝰ ſyderis effectꝰ ampliſſimi ĩ terra ſentiunẽ. Feruẽt maria exoriẽte eo. Fluctuãt in cellis vina. Mouẽtur ſtagna. Origẽ appellat ægyptus feram: quam in exortu eius cõtraſtate & contueri tradit: ac velut adorare cum ſternuerit. Canes quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi nõ eſt dubium

Oryx aĩal caprarum genere qđ & ſolus dicitur.

¶Vis temporum anni ſtatua. CA.XLI.

QVin in partibꝰ quoq; ſignoꝝ quorũdã ſua vis ineſt/vt autumnali ęquinoctio brumaq; cõ tempeſtatibus confici ſydus intelligimus.

¶De incertis tempeſtatibus. CA.XLII.

NEc hymbribus tantũ/tẽpeſtatibuſq; ſed multis & corporũ & ruris experimentis. Afflãẽ alij ſydere. Alij cõmouenẽ ſtatis temporibus: aluo: neruis: capite: mente. Olea & populꝰ

alba/& ſalices/folia ſolſtitio circũagunt: Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arētis hęrba pulegij. Rumpuntur intente ſpiritu membranæ. Miretur hoc qui nõ obſeruet quotidiano experimento hærbam vnã: quæ vocatur hæliotropiũ abeuntē ſolē intueri ſemp: oĩbuſq; horis cũ eo verti: vel nubilo obũbrante. Iam quidē lunari poteſtate auſtrearũ cõchyliorũq; & cõcharũ oĩm corpa augeri: & rurſus minui. Quin & ſoricũ fibras reſpondere nũero lunæ exqſiuere diligentiores. Minimũq; aĩal formicã ſentire vires ſyderis/interlunio ſemp ceſſantē. Quo turpior hoĩ inſcitia eſt: fatēti p̄cipue iumentorũ quorũdã in oculis morbos cũ luna increſcere ac minui. Patrocinanť vaſtitas cœli imēſa diſcreta altitudie in duo atq; ſeptuaginta ſigna. Hę ſũt rerũ aut animãtiũ effigies: in quas digeſſere cęlũ periti. In his qdã mille ſexcētas annotauere ſtellas inſignes videlicet effectu/viſuve. Exempli grã in cauda tauri ſeptē quas appellauere Vergilias. In frõte ſucculas Bootē que ſequiť ſeptētriones.

Heliotropiũ hęrba.

Formicã ſolũ in plęni lunio operatur

## De hymbribus. CA.XLIII.

EXtra has cauſas nõ negauerim exiſtere hymbres/vẽtoſq;: quoniã humidã a terra: alias vero propter vapores fumidaꝫ exhalare caliginē certũ eſt. Nubeſq; liquore egreſſo in ſublime: aut ex aere coacto in liquorē egreſſo in ſublime: aut ex aere coacto in liquoreꝫ gigni Denſitas earũ corpuſq; haud dubiũ cõiectať argumẽto cũ ſolē obũbrãt. Perſpicuo alias: etiam vrinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

## Quare lapides pluuant. Ca.XLIIII.

IGitur nõ eã inficias: poſſe in has & ignes ſupne ſtellarũ decidere: quales ſereno ſæpe cernimus: quorũ ictu cõcuti aera verũ eſt: qñ & tęla vibrata ſtridunt. Cuꝫ vero in nubem peruenerint: vaporem diſſonum gigni vt cadente ferro in aquam demerſo: & fumidum vorticem volui. Hinc naſci procellas.

## De tonitruis & fulgoribus. Ca.XLV.

ETſi in nube luctetur flatus aut vapor tonitrua edi: ſi erũpat ardēs: fulmina. Si lõgiore tractu nitatur fulgetra. His findi nubem: illis prumpi. Et eſſe tonitrua impactorũ igniũ plagas: ideoq; protinus corruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſyderuꝫ depreſſum qui a terra meauerit ſpiritũ nube cohibitum tonare natura ſtrangulante ſonitũ dum rixetur. Edito fragore cum erumpa. tVt in membrana ſpiritu intenta: poſſe & attritu dum in pręceps feratur illũ (quiſquis eſt) ſpiritum Accendi. Poſſe & afflictu nubium elidi: Vt duorum lapidum ſyntillãtibꝰ fulgetris. Sed hæc omnia eſſe fortuita. Hinc bruta fulmina & vana: vt quę nulla veniant ratiõe naturę. Ijs percuti montes: ijs maria: omneſq; alios irritos iactus. Illa vero fatidica ex alto/ſtatiſq; de cauſis & ex ſuis venire ſyderibus. Simili modo ventos vel potius flatus poſſe ex arido ſiccoq; anhelitu terrę gigni nõ negauerim. Poſſe & aquis aera expirantibꝰ q neq; in nebulã dēſeť: nec craſſeſcat ĩ nubes Poſſe & ſolis impulſu agi: qm̃ ventus nõ aliud intelligať q̃ fluctus aeris: pluribuſq; etiã modis. Nãq; & fluminibus & niuibus & e mari videmus eqdē tranquillo: & alios quos vocant altanos e terra cõſurgere. Qui quidem cum e mari redeunt tropei vocantur: ſi pergunt apogei.

Ventus aeris fluctus.
Altani venti.

## Qua ratione echo reddatur. Ca.XLVI.

MOntium vero flexus crebriq; vertices & cõflexa Cubito aut cõfracta in humeros iuga cõcaui vallium ſinus ſcindunt inęqualiter: inde reſultantem aera quę cauſa etiã voces multis in locis reciprocas facit.

## De ventis. Ca.XLVII

SIne fine ventos generat iam quidam etiã ſpecus: qualis in dalmatię ora vaſto in præceps hyatu: in quē deiecto leui pondere quãuis tranquillo die turbini ſimilis emicat procella nomē loco eſt ſentaquin: Et in cyrenaica prouincia rupes quædam auſtro traditur ſacra: quã ꝓfanũ ſit attrectari hoĩs manu: cõfeſtim auſtro ĩuoluēte harenas. In domibꝰ etiã mĩtis manufacta incluſa opacitate cõceptacula auras ſuas habēt/adeo cauſa nõ deeſt. Sed plurimũ: intereſt flatus ſit an ventus: illos ſtatos/atq; ꝑſpirãtes: quos nõ tractꝰ aliqs verũ terræ ſētiunt: qui nõ aura nõ ꝓcella maris: ſed appellatiõe quoq; ipſa vẽti ſũt. Qui ſiue aſſiduo mundi incitu & cõtrario ſyderum occurſu naſcunť: ſiue hic eſt ille generabilis rerũ naturę ſpiritus huc/illucq; tanq̃ in vtero aliquo vagus: ſiue diſparili errantiũ ſyderũ ictu: radiorũq; multiformi iactu flagellatus aer: ſiue a ſuis ſyderibus exeũt his proprioribus: ſiue ab illis cęlo affixis cadũt: palã eſt illos quoq; legē habere naturæ nõ ignotam etiam ſi nondum percognitam.

Dalmatiæ hyatus
Sentaquin rupes auſtro ſacra.

## Naturæ & obſeruationes venturum. Ca.XLVIII.

VIginti & amplꝰ auctores gręci veteres prodidere de his obſeruatiões: quo magis miror orbe tã diſcordi/& in regna hoc eſt ĩ mẽbra diuiſo tot viris curæ fuiſſe tã arduã inuentu perquirere inter bella: præſertim & infida hoſpitia. Piratis etiam omnium mortalium

hoſtibus tranſitus fame tenentibus:vt hodie quędā in ſuo quiſq; tractu ex eorum commētarijs qui
nunq̄ eo acceſſere veri⁹ noſcant q̄ indigenarū ſcientia Nūc vero pace tam feſta: tam gaudente ꝓuē
tu rerū/artiumq; principe omnino nihil adiſci noua inquiſitione:imo ne veteꝝ quidē inuēta ꝑdiſci
Non erāt maiora præmia in multos diſperſa fortunę magnitudine:& iſta plures ſine præmio alio q̄

Animaduerte.

poſteros iuuandi eruerunt.Namq; mores hoīm ſenuere nō fructus.Et immenſa multitudo apertu;
quodcunq; eſt mare hoſpitaliq; littoꝝ oīm appulſu nauigat:ſed lucri nō ſcientiæ gratia.Nec repu
tat cæca mens etiam tm̄ auaritiæ intēta idipſum ſcientia poſſe tutius fieri.Quapropter ſcrupuloſi⁹
q̄ inſtituto fortaſſis cōueniat operi tractabo ventos tot milia nauigantium cernens.

## ¶Ventorum genera. CA.XLIX.

Homerus

VEteres quattuor omnino ſeruare totidē mūdi partes:ideo nec Homerus plures nomiat
Hebetius mox iudicatum eſt/ſecuta ætas octo addidit ratione nimis ſubtili & conſciſſa
Proximis inter vtraq; media placuit ad breue numeꝝ additis quattuor.Sūt ergo bini in
quattuor cœli partib⁹.Ab oriēte æquinoctiali ſubſolan⁹.Ab oriēte brumali vulturnus.

Venti.xij.

Illū apelioten:hūc græci eurū appellāt.A meridie auſter.Et ab occaſu brumali africus:noton & li
ba noiant.Ab occaſu ęquinoctiali fauoni⁹.Ab occaſu ſolſtitiali corus:xephyron & argeſten vocāt.
A ſeptētrionib⁹ ſeptētrio.Interq; eū & exortū ſolſtitialē aquilo. Aparctias dicti & boreas. Numero

Ventoru; nomina varia.

ſior ratio quattuor ijs interiecerat/traciam media regione inter ſeptentrionē/& occaſum ſolſtitialē
Itemq; cætiam media inter aquilonem & exortum ęquinoctiale;.Ab ortu ſolſtitiali phœnica me-
dia regione inter ortum brumalem & meridiem.Item inter liba & noton compoſitū ex vtroq; me

Varijs regionibus venti peculiares

dium.Inter meridiem & hybernum occidentem libanoton.Nec finis.Alij quippe menſem nomie
etiamnum addidere inter boream & cętiam.Et inter eurum & noton & euronoton.Sūt etiam qui
dam peculiares quibuſq; gentibus venti non vltra certum procedētes tractū:vt Athenienſibus ſcy
ron:paulo ab argeſte deflexus reliq̄ græcię ignotus.Aliubi elatior idem olympias vocatur.Cōſue
tudo his omnibus nominibus argeſten intelligit & cætiam.Aliqui vocant helleſpontion. Et eoſdē
alibi aliter.Item in narbonnenſi prouincia clariſſimus ventorum eſt circius:nec vlli violentia inferi
or.Oſtiam plerūq; rector liguſtico mari perferens.Idem non modo in reliquis partibus cœli igno-
tus eſt:ſed ne viennam quidem eiuſdem prouincię vrbem attingens:paucis ante limitibus iugi mo
dici occurſu tantus ille ventorum eſt coercitus.Et auſtros in ægyptum penetrare negat Fabianus.

Ver maria aperiens

Quo fit manifeſta lex naturę ventis etiam & tempore/ & fine dicto. Ver ergo aperit nauigātib⁹ ma
ria.Cui⁹ in principio fauonij hybernum molliunt cęlum ſole aquarij.xxv.obtinente partes. Is dies
ſextus eſt ante februarias idus.Competit ferme & hoc omnibus/quos deinde ponam per ſingulas

De ventoru; exortu.

intercalationes:vno die anticipantibus/ruſumq; luſtro ſequenti ordinem ſeruantibus.Fauonium
quidam ad.vij.cal.martij chelidoniam vocāt ab hirundinis viſu.Nonnulli vero orinthiam vno& ſe
ptuageſimo die poſt brumam ab aduentu Auium flantem per dies nouem.Fauonio contrarius eſt
quem ſubſolanum appellauimus.Datus eſt autem huic exortus vergiliarū in totidem partib⁹ tau
ri ſex diebus ante maias idus.qđ tēpus auſtrinū eſt huic vento ſeptētrione contrario.Ardentiſſimo
autē æſtatis tempore exoritur caniculæ ſydus:ſole primam partem leōis ingrediente.Qui dies.xv.
añ auguſti calē.eſt.Hui⁹ exortū diebus octo ferme aquilones antecedūt:quos ꝓdromos appellant.

hinc ecthesie Annui aquilones.

Poſt biduū aūt exortus ijdem aquilones conſtantius perflāt diebus.xl.quos ectheſias vocāt.Molli
re eos creditur ſolis vapor germinatus ardore ſyderis.Nec nulli vētoꝝ magis ſtati ſūt. Poſt eos rur
ſus auſtri frequētes vſq; ad ſydus arcturi:quod exorit̃.xj.diebus ante æquinoctiū autumni.Cū hoc
corus incipit.corus antumnat Huic eſt contrarius vulturnus.Poſt æquinoctiū dieb⁹ fere quattuor
&.xl.vergiliarū occaſus hyemem incoat.Quod tempus in tertio idus nouembris incidere cōſueuit
hoc eſt aquilonis hyberni:multumq; æſtiuo illi diſſimilis:cuius ex aduerſo eſt africus.Ante brumā

Halcyones aues

autem ſeptē diebus/totidemq; poſtea ſternitur mare halcyonum fœturę:& inde nomen ij dies tra-
xere.Reliquum tempus hyemat.Nec tamen ſæuitia tempeſtatum concludit mare.Piratæ primu;
coegere mortis periculo in mortem ruere:& hyberna experiri maria.Nūc idem auaricia cogit.Vē

Cęcias flādo trahit nubes

torum etiam frigidiſſimi ſūt quos a ſeptētrione diximus ſpirare.Vicinus hic corus.Ij & reliquos cō
peſcunt:& nubes abigunt.Humidi auſter africus:& præcipue auſter italiæ. Narrāt & in ponto cæ-

Ventorū natura

cian in ſe trahere nubes.Sicci cor⁹ & vulturn⁹ pręterq̄ deſinētes.Niuales aquilo & ſeptētrio. Grā-
dines ſeptētrio īportat & corus.Aeſtuoſus auſter.Tepidi vulturn⁹ & fauoni⁹.Ijdē ſubſolano ſicco

Saluberrim⁹ aquilo

res:& in totum omnes a ſeptētrione & occidente ſicciores:q̄ meridie & oriente.Saluberrimns au-
tem omniū aquilo.Noxius auſter & magis ſiccus fortaſſis quia humidus frigidior eſt.Min⁹ eſurire

Nota.

ęo ſpirante credunt̃ animātes. Ecteſiæ noctu deſinunt flare:& a tertia diei hora oriunt̃.In hiſpania

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0054-4 DFG

& aſia ab oriēte flatus eſt eorum. In ponto ab aquilone. Reliquis in partibus a meridie. Spirāt aūt & a bruma qui vocanť ornithię: ſʒ leniores/ & paucis diebus. Permutant & duo naturam cum ſitu. Auſter africę ſerenus. Aquilo nubilus. Omnes venti vicibus ſuis expirant maiore ex parte. Aut vt cōtrarius deſinenti incipiat cū proxime cadentibus. Surgunt a leuo latere in dextrum vt ſol ambiunt. De ratione eorum menſtrua/ quarta maxime luna decernit. Iiſdem aūt ventis in cōtrariū nauigať ꝓlatis pedibus: vt noctu plerūqꝫ aduerſa vela cōcurrant. Auſtro maiores fluctus eduntur ꝙ aquilone. quoniam ille infernus ex imo maris ſpirat: hic ſummo. Ideoqꝫ poſt auſtros noxij præcipue terræmotus. Noctu auſter interdiu aquilo vehementior. Et ab ortu flantes diuturniores ſūt ab occaſu flantibus. Septentriones in pari fere deſinunt numero. Quæ obſeruatio etiā in aliis multis reꝝ naturę partibus valet. Mares itaqꝫ exiſtimātur impares numeri. Sol & auget & cōprimit flatu. Auget exoriens occidenſqꝫ. Comprimit meridianus ęſtiuis temporibus. Itaqꝫ medio diei aut noctis plerūqꝫ ſopiuntur: quia aut nimio frigore aut æſtu ſoluuntur. Et hymbribus venti ſopiuntur. Expectantur autem maxime vnde nubes diſcuſſę adaperuere cœlū. Omniuʒ quidem ſi libeat obſeruare minimos ambitus redire eaſdē vices quadriānio exacto Eudoxus putat/ non ventorum modo verum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno caniculæ ortu. De generalibus ventis hęc.

Nota.

Eudoxus philoſophus.

¶De repentinis flatibus. CA.L.

NVnc de repentinis flatibus/ qui exhalante terra vt dictū eſt coorti/ rurſuſqꝫ deiecti interim obducta nubiū cute multiformes exiſtūt. Vagi quippe & ruentes terrentiū modo vt aliquibꝰ placere oſtēdimus: tonitrua & fulgura edūt. Maiore vero illati pōdere incurſuqꝫ ſi late ſiccā ruperint nubē: ꝓcellā gignūt: ꝙ vocať a grecis Ecnephias. Sin vero deꝑſſo ſinu arctius rotati effregerint ſine igne hoc eſt ſine flumine verticē faciunt: qui typhon vocať. i. vibratus. Ecnephias defert. His ſecū aliquid abreptū e nube gelida cōuoluens verſanſqꝫ: & ruinā ſuā illo pōdere aggrauās: & loco ex loca mutās rapida vertigine: ꝑcipua nauigātiū peſtis: nō antennas modo/ verū ipſa nauigia cōtorta frangēs: tenui remedio aceti in aduenientē effuſi: cui frigidiſſima eſt natura. Idē illiſu ipſo repercuſſus correpta ſecū in cœlū refert. ſorbetqꝫ in excelſū. Quod ſine maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu: ſed minus alto ꝙ procella: nec ſine fragore turbinem vocant: proxima queqꝫ proſternētem. Idem ardentior accenſuſqꝫ dum fuerit præſter vocatur amburens contacta pariter & proterens.

Ecnephias typhon.

Acetū contra typhona.

Turbo.

Præſter.

¶Alia prodigioſa genera tempeſtatum. CA.LI.

NOn fit autē aquilonibus typhon/ nec niualis: aut niue iacēte Ecnephias. Quod ſi ſimul rupit nubē: exarſitqꝫ: & ignē habuit: aut poſtea cōcepit fulmen eſt. Diſtat a pręſtere quo flāma ab igne. Hic late fundiť flatu. Illud cōglobať ipetu. Vortex aūt hic meādo diſtat a turbine quo ſtridor a frigore. Procella latitudie ab vtroqꝫ diſiecta nube verius ꝙ rupta. Fit & caligo beluæ ſimilis nube dira nauigantibus. Vocať & columna cū ſpiſſatus humor/ rigenſqꝫ ipſe ſe ſuſtinet. Ex eodem genere & in longam veluti fiſtulam nubes aquam trahit.

¶Quibus in terris fulmina non cadant. CA.LII.

HYeme & æſtate rara fulmina cōtrariis de cauſis: quoniā hyeme denſatus aer nubium craſſiore corio ſpiſſatur: omniſqꝫ terrarum exhalatio rigens/ ac gelida quicquid accepit ignei vaporibꝰ extinguit. Quæ ratio immunem ſcythiam & circa rigentia a fulminū caſu præſtat: & e diuerſo nimis ardor ægyptum. Siquideʒ calidi ſicciqꝫ halitus terrę raras admodū/ tenueſqꝫ & infirmas denſātur in nubes: Vere autem & autumno crebriora fulmina corruptis in vtroqꝫ tempore æſtatis/ hyemiſqꝫ cauſis. Qua ratione crebra in italia fulmina: quia mobilior aer mitiore hyeme & ęſtate/ nimboſa: ſemper quodāmodo vernat aut autumnat. Italię quoqꝫ partibꝰ iis quæ a ſeptētrione deſcendunt a tepore qualis eſt vrbis campanię tractus iuxta hyeme/ & ęſtate fulgurat: qđ non in alio ſitu.

Scythia ęgyptus.

¶Fulgurum genera & miracula. CA.LIII.

FVlminum ipſoꝝ plura genera tradunť. Quæ ſicca veniūt nō adurunt: ſed diſſipāt. Quæ humida nō vrunt: ſed infuſcant. Tertium eſt quod clarū vocāt mirificæ maximę naturæ quo dolia exhauriuntur intactis operimentis: nulloqꝫ alio veſtigio relicto. Aurū/ & ęs & argentum liquať intus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis ac ne confuſo quideʒ ſigno cęræ. Martia princeps romanoꝝ icta grauida partu exanimato/ ipſa citra illū aliud incōmoduʒ vixit. In catilinianis prodigiis pompeiano ex municipio. M. Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt.

Tria fulminū genera.

Mirabile de martia muliere.

¶De obſeruationibus. CA.LIIII.

Ethruſcoruꝫ obſeruatio.

THuſcorū lr̄e nouē deos emittere fulmina exiſtimāt: ea quę eſſe vndecim generū. Iouem ei trina iaculari. Romani duo tm̄ ex his ſeruauere: diurna attribuētes Ioui: nocturna Sūmano. Rariora ſane eadē cā frigidioris cęli hetruria rūpere a terra quoq; arbitraꝛ q̄ infera appellat brumali tempore facta ſæna maxime & execrabilia: cū ſint omnia quę terrena exiſtimāt nō illa generalia: nec a ſyderibꝰ veniētia: ſed ex ꝓxima atq; turbidiore natura. Argumētū euidēs eſt q̄ oia a ſupiore cœlo decidētia obliquos habeant ictus: hęc aūt quę vocantur terrena rectos. Sed quia ex ꝓpriore materia cadūt ideo creduntur e terra exire: qm̄ ex repulſu nulla veſtigia edant: cū ſit illa ratio nō inferni ictus ſed aduerſi: Saturni ea a ſydere proficiſci ſubtiliter iſta conſectari putant: ſicut cremātia a Martis. Qualiter cum vulſcinij oppidū thuſcorū opulētiſſimuꝫ totū concrematum eſt fulmine. Vocant & familiaria in totam vitā fatidica: quę prima fiunt familiam ſuam cuiq; indepto. Cæterum exiſtimant non vltra deceꝫ annos portendere priuata: præterq̄ hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die. Publica non vltra triceſimum annum: pręterq̄ in deductione oppidorum.

Vulſcinij oppiduꝫ fulminatum.

¶De fulminibus euocandis. CA.LV.

Ethruria. Oltam monſtrum.

EXtat annaliū memoria ſacris quibuſdam & precationibus vel cogi fulmina vel īpetrari. Vetus fama eſt hetrurię īpetratum/vulſinis & vrbe & agris depopulatis: ſubeūte mōſtro quod vocauere Oltam: euocatū & a Porſena ſuo rege & ante eū a numa ſæpiꝰ hoc factitatū in primo annaliū ſuorū tradit. L. Piſo grauis auctor. Quod imitatū paruꝫ rite Tullum Hoſtiliū ictū fulmine. Lucoſq; & aras & ſacra habemus: inter quæ ſtatores & tonantes & feretrios: elicíū quoq; accepimus iouē. Varia in hoc vitæ ſētētia & pro cuiuſlibet animo. Imperari naturę audacis eſt credere: nec minus hebetis beneficijs abrogare vires: quando in fulgurū quoq; interpretatione eo profecit ſcientia: vt ventura alia finito die præcinat: & an peremptura ſint fatuꝫ: aut apertura potius alia fata quæ lateant: innumerabilius in vtroq; publicis priuatiſq; experimentis. Quamobrem ſint iſta (vt rerum naturæ libuit) alijs certa alijs dubia: alijs probata: alijs damnanda. Nos cętera quæ ſunt in his memorabilia non omittemus.

Iuppiter elicius.

¶Catholica fulgurum. CA.LVI.

FVlgetrum prius cerni q̄ tonitrum audiri (cum ſimul fiant) certū ē. Nec mirū qm̄ lux ſonitu velocior. Ictum aūt & ſonitū cōgruere ita modulante natura. Sed ſonitū ꝓfecti eē fulminis: nō illati. etiānum ſpiritum ociorē fulmine deo quati prius omne & afflari q̄ pcuti nec quēq̄ tangi qui prior viderit fulmen: aut tonitrua audierit. Leua ꝓſpera exiſtimantur. qm̄ leua parte mundi ortus eſt. Nec tam aduentus ſpectatur q̄ reditus: ſiue ab ictu reſiliat ignis: ſiue opere cōfecto aut igne conſumpto ſpiritus remeet. In. xvi. partes cœlum in eo reſpectu diuiſere tuſci. Prima eſt a ſeptemtrionibus ad æquinoctialē exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad ęquinoctialem occaſum. Quarta obtinet quod reliquuꝫ eſt ab occaſu ad ſeptētriones. Has in quaternas iterū diuiſere partes: ex quibus octo ab exortu ſiniſtras: totidē e cōtrario appellauere dextras. Exijs maxime dira quę per ſeptētriones occaſum attingunt. Itaq; per plurimum refert vnde venerint fulmina & quo conceſſerint. Optimū eſt in exortiuas redire partes. Ideo cum a prima cœli parte venerit & in eandem conceſſerint ſumma fœlicitas portenditur. Quale Sylle dictatori: oſtentum datum accipimus. Cætera ipſius mundi portione minus proſpera aut dira. Quædam fulgura enūciare nō putant fas: nec audire: pręterq̄ ſi hoſpiti indicētur aut parenti. Magna obſeruationis huiꝰ nauitas tacta Iunonis æde romę deprehēſa eſt Scauro cōſule qui mox princeps fuit. Noctu magis q̄ interdiu ſine tonitribus fulgurat. Vnū animal hominem non ſemper extingui: cætera illico: hunc videlicet natura tribuente honorem: cum tot beluæ viribus pręſtent. Omnia contrarias incubant partes Homo niſi conuertatur vi percuſſus non expirat. Supernę icti concidunt. Vigilans ictus conniuentibus oculis dormiens patentibus reperitur. Hominem ita exanimatum cremari fas non eſt: cōditerra religio tradidit. Nullum animal niſi exanimatum fulmine accēditur. Vulnera fulminitorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Leua ꝓſpa.

xvj. partes tuſci in cœlo ſignabant.

Ædes iunonis.

¶Quæ non feriantur fulmine. CA.LVII.

EXijs quæ terra gignūtur lauri fruticē nō icit. Nō vnq̄ altiꝰ quinq; pedibꝰ deſcēdit in terrā Ideo pauidi altiores ſpecꝰ tutiſſios putāt: aut tabernacula pellibus beluarū quas vitulos marinos appellāt: qm̄ hoc ſolū animal ex marinis nō percutiat: ſicut nec e volucribꝰ aqlam: quę ob hoc armiger huiꝰ tęli fingitur in italia inter terracinam & ædeꝫ Fetonię turres bellicis temporibus deſiere fieri: quia non nullę earum ſunt fulmine dirutæ.

Tria quæ nū q̄ fulmine iciuntur. Sicut Auguſtus geſſiſſe dicit

¶De ꝓdigioſis pluuijs lacte & ſanguine carne ferro lana lateribꝰ coactis. CA.LVIII.

PRæter hæc inferiore cęlo relatum in monumēta eſt late & ſanguine pluuiſſe. M. Acilio. C. Porcio conſ. Et ſępe alias carne. ſicut. L. Volūnio Seruio Sulpitio conſ. Exq; ea nō ꝓputruiſſe quod nō diripuiſſent aues. Item ferro in lucanis anno antequā. M. Craſſus a pthis interemptus eſt: oēſq; cū eo Lucani milites: quorū magnus numerus in exercitu erat. Effigies q̃ plu erat: ſp ōgiaru; fere ſimilis fuit. Aruſpices cauēda pręmonuerūt ſupna vulnera. L. Autem Paulo. C. Marcello conſ. lana pluit circa caſtellū cariſſanū: iuxta quod poſt annū. T. Anniꝰ Millo occiſus eſt. Eodē cauſam dicēte lateribus coctis pluiſſe/in eius anni acta relatum eſt.

*Horrenda p digia.*

## ¶De crepitu armorum & tubarum de cęlo audito. CA. LIX.

ARmorum crepitus & tubę ſonitus auditꝰ e cęlo cimbricis bellis accepimus: crebroq; & prius & poſtea. Tertio vero cōſulatu Mariȷ ab amerinis & tudertibus ſpectata arma cęleſtia ab ortu occaſuq; inter ſe cōcurrentia/pulſis quę ab occaſu erant. Ipſū ardere cęlū minime mitum eſt. Et ſæpius viſum maiore vi ignis nubibus correptis.

*Nota.*

## ¶De lapidibus e cælo cadentibus. CA. LX.

CElebrant gręci Anaxagorā clazomeniū olympiadis ſeptuageſimę octauę ſcđo anno p̄dixiſſe cęleſtiū litterarū ſcientia/quibus diebus ſaxum caſurum eſſet e ſole. Idq; factum interdiu in thracię parte ad egos flumen. Qui etiam lapis nunc oſtenditur magnitudine vehiculi/colore aduſto: cometę quoq; illis noctibꝰ flagrāte. Qđ ſi quis p̄dictū credat: ſimul fateatur neceſſe eſt maioris miraculi diuinitatem fuiſſe Anaxagore ſoluiq; rerū naturæ intellectum & cōfundi oīa/ſi aut ip̄e ſol lapis eſſe: aut vnq̃ lapidē in eo fuiſſe credatur. Decidere tn̄ crebro nō erit dubium. in abidi gymnaſio ex ea cauſa colitur hodieq; modicus quidā: ſed quē in medio terrarū caſurū idem Anaxagoras p̄dixiſſe narratur. Colitur & Caſſandrię: quæ potidea vocitata eſt/ob id deducta. Ego ipſe vidi in vocontiorum agro paulo ante delatum.

*Anaxagoras Lapis e ſole lapſus. Egos fluuiꝰ.*

## ¶De arcu cæleſti. CA. LXI.

ARcus vocamus extra mircaculū frequentes: & extra oſtentum: Nā nec pluuios quidē aut ſerenos dies cū fide portēdunt. Manifeſtū eſt radiū ſolis imiſſum cauæ nubi repulſa acie in ſolē refringi: colorūq; varietatē mixtura nubiū aeris igniūq; fieri. Certe niſi ſole aduerſo nō fiūt: nec vnq̃ niſi dimidia circuli forma: nec noctu. Quāuis Ariſtoteles prodat aliqn̄ viſum: qđ tn̄ fatetur idē non niſi triceſima luna poſſe. Fiunt aūt hyeme maxime ab ęquinoctio autūnali die decreſcente. Quo rurſus creſcente ab æquinoctio verno nō exiſtunt: nec circa ſolſtitiū lōgiſſimis diebus: bruma vero hoc eſt breuiſſimis diebus frequēter. Idē ſublimes humili ſole: humileſq; ſublimi: & minores occidente vel oriente: ſed in latitudinē diffuſi. Meridie exiles: verū ambitꝰ maioris. Aeſtate vero per meridiem non cernuntur. Poſt autumni ęquinoctium quacunq; hora. Nec vnq̃ plures ſimul q̃ duo. Cętera eiuſdem naturę non multis dubia eſſe video.

*Arcus alias noctu viſus.*

## ¶De grandine: niue: pruina: nebula: rore. CA. LXII.

GRandinem coglaciato hymbre gigni: & niuem eodē humore mollius coacto. Pruinā aūt ex rore gelido. Per hyemem niues cadere nō grādines: ipſaſq; grandines inter diu ſępius q̃ noctu: & multo celerius reſolui q̃ niues. Nebulā nec æſtate nec maximo frigore exiſtere Rores neq; gelu: neq; ardoribus: neq; ventis: nec niſi ſerena nocte. Gelādo liquorē minui ſolutaq; glacie non eundem inueniri modum.

## ¶De nubium imaginibus. CA. LXIII.

VArietates colorum figurarūq; in nubibus cerni ꝓut admixtus ignis ſupet aut vincatur.

## ¶De proprietatibus Cœli in locis. CA. LXIIII.

PRæterea quaſdā ꝓprietates cęli quibuſdā locis eſſe: Roſcidas ęſtate africę noctes: In italia locris & lacu velino/nullo nō die appere arquꝰ. Rhodi & ſyracuſis nūq̃ tāta nubila obduci: vt nō aliqua hora ſol cernat̄. Qualia aptiꝰ ſuis referētur in locis. Hæc ſint dicta de aere.

## ¶De natura terræ. CA. LXV.

SEquitur terra cui vni rerū naturæ partiū eximia ꝓpter merita cognomē ididimꝰ mater næ venerationis. Sic hoīm illa vt cœlū dei: quę nos naſcentes excipit: natos alit: ſemelq; ęditos ſuſtinet ſp: nouiſſime cōplexa gremio/iā a reliqua natura abdicatos: tum maxime vt mater operiens: nullo magis ſacramēto q̃ quo nos quoq; ſacros facit: etiā monumenta ac titulos gerēs. nomēq; ꝓrogās noſtrū & memoriam extendēs cōtra breuitatē ęui. Cuius numē vltimū iam nōnullis īprecamur rati graue: tanq̃ neſciamus hanc eſſe ſolā: quę nūq̃ iraſcatur homini. Aquę ſubeunt in hymbres: rigeſcunt in grandines: tumeſcunt in fluctus: pręcipitantur in torrentes Aer denſatur nubibus: furit procellis. Ad hæc benigna: mitis: indulgens: vſuſq; mortalium ſem

*Terra oīm parēs. Vel nullis Laus terræ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0057-1 DFG

per ancilla: quæ coacta genera? quæ ſponte fundit? quos odores/ ſaporeſq;? quos ſuccos? quos tactꝰ? quos colores? q̄ bona fide creditū reddit fœnus? quæ noſtri cauſa alit? Peſtifera em̄ animantia vitali ſpiritu habente culpam neceſſe eſt illi ſeminata excipere: & genita ſuſtinere. Sed in malis generātiū noxa eſt. Illa ſerpentem homine percuſſo non recipit ampliꝰ: pęnaſq; etiā inertiū nomine exigit. Illa medicas fundit hęrbas: & ſemper homini parturit. Quin & venena noſtri miſerta iſtituiſſe credi pōt ne in tedio vitę dirę famis. mors terrę meritis alieniſſima/ lēta nos conſumere tabe: ne lacerū corpus abrupta diſpergerēt: ne laquei torqueret pęna præpoſtera: incluſo ſpiritu cui quęreretur exitus. Ne in profundo quęſita morte/ ſepultura ſabulo fieret: ne ferri cruciatus ſcinderet corpus. Ita eſt miſerta genuit id: cuius facillimo hauſtu illibato corpore & cū toto ſanguine extingueremur nullo labore ſitientibus ſimiles. Quo taliter defūctos/ non volucres/ non ferę attingerēt: terręq; ſeruaretur qui ſibi ipſe periſſet. Et vt verum fateamur terra nobis maloruʒ remedium genuit: nos illud vitę fecimus venenum. Nos enim & ferro quo carere non poſſumus ſimili modo vtimur. Nec tamē quęreremur merito etiam ſi maleficij cauſa attuliſſet. Aduerſus vnam quippe naturæ partē ingrati ſumus: quaſi quę non ad delitias quaſq;/ non ad cōtumelias ſeruiat homini. In maria iacitur: vt freta admittamꝰ: eluitur aquis ferro: ligno: igne: lapide: fruge omnibus cruciatur horis: multoq; plus vt delicijs q̄ vt alimētis noſtris famuletur. Illa tamen quæ ſumma patiatur: atq; extrema cute tolerabilia videantur.

*Si ſerpēs hominem percuſſerit a terra non vltra recipitur.*

*Ferrum.*

*Auari notantur.*

Penetramus in viſcera/ auri argentiq; venas: & æris ac plumbi metalla fodientes. Gemmas etiam & quoſdam paruulos querimus lapides ſcrobibus in profundum actis. Viſcera eius extrahimus vt digyto geſtetur gemma: quā petimus. Quod manus atterūtur: vt vnius niteat articulus. Si vlli eſſent inferri: iam profecto illos auariciæ atq; luxuriæ cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadem ad noxā genuit aliqua. Feræ enim credo cuſtodiunt illā: arcentq; ſacrilegas manus. Nonne iter ſerpentes fodimus? Et venas auri tractamus cū veneni traducibus? Placatiore tn̄ dea vtimur ob hoc: ꝙ oēs hi opulentiæ exitus ad ſcelera/ cędeſq; & bella tendūt: quęq; ſanguine noſtro irrigamus inſepultis oſſibꝰ tegimus. Quibus tamē velut exprobato furore tandē ipa ſe obducit: & ſcelera quoq; mortaliū occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc dixerim ꝙ naturam eius ignoramus.

## De Forma Terræ. CA. LXVI.

Eſt autem figura prima de qua conſenſus iudicat. Orbem certe dicimus terrę globū: queʒ verticibus includi fatemur. Neq; enim abſoluti orbis eſt forma in tanta montiū excelſitate tāta cāporum planitie: ſed cuius amplexus ſi cuncta linearum cōprehendantur ābitu: figuram abſoluti orbis efficiat. Id qđ ipſa rerū naturæ cogit ratio: nō eiſdem cauſis quas attulimus in cœlo. Nāq; in illo caua in ſe cōuexitas vergit: & cardini ſuo hoc eſt terrę vndiq; incūbit Hæc vt ſolida atq; conferta aſſurgit intumeſcēti ſimilis: extraq; ꝓtenditur. Mūdꝰ in cētrū vergit. At terra exit a cētro: imēſū eius globū in formā orbis aſſidua circa eā mūdi volubilitate cogēte.

## De antipodibus An Sint. CA. LXVII.

Ingens hic pugna litterarum contraq; vulgi opinioneʒ circūfundit terræ hoīes vndiq; cōuerſiſq; inter ſe pedibus ſtare: & cunctis ſimilem eſſe cęli verticem: ac ſimili modo ex quacunq; parte mediam calcari. Illo quęrente cur non decidant/ contra ſiti tanq̄ non & ratio preſto ſit. vt non decidere mirentur illi. Interuenit ſententia q̄uis indocili probabilis turbę inequali globo & ſi ſit figura pineæ nucis nihilominus terram vndiq; incoli. Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente? pendere ipſam ac non cadere nobiſcū ſeu ſpiritus vis mondo pręſertim incluſi dubium ſit: an poſſit cadere natura repugnante: & quo cadat negāte. Naʒ ſicut ignium ſedes nō eſt niſi in ignibus: aquarū niſi in aquis: ſpiritus niſi in ſpiritu: ita terrę arcentibꝰ cūctis niſi in ſe locꝰ non eſt. Globum tamen effici mirū eſt in tāta planicie maris/ camporūq;. Cui ſententię adeſt. Dicęarchus vir in primis eruditus: regum cura/ permenſus montes: ex quibus altiſſimū prodidit Pelion M. cc. l. paſſuū ratione perpendiculi nullam eſſe eam portionē vniuerſę rotūditatis colligēs. Michi incerta hęc coniectatio videtur. Haud ignoro quoſdā alpiū vertices longo tractu nec breuiore quīquaginta milibus paſſuū aſſurgere. Sed vulgo maxime hæc pugna eſt: ſi coactā in verticē aquaruʒ quoq; figurā credere cogatur. Atqui non aliud rerū natura aſpectu manifeſtius. Nāq; dependētes vbiq; guttę paruis globantur orbibus. Et pulueri illatę/ frōdiūq; lanugini impoſitę abſoluta rotūditate cernunt. Et in poculis repletis media maxime tumēt. Quapropter ſubtilitate humoris/ molliciaq; in ſe reſidente ratione facilius q̄ viſu dep̄hendūt. Idq; etiā magis mirū in poculis repletis addito humore minimo circūfluere quod ſuperſit. Contra euenire pōderibꝰ additis ad vicenos ſepe denarios. Scilicet quia intus recepta liquorē in verticē attollāt: vt cumulo eminente infuſa dilabātur. Eadē eſt cauſa ꝓpter quam e nauibus terra non cernatur: e nauium malis conſpicua. At procul

*Dicęarchus Pelion theſſaliæ mons altiſſimus vel ignaro.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0058-7

recidente nauigio ſi quid quod fulgeat religetur in mali cacumine: paulatim deſcendere videat̃: & poſtremo occultetur. Deniq; oceanus quem fatemur vltimum qua nō alia figura cohæreret: atq; nō deciperet: nullo vltra margine includente: ipſum id ad miraculum redit: quonam modo etiā ſi globetur extremum nō decidat mare. Contra quod vt ſint plana maria: & qua videntur figura non poſſe id accidere magno ſui gaudio magnaq; gloria inuentores græci docent ſubtilitate geometrica. Cur ocean⁹ non decidat
Namq; cum e ſublimi in inferiora aquę ferantur: & ſit hęc natura earum conceſſa: nec quiſq̃ dubitet in littore vllo acceſſiſſe eas: q̃ longiſſime deuexitas paſſa ſit: proculdubio apparere quo qd humilius ſit propius centro eſſe terrę: omneſq; lineas quę emittantur ex eo ad proximas aquas breuiores fieri q̃ quæ ad extremum mare a primis aquis: Ergo totas omniq; ex parte aquas vergere in centrum: ideoq; non decidere: quoniam in interiore nitantur. Quod quidem & ita formaſſe artifex natura credi debet: vt cum terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet: nec rurſus ſtare aqua niſi ſuſtinente terra mutuo amplexu iungerentur. Hac ſinus pandente illa vero permanente totam intra: extra: ſupra: venis vt vinculis diſcurrentibus: atq; etiā in ſummis iugis erumpente. Quo ſpiritu acta & terræ pondere expreſſa ſiphonum modo emicat: tantumq; a periculo decidendi abeſt: vt in ſumma quæq; & altiſſima exiliat. Qua ratione manifeſtum eſt quare tot fluminum quotidano acceſſu maria non creſcant.

### ℭ Quomodo Aqua ſit terræ innexa. CA.LXVIII.

ESt igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circūfluo mari: nec argumentis: hoc inueſtigandum: ſed iam experimentis cognitum.

### ℭ De Nauigatione maris Et fluminum. CA.LXIX.

A Gadibus/columniſq; Herculis hiſpanię & galliarum circuitu totus hodie nauigatur occidēs. Septētrionalis vero oceanus maiore ex parte nauigat⁹ eſt auſpiciis Diui Auguſti germaniam claſſe circūuecta ad cimbrorum promontoriū. & inde immēſo mari proſpecto: aut fama cognito: ad ſcythicā plagam & humore nimio rigētia. Propter quod minime veriſimile eſt illic maria deficere: vbi vis humoris ſuperet. Iuxta vero ab ortu ex indico mari ſub eodē ſydere pars tota vergens in caſpium mare pnauigata eſt macedonū armis. Seleucho atq; Anthioco Seleuchus
regnantibus: quæ ſeleuchida atq; anthiochida ab ipſis appellari voluere. Circa caſpiū quoq; multa Anthiocus.
oceani littora explorata: paruoq; breuis. q̃ totus hinc aut illic ſeptētrio eremigatus. Vi tñ cōiecturæ locum ſit quoq; in nō reliquā/ingēs argumētum paludis mæoticę: ſiue ea illius oceani ſinus ē: vt multos aduerto crediſſe: ſiue auguſto ſinu diſcreti reſtagnatio. Alio latere gadiū ab eodē occidēte magna pars meridiani ſinus ambitu mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorē quidē eius partē/& oriētis victoriæ Magni alexandri luſtrauere vſq; in arabicū ſinum. Mȩotica palus.
In quo res gerente. C. Cæſare Auguſti filio/ſigna nauium ex hiſpaniēſibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno Carthaginis potentia florēte/circūuectus a gadibus ad finē arabię nauigationē eam prodidit ſcripto. Sicut ad extra Europe noſcenda miſſus eodē tpe Himilco. Hanno. Himilco.
Preterea nepos Cornelius auctor eſt Eudoxum quēdam ſua ætate cum Lathyrum regem fugeret arabico ſinu egreſſum gades vſq; puectum. Multoq; ante eum Cęli⁹ Antipater vidiſſe ſe qui nauigaſſet ex hiſpania in æthiopiā cōmertii gratia. Idē nepos de ſeptentrionali circuitu tradit. Q. Metello Celeri. C. Afranii in conſulatu collegæ ſed tum galliæ pconſuli idos a rege ſueuorum dono datos: qui ex india cōmertii cauſa nauigantes tēpeſtatibus eſſent in germaniā abrepti. Sic maria circūfuſa vndiq; diuiduo globo partē orbis auferunt nobis: nec inde huc nec hic illo peruio tractu. Quæ contēplatio apta detegēdæ mortaliū vanitati poſcere videtur vt totū hoc qcquid eſt in quo ſingulis nihil ſatis eſt ceu ſubiectum oculis quātum ſit oſtendam.

### ℭ Quæ portio Terræ Habitetur. CA.LXX. Ocean⁹ oēs recipit aq̃s.

IAm primum in dimidio computari mihi videtur tanq̃ nulla portio ipſi decedat oceano: q toto circūdatus medio: & oēs cæteras fundēs recipiēſq; aquas: & qcquid exit in nubes ac ſydera ipā tot & tante magnitudinis paſcens. Quo tandē amplitudinis ſpatio terra credit̃ habitari. Improba & infinita debet eē tam vaſtę mollis poſſeſſio. Adde q̄ ex relicto ſpatio plus abſtulit cœlū. Nam cū ſint eius quinq; partes: quas vocāt zonas: infeſto rigore & æterno premitur gelu omne quicquid eſt ſubiectū duabus extremis vtrinq; circa vertices: hunc qui ſeptētrion vocantur: eūq; qui aduerſus illi auſtrin⁹ appellatur. Perpetua caligo vtrobiq; & aliena molliorū ſyderū aſpectu maligna ac pruina tātum albicans. Lux vero media terrarum qua ſolis orbita eſt exuſta flāmis & cremata quominus vapore torretur. Citra quam duę tantum inter ſe exuſtam/& rigētes temperantur. Hæq; ipſæ inter ſe non peruiæ ꝓpter incēdium ſyderis. Ita terræ tres partes abſtulit cęlū. quinq; zonæ cœleſtes.
Oceani rapina in incerto eſt. Sz & relicta nobis vna portio haud ſcio an etiam in maiore dāno ſit. Idē ſiquidem oceanus infuſus in multos (vt dicemus) ſinus adeo vicino acceſſu īterna maria allatrat: vt

centum quindecim milibus paſſuū arabicus ſinus diſtet ab ægyptio mari. Caſpius vero. ccclxxv. mi
libus a pontico. Idē interfuſus intrat per tot maria quibus africam/europam/aſiamq; diſpartit. Quā
tum terrarum occupet cōputetur etiam nunc mēſura tot fluminum/tantaꝝ palludiū. Addantur &
lacus/ & ſtagna. Iā elata in cęlum & ardua aſpectu quoq; iuga. Iā ſiluę valleſq; prærupte & ſolitudi
nes & mille cauſis deſerta detrahantur. Hæ tot portiōes terrę imo vero (vt plures tradidere) mūdi
pūctus: neq; em̄ eſt aliud terra vniuerſa. hęc ē materia glorię noſtrę: hęc ſedes: hic honores gerim⁹:
hic exercemus īperia: hic opes cupim⁹: hic tumultuaꝛ humanū genus: hic īſtauramus bella etiā ciui
lia: mutuis cędibus laxiorē facimus terrā. Et vt publicos gētiū furores trāſeā: hæc in qua cōtermīos
ASphaltites: nihil pręter bitumē gignit: vnde & nomē. Nullū corpus animaliū recipit: tauri cameliq; fluitāt. Inde fāma nihil in eo mergi. Lōgitudine excedit. c. m. p. Latitudie maxia xxv. implet. Minima ſex. Proſpicit eū ab oriēte arabia nomadū: a meridie macharō: ſecūda qnondā arax iudeæ ab hieroſolymis. Eodeꝫ latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis callirhoe aquarum gloriam ipſo nomine præferens

℃ Gens heſſenorum. CA XVII.

Heſſeni abſq; vlla venere.

AB occidentali littore heſſeni: quos fugitāt vſq; quaq; nocētes. Gēs ſola & in toto orbe pręter cæteros mira: ſine vlla fœmina: omni venere abdicata: ſine pecunia ſotia palmaꝝ. In diē ex æquo cōuenarū turba renaſciꝫ: lōge frequētātibus quos vita feſſos ad mores eorū fortunæ fluctibus agitat Ita ꝑ ſęculorum milia (incredibile dictu) gēs æterna eſt: in qua nemo naſciꝫ. Tam fœcunda illis aliorū vitę pœnitētia eſt. Infra hos ē gadda oppidū fuit ſecundum ab hieroſolymis fertilitate palmetorumq; nemoribus. Nūc alterū buſtū. Inde maſada caſtellū in rupe & ipſum haud procul ab aſphaltite. Et hactenus iudæa eſt.

℃ Decapolis. CA. XVIII.

IVngitur e latere ſyrię decapolitana regio a numero oppidoꝝ: ī qua nō oēs eadē obſeruāt. Plurimi tn̄ damaſcum & opotō riguas amne chryſorhoa: fertilē philadelphiā: raphanā: oia in arabiā recedētia Scythopolin antea niſa a Libero patre, ſepulta nutrice ibi ſcythis dedu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0098-4
DFG

ctis. Gaddara hieremiace ꝑfluēte & iā dictū hippodion. Pellā aqs diuitē: galaſā canatā. Intercurrūt cingūtq; has vrbes tetrarchię: regnoꝝ iſtar ſingulæ: & i regna cōtribuunt: traconitis paneas. In qua cęſarea cū ſupradicto fōte abila: arca: amplœſſa: gabe.

**Tyrus & ſidon. CA. XIX.**

HInc redeundū eſt ad orā atq; phœnicem. Fuit oppidū crocodilon. Eſt flumē memoria vrbiū: dorum. Sigamiū ꝓmontorium: carmelūq;. Et in monte oppidū eodē noīe quondā egbatana dictū. Iuxta getta ebba. Riuus pagida ſiue belus: vitri fertiles: harenas puo litori miſcēs. Ipē e palude cendeuia a radicibꝰ carmeli ꝓfluit. Iuxta colonia Claudij. Cęſaris ptolemais quę quōdam ace. Oppidū ecdippa. Promōtoriū album. Tyrus quondā inſula præ alto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa. Nunc vero Alexandri oppugnantis opibus cōtinētis. Olim partu clara vrbibus genitis: lepti: vtica: & illa romani imperij emuta terraꝝ orbis: auida carthagine: etiam gadibus extra orbē cōditis. Nunc oīs eius nobilitas conchylio atq; purpura cōſtat. Circuitus xix. M. paſ. eſt. Intra paletyro īcluſa. Oppidū ipſ. xxij. ſtadia optinet. Inde īde ac ſarepta & ornithō oppida. Et ſidon artifex vitri: thebarūq; boetiarum parens.

Tyrus quondā inſula ab Alex. continēti adiuncta

Inſidione prima vitri inuētio.

Vel en hydre vel ſarapta iudeæ careptas.

**Mons libanus. CA. XX.**

A Tergo eiꝰ mōs libanꝰ orſus cētū quiquaginta ſtadijs zymirā vſq; porrigit: quę cœleſyria cognominat. Huic par interiacēte valle mōs aduerſus antelibanus obtendit quōdā muro cōiunctus. Poſt eū introrſus decapolitana regio eſt: ꝑdictęq; cū ea tetrarchiæ & paleſtines tota laxitas. At in ora nūc ſubiecta libano fluuius nagoras berytꝰ colonia: quæ fœlix iulia appellatur. Leontos oppidū: flumē lycos: palehyblos: flumē adonis: Oppida byblos: botris gycarda: trieris: calamos: tripolis quōdā. Tyrij & ſydonij & arabij optinēt/orthoſia eleutheros flumen. Oppida zymira: marathos: cōtraq; aradon ſeptem ſtadiorum oppidum: & inſula ducētis paſſibus a continente diſtās. Regio in qua ſupradicti deſinunt montes. Et interiacētibꝰ cāpis bargilus mons incipit. Hic rurſus ſyria deſinēte phœnice. Oppida carne balanea paltos. Gabale ꝓmōtorium in quo laodicea libera: diopolis: heraclea: caradrus: poſſidium.

**Syria antiochia. CA. XXI.**

DEinde ꝓmontorium ſyriæ antiochenæ. Intus ipa antiochia libera: epidaphne cognominata oronte amne diuidit. In ꝓmōtorio aūt ſeleucia libera pieria appellata.

**Caſſius mons. CA. XXII.**

SVper eam mons eodē quo alius nomine caſſius. Cuiꝰ excelſa altitudo quarta vigilia oriētem p tenebras ſolem aſpicit breui circūactu corporis diē noctēq; pariter oſtendens. Ambitus ad cacumē. xix. mil. paſ. eſt: altitudo p directū. iiij. At in ora amnis orontes natꝰ inter libanū & antelibanū iuxta heliopolin. Oppidū rhoſos: & ā tergo portæ: quæ ſyrię appellātur interuallo rhoſiorum mōtiū & tauri. In ora oppidū myriandros. Mōs amanus. In quo oppidum bomite. Ipſe ab ſyris ciliciam ſeparat.

**Cœleſyria. CA. XXIII**

NVnc īteriora dicātur. Cœle habet apameā marcia amne diuiſā. Anazerinorū tetrarchia bābicen: q̄ alio noīe hierapolis vocat. Syris vero magogibi prodigioſa. Atargatis: grecis hęc decreto dicta colit/chalciden cognominata ad bellū: vnde regio achalcidene fertiliſſima ſyriæ. Et inde cyrtetica: irneazates: gindarenos: gabenos: tetrarchias duas q̄ granij comatitæ vocat. Hemiſcenos; hylatas: ituręoꝝ gentē: & qui ex ijs betareij vocat: mariammitanos. Tetrarchiā quę mamiſia appellat. Paradiſū pagras: pinaritas: ſeleucia: ꝑter iaſ dictas duas: quæ ad euphraten: & q̄ ad amellū vocātur. Cardicēſes. Reliqua aūt ſyria habet: exceptis q̄ cum euphrate dicent arethuſios: berœneſos: epiphanenſes. Ad orientē laodicenos: qui ad libanū cognominant: laucadios: lariſſęos: præter tetrarchias in regna deſcriptas barbaris noībus decem & ſeptem.

**Euphrates. CA. XXIIII.**

ET de euphrate hoc in loco dixiſſe aptiſſimū fuerit. Orit in ꝑfectura armenię maioris caranitide. Vt ꝓdidere ex ijs q ꝓxime viderūt Domitiꝰ corbulo in mōte aba. Luciniꝰ Mutianus ſub radicibꝰ mōtis: quē capoten appellāt: ſupra zymarā. xij. mil. p. initio pyxirates nominatꝰ. Fluit derzenē primū: mox anctiā: armenię regiōes a cappadocia excludēs. Daſcuſa abeſt a zimara. lxxxv. M. p. Inde nauigat paſtonā quiquagita. M. p. Melitenen cappadocię. xxvij M. p. Elegiā armeniæ. x. M. p. acceptis fluminibꝰ lyco: arſania: arſano. Apd eligeā occurrit ei taurus mons. Nec reſiſtit: q̄q̄. xij. mil. p. latitudine pforata pręualens ōmiorā vocāt irrumpentem. Mox vbi cornu perfregit: euphraten. Vltra quoq; ſaxoſū ac violentū: arabiā inde leua merorum dictā regionem tricena menſura: dextraq; comagenen diſterminat. Pontis tamen etiā vbi taurū expugnat patiens. Apud claudiopolim cappadocię curſum ad occaſū ſolis agit. Primo hūc illi impugnatus cur-

Euphratis ortus

ſum taurus auſert:victuſqꝫ & abſciſſus ſibimet alio modo vicit:ac fractũ expellit ĩ meridiẽ. Ita natu
ræ dimicatio illa ęquat̃.hoc eũte quo vult:illo ꝓhibẽte ire qua velit. A cataractis iteꝝ nauigat̃ qua
draginta mil.paſ.inde comagenes apud ſamoſata. Arabia pręter ſupradicta habet oppida edeſſaꝫ:
quę quondã antiochia dicebatur:callirhoen a fonte nominatam:carras:clade Craſſi nobiles. Iungi=
tur pręfectura meſopotamię originẽ a ſyris trahẽs:ĩ qua a tenuſia & nicephoriũ oppida. Mox arabes qui rhetaui vocãtur. Horũ caput ſingara. A ſamoſatis aũt latere ſyrię marſias amnis ĩfluit. Gin=
gla comagenẽ finit. Meroꝝ ciuitas ĩcipit. Oppida alluunt̃:epiphania:& ãtiochia:quę ad euphratẽ
vocãtur. Iteꝫ zema.lxxij.mil.p.a ſamoſatis trãſitu euphratis nobilis. Ex aduerſo apameã Seleucus
Idẽ vtriuſqꝫ conditor põte iunxerat. Qui cohęrent meſopotamię rhoali vocãtur. At in ſyria oppida
europum:thapſacũ quõdã:nunc amphipolis. Arabes ſchenitæ:ita ferunt̃ vſqꝫ vrã locum in quo cõ=
uerſus ad orientẽ relinquit ſyriæ palmirenas ſolitudines:quæ vſqꝫ ad petream vrbem & regionẽ ara
biæ fœlicis appellatæ pertinent.

¶Palmira. CA.XXV.

PAlmira vrbs nobilis ſitu. Diuitiꝭs ſoli & aquis amœnis:vaſto vndiqꝫ ambitu harenis inclu
dit agros:ac velut terris exempta a reꝝ natura priuata orte inter duo ĩperia ſũma roma=
norum parthorũqꝫ. Et prima in diſcordia:cuiꝰ ſemꝑ vtrinqꝫ cura. Abeſt a ſeleucia partho
rũ:q̃ vocatur ad tigrin quĩgentis trigĩtaſeptẽ mil.paſ. A ꝓximo vero ſyrię littore ducẽtis quinquagĩ
taduobus mil. Et a damaſco vingintiſeptem mil.paſ.

¶Hierapolis. CA.XXVI.

PRopiꝰ infra palmirę ſolitudies ſtellẽdena regio ẽ:dictaqꝫ iã hierapolis ac boroea & chal=
cis. Vltra palmirã quoqꝫ & ſolitudinibꝰ iꝭs aliquid optinet hemeſaitẽ latiũ:dimidio ꝓpi=
or petreę q̃ damaſcus. Aura huic ꝓxima eſt. Philiſcũ oppidũ parthoꝝ ad euphraten:ab
eo ſeleuciã dierũ decẽ nauigatio:totidẽqꝫ fere babylonẽ. Scindit̃ euphrates a zeugmate.
Euphrates nili modo in creſcens lxxxiij.mil.paſ.circa vicum maſſicen. Et parte leua in meſopotamiã vadit ꝑ ipſã ſeleuciam: circaqꝫ
eam pręfluenti infuſus tigri. Dexteriore autem alueo babylonẽ quõdã caldeæ caput petit:mediãqꝫ
permeans. Iteꝫ quas otrin vocãt:diſtrahit̃ in paludes. Increſcit aũt & ĩpe nili modo ſtatis diebꝰ pau
lum differens:ac meſopotamiã inundat ſole optinente viceſimam ꝑtem cancri. Minui incipit in vir
gine & leone tranſgreſſo. In totum vero remeat in.xxix.ꝑte virginis.

¶Cilicia & adiunctę gentes:pamphilia:iſauria:homonadum:
piſidia:lycaonia:taurus:mons:lycia. CA.XXVII.

SEd redeamꝰ ac orã ſyrię: cui ꝓxia ẽ cilicia. Flumẽ diaphanes:mõs crocodillꝰ portæ ama
ni mõtis. Flumina adricꝰ:pynarus:lycus:ſinus iſſicꝰ. Oppidũ iſſos:ĩde alexãdria. Flumen
chlorꝰ:oppidũ aege liberũ:amnis pyramꝰ:portę ciliciæ:oppida mallos:magirſos: & intꝰ
tarſos. Cãpi alei:oppida caſſipolis:moſpos liberũ pyramo ĩpoſitũ:thynos:zephiriũ:ſanci
le. Amnes ſaros:cydnus.tharſum liberã vrbem ꝓcul a mari ſecans. Regio celẽdiritis cũ oppido. Lo=
cus nympheũ:ſoloe ciliciæ:nũc põpeiopolis adana cibyra:pynara:pedaliæ:halix:arſinoe:tabe: do
rion. Iuxtaqꝫ mare corycos:eodẽ noie oppidũ & portꝰ & ſpecꝰ. Mox flumen calicadnꝰ. ꝓmõtoriuꝫ
Vel oppida ſarpedon:horrida holme. Myle ꝓmõtorium & oppidum Veneris:a quo ꝓxime cyprus inſula. Sed
& incõtinente oppida myanda:anemurium:coraceſium:finiſqꝫ antiquus ciliciæ:melas amnis: Intꝰ
aũt dicẽdi anazarbeni:qui nunc cęſaraguſtani:caſtabala:epiphania quæ antea eniandos:eleuſa ico
nium. Seleucia ſupra amnẽ calicadnum tracheotis cognomine a mari relatã:vbi vocabat̃ horamia.
Vel caradriꝰ. pręterea intus flumina liparis:bombos:padiſꝰ. Mõs imbarus:Cilicię pãphiliaꝫ oẽs iũxere neglecta
gente iſaurica. Oppida eius intus iſaurica:clybanus:lalaſſis fluuiꝰ decurrit. Hic aũt ad mare a neu
muriæ regione ſupradicta. Simili modo omnibus:qui eadẽ compoſuere ignorata eſt cõtermina il=
li gens homonodum:quorum intus oppidum homona. Cæſarea caſtella.xliiij.inter aſperas cõual=
les latent.inſident verticẽ piſidię quõdã ſolymi appellati:quorum colonia cæſarea: eadẽ antiochia
Oppida oronda:ſegaleſos. Hos ĩcludit lycaonia in aſiaticã iuriſdictionẽ verſa:cũ qua cõueniũt phi=
lomelienſes: tymbriani:leucolithi:pelthení:tyrienſes. Datur & tetrarchia ex lycaonia qua parte ga
lacię cõtermina eſt:ciuitatũ.xiiij.vrbe celeberrima iconio. Ipſius lycaonię celebrant̃ therbaſa ĩ tau
ro:idea in cõfinio galaciæ atqꝫ cappadociæ. A latere autẽ eius ſuper pamphiliam inueniũt thracuꝫ
ſoboles mylię. Quorum aricanda oppiduꝫ:pamphilia ante meſophia appellata. Mare pamphiliũ
cilicio iũgit̃. Oppida eius ſide:& in mõte aſpendum:plantaniſtuꝫ:perga. Promontorium leucolla.
Mons ſardemiſus:Amnis eurimedon iuxta aſpẽdũ fluẽs cataractes:iuxta quẽ lyrneſus & olbia. Vl=
timaqꝫ eiꝰ orę phaſelis:iunctũ ei mare lyciũ eſt:gẽſqꝫ lycia:vnde vaſtus ſinus. Taurꝰ mõs ab eois ve
Taurus mõs. niens littoribus chelidonio ꝓmontorio diſterminat̃. Immenſus ipſe:& innumerarum gentium ar=

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0100-8

biter dextero latere ſeptētrionalis:vbi primū ab indico mari exurgit:leuo meridianus: & ad occaſū
tendēs mediāqꝫ diſtrahēs aſiā:niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad ſeptētrio-
nes flexuſqꝫ immēſū iter quęrit velut de induſtria rerū natura ſubinde æquora opponēte:hinc phœ
nicum:hinc ponticuꝫ:illinc caſpium:& hyrcanium:cōtraqꝫ mœotium lacuꝫ torquet. Itaqꝫ colliſus
inter hęc clauſtra:& tamē victor flexuoſus euadit vſqꝫ ad cognata ripheorum mōtium iuga nume-
roſis noibꝰ:& nouis quocunqꝫ incedit inſignis. Imaus prima pte dictꝰ:mox edigis:paropaniſus:cir
cius:cambades:pharphariades:cohatras:oreges:oroes:nymphates:taurus. Atqꝫ vbi ſe quoqꝫ exu
perat caucaſꝰ:vbi brachia emittit ſubinde tentāti maria ſimilis ſarpedon:coraceſius: cātragꝰ: iterū
qꝫ taurus etiā vbi dehiſcit:ſeqꝫ populis aperit:portarū tamen nomine vnitatem ſibi vendicās:q̄ ali-
bi armenicæ:alibi caſpiæ:alibi ciliciæ vocāt. Quinetiā cōfractus effugiens quoqꝫ maria plurimis ſe
gentiū noibꝰ hinc & illinc implet:& a dextra hyrcaniꝰ:caſpius:a leua pariedrꝰ mochicus: amaꝫoni
cus:coraxicus ſcythicꝰ appellatꝰ. In vniuerſum vero græce ceraunꝰ. In licya igitur a ꝓmōtorio eiꝰ
oppidum ſemena:mons chimera noctibus flagrans:epheſtium ciuitas:& ipſa ſæpe flagrantibus iu
gis. Oppidū olympꝰ ibi fuit:nunc ſunt montana gagecorydalla:rhodiopolis. Iuxta mare lymira cū
amne:in quē aricādꝰ īfluit:& mōs maſicitꝰ:andria ciuitas mira:oppida apye & antipellos:quę quō
dā habeſſus atqꝫ in receſſu phellꝰ, Deinde phyrra. Itēqꝫ xantꝰ a mari.xv.mil.paſ.flumē eodeꝫ nomi-
ne. Deinde patara quæ prius pataros:& in mōte ſidyma. Promōtoriū cragus. Vltra par ſinus priori
Ibi pinara:& in quā lycia finit telmeſus. Lycia quondam ſeptuaginta oppida habuit:nunc triginta
ſex habet. Ex hiſceleberria p̄ter ſupradicta canas:cadina:vbi laudat oeniū nemus. Pedalia colima
præfluēte. Edeſa cyane:aſcandialis:amelas:noſcopium tlos:telendus. Cōprehēdit & in mediterra-
neis cabaliā:cuiꝰ tres vrbes:oenanda:balbura:bubona Telmeſo. Aſiaticum mare ſiue carpatiū: &
quæ propriæ vocatur aſia in duas eam partes Agrippa diuiſit. Vnaꝫ excludit ab oriente phrygia &
lycaonia:ab occidēte ægęo mari:a meridiæ ęgyptio:a ſeptētrione paphlagonia. Huiꝰ longitudinē
cccclxx.mil.paſ. Latitudinē.ccc.mil.fecit. Alterā determinauit ab oriente armenia miore. Ab occi
dente phrygia lycaonia pamphylia:a ſeptētrione ꝓuincia pontica a meridie mari pāphylio. Longa
d.lxxv.mil.p. Lata.cccxxv.mil.in ꝓxima ora caria eſt:mox ionia. Vltra eā æolis:media doride. Cir
cunfunditur mari vtroqꝫ latere ambiente. In ea ꝓmōtoriū pedaliū. Amnis glaucꝰ deferēs telmeſſū
Oppidum dædala cyria fugitiuorū. Flumen axon:oppidum calynda.

Indus fluuius. CA.XXVIII.

OMnis indus cybiratarū iugis ortus recipit.lx.perennes fluuios:torrētes vero ampliꝰ cētū — *Maximus indus fluuius*
Oppidū caunos liberū:dein pyrnos. Portꝰ creſſa a quo rhodꝰ inſula paſ.xx.M. Lacus lo-
ryma. Oppida thyſanuſa:paridion:larimna. Sinꝰ tymnias. Promōtoriū aphrodiſias. Op
pidum hydas. Sinus ſchœnus. Regio bubaſſꝰ. Oppidū fuit acanatꝰ:alio noīe dulopolis.
Eſt in ꝓmōtorio gnidos libera:triopia. Deīde pegaſa eſt ſtadia appellata. Ab ea doris īcipit: ſꝫ priꝰ
terga. Et mediterraneas iuriſdictiones indicaſſe conueniat. Vna appellat cybiratica. Ipſum oppidū
phrygiæ eſt. Conueniunt eo.xxv.ciuitates.

Laodicea:apamea:ionia. CA.XXIX.

CEleberrima vrbs laodicea impoſita eſt lyco flumini latera alluētibꝰ aſopo & capro:appella
ta primo dioſpolis:dein rhoas. Reliq in eo cōuētu:quos noīare nō pigeat. hydrelitæ: themi
ſones. hieropolitę. Alter conuentus a ſynnada accipit nomen. Conueniunt lycaones:appia
ni/cercopeni/dorilei/midęi/iuliēſes/& reliqui ignobiles populi.xv. Tertiꝰ apameam vaditañ appel
latā celenas:dei cibothon. Sita eſt ī radice mōtis ſigniæ circūfuſa marſia: obrima orga:fluminibus — *Marſyæ cum*
in meandrū cadentibꝰ Marſyas ibi credit ortus:ac paulo mox cōditus:vbi certauit tibiaꝝ cantu cū — *apollinæ con*
Apollinę: Aulocrenes ita vocat cōuallis.x.mil.p.phrygiam ab apamea patētibus. Ex hoc cōuentu — *greſſus.*
deceat noīare metropolitas:dionyſiopolitas:euphorbenos:ac moneſos:peltenos:ſilbianos. Reliq
ignobiles.ix. Doridis ſinu leucopolis:amaxitos:eleuſis:& eutene. Deinde carię oppida piatum:eu
thanæ:halycarnaſus:ſex oppida cōtributa ei ſūt a magno Alexādro theāgela:ſibde:medmaſia:eu — *Vel eleus.*
raniū:pedaſū:telmeſſū. Habitat inter duos ſinus ceramicum & iaſium inde mindos: & vbi fuit pa-
lemindus:nariandus:neapolis:caryāda:termera libera:bargila & a quo ſinus iaſius:oppidū iaſꝰ. Ca
ria iterioꝝ noim fama prænitet. Quippe vbi ſunt oppida mylaſa libera:antiochia:vbi fuere ſemie-
thos & chranaos:oppida:nunc eam circunfluūt mæāder & moſſinus. Fuit in eo tractu & meādro-
polis. Eſt eumenia cludro flumini appoſita. Glaucꝰ amnis:lyſias oppidū:& orthoſia:berecinthꝰ tra
ctus:nyſa:trallis:eadē euātia & ſeleucia & antiochia dicta. Alluit eudone amne. pfundit thebaide. — *Glaucus am-*
Quidam ibi pigmęos babitaſſe tradūt. Pręterea ſunt thydonos:pyrrha:eurome:heraclea:amyzōn — *nis.*
alabanda libera:quę conuentum eum cognominauit. Stratonice:alinda libera:hynidos: ceramus:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0101-4
DFG

throcene:phorōtis.Lōginquiores eodē diſceptāt foro ortonieſes:halydienſes:ſeu hippini: xyſtrani hydiſſenſes:apolliniatę.trapezopolitę:aphrodieſes liberi.Pręter hęc coſcinꝰ:harpaſa appoſita fluuio harpaſo:quo & trallicon: cū fuit alluebatur.Lidia aūt perfuſa flexuoſi amnis meandri recurſibus ſuper ioniam ꝓcedit:phrygię ab exortu ſolis vicina:ad ſeptētrionez myſię:meridiana parte carian amplectens:meonia ante appellata.Celebratur maxime ſardibus in latere tmoli mōtis: ꝗ ante tmolus appellabatur vitibus conſitus:ex quo ꝓfluēte pactolo eodemq; chryſorhoa ac fonte tarne a meonijs ciuitas ipa hyde vocitata ē:clara ſtagno gygeo.Sardiana appellaꝶ nūc ea iuriſdictio.Cōueniuntq; in eam extra prędictos macedones:cadueni:loreni:philadelpheni: & ipi in radice tmoli cogamo flumini appoſiti.Meonij:tripolitani.Idez & antoniopolitę meādro alluūtur.Apolloniheritæ:myſotmolitæ:& alij ignobiles.Ionia ab iaſio ſinu īcipiens:numeroſo ambitu littoꝝ flectiꝶ. In

Miletus. eam primus ſinus baſilicus.Poſſideum ꝓmontorium & oppidum:oraculum brancidaruz appellatum.Nūc didymei Apollinis a littore ſtadijs.xx.mil.Et inde.clxxx.mil.miletꝰ ionię caput.Lelege

Cadmus primus ꝓſaicaz adinuenit orationem. is antea & phitiuſa & anactoria noiata:ſup.lxxx.vrbium per cuncta maria genitrix:nec fraudanda ciue Cadmo:qui primus proſaicā orationē cōdere inſtituit.Amnis meander ortus eſt lacu in mōte aulocrene:plurimiſq; affuſus oppidis.& repletus fluminibꝰ:crebris ita ſinuoſus flexibꝰ:vt ſępe credatur reuerti.Apamenam primū peruagatur regionem:mox eumeneticam:ac dein bargylieticos cāpus.poſtremo cariā placidus:omneſq; eos agros fertiliſſimo rigans limo.Ad decimū a mileto ſtadium lenis illabiꝶ mari.Inde mons latmius.Oppida heraclea.Montis eius cognominis carię mijus quod primo cōdidiſſe iones narranꝶ:athcis ꝓfecti naulocū:prienne.In ora quæ trogilia appellatur geſſꝰ amnis.Regio omnibus ionibꝰ ſacra:& ideo panionia appellata.Iuxta fugitiuis cōditū(vti nomen inditio eſt)phygela fuit & marathesium oppidū.Supra hæc magneſia męandri cognomine in ſignis a theſſalica magneſia orta.Abeſt ab epheſo.xv.M.p.Trallibꝰ eo amplius.ccc.mil.antea theſſaloce & endrolitia noiata & littori appoſita.Deraſidas inſulas ſecū ſubſtulit mare:intus & tyana alluiꝶ:& lyco pelopea:aliquādo & euhippia cognomiata.in ora aūt mathium:epheſus amazonū opꝰ multis ante expetita nominibus.Alopes cū pugnatum apud troiam eſt:mox ortygia:& morges vocata eſt:& ſmyrna cognomine thracia & hermoniō & ptelea.Attolliꝶ mōte pione.Alluiꝶ cayſtrō in cilbianis iugis orto:multoſq; amnes deferente & ſtagnuz pegaſeum.quod phyrites amnis expellit.

Epheſi Dianæ templum. Ab ijs multitudo limi eſt:qua terras ꝓpagat: medijſq; iā cāpis ſyrien inſulam adiecit.Fons in vrbe callipia templū Dianę cōplexa.Ediuerſis regionibus duo ſelinūtes.Ab epheſo matium aliud colophoniorum:& intus ipa colophon:haleſo affluente.Inde Apollinis clarij fanū lebedos fuit & notium oppidum.Promontorium cyreneum:mons minas.ccl.mil.paſ.excurrens:atq; incōtinentibꝰ cāpis reſidēs.Quo in loco magnus Alexander intercidi planitiem eā iuſſerat.vij.mil.d.paſ.longitudine:vt duos ſinus iungeret:erythraſq; cum minante circūfunderet.Iuxta eos fuerunt oppida pteleō Helos doryon:nūc eſt aleon.Fluuius cortineon.Minantis ꝓmontorium:clazomenæ:partheniæ:& hyppi chythophoria appellatæ cū inſulę eſſent.Alexāder idem per duo ſtadia cōtinenti adnexuit Interiere intus dapbnus & hermeſia:& ſyphilum quod ante tātalis vocabatur caput mæoniæ: vbi nūc eſt ſtagnū ſale ob id & archeopolis ſubſtituta ſypilo & ide.illicolpe & huic lebade regrediētibꝰ Inde abeſt.xij.mil.paſ.ab amazōe cōdita:reſtituta ab Alexandro.In ora ſmyrna amne melete gaudēs nō ꝓcul orto.Mōtes aſiæ nobiliſſimi in hoc tractu fere explicāt ſe:maſtuſia at tergo ſmyrnæ & thermetis olympi radicibus iunctus.Is in dracone deſinit draco in tmolo:tmolus in cadmo:ille in tauro.A ſmyrna hermꝰ amnis cāpos facit: & noi ſuo adoptat. Oriꝶ iuxta dorilaū phrygiæ ciuitatē: multoſq; colligit fluuios:inter quos phrygē:qui noie gēti dato:a caria eā diſtermiat:hyllū & cryon & ipos phrygię:meſię:lydię amnibus repletos.Fuit in ora eiꝰ oppidū temnos:nūc in extremo ſinu ſmyrnę cheſeopolis oppidū.Leuce dein ꝓmōtoriū qđ inſula fuit: finiſq; ionię ſmyrneū cōuētū magna pars æolię ꝗ mox diceꝶ:frequētat:ꝓterq; macedones hyrcani cognominati:& magnetes.A ſypillo vero epheſū alteꝝ lumē aſię remotiores cōueniūt:cęſarieſes:metropolitę:cilbiani:inferiores:& ſuperiores myſomacedones:maſtaurenſes:brulitę:hypępeni:dioſhieritę.

¶Epheſus:æolis:troas:pergamus. CA.XXX

Veladæ. AEolis ꝓxia eſt quōdā myſia appellata:& ꝗ helleſpōto adiacet troas.Ab ea phocea:aſcanīꝰ portꝰ:dei fuerat lariſſa:& cyme:myrine:ꝗ ſebaſtopoli ſe vocat.& itꝰ ægę attalia poſt edę:neōtichos:temnos:ī ora aūt titanꝰ amnis:& ciuitas ab eo cognoiata.Fuit & grynia nūc tātū portꝰ ſoli inſula apprehēſa.Oppidū elęa:& ex myſia veniēs caicꝰ amnis.Oppida pitane canaiꝰ ānis.itercideꝶ cane liſymachea:atarnea:carene:ciſtene:cilla:cocyltū:thebe:aſtyre chryſa:paleſcepſis:gergithos:neādros:nūc ē pperēne ciuitas Heracleotes tractꝰ.Coriphas oppidū Amnis grylioſolius.Regio aphrodiſias:quę ān politiceorgas.Regio ſcepſis.Flumē euenum: cuius

ĩn ripis intercidere lyrneſos & miletos. in hoc tractu ida mõs. Et in ora quæ ſinum cognominauit &
cõuẽtũ adramitteos olim pedaſꝰ dicta. Flumia aſtron: cormalos: cryanos: alabaſtros: hieros ex ida.
Intus mons gargara eodẽq; nomine oppidũ. Rurſus in littore antandros edonis prius vocata: dein-
de cymeri & aſſos: eadẽ apollonia. Fuit & palamediuȝ oppidum. Promontorium lectum diſtermi-
nans ęolida & troada. Fuit & polymedia ciuitas: & chriſſa: & lariſſa alia: ſimitium templum durat.
Intus colonię intercidit deportata adramiteuȝ negocia: apolloniatę arhindaco amne ereſi mileto-
politę pemanetij: macedones aſchylacę: polycnęi: pionitę: cilices: mãdagãdeni: miſani: abreteni: &
helleſpontij appellati: & alij ignobiles Troadis primus locus amaxitꝰ: dein cebrenia. Ipſaq; troas
antigonia dicta: nunc alexãdria colonia romana. Oppidũ nee. Scammander amnis nauigabilis: &
in promõtorio quondã ſigęum oppidum. Dein portus achęorum: in quem influxit xantus ſimoen-
ti iunctus/ ſtagnumq; prius faciens. Palęſcammander. Cæteri Homero celebrati rheſus: heptaporꝰ:
acreſus: rhodius veſtigia non habent. Granicus diuerſo tractu in propõtida fluit. Eſt tamen & nũc
ſcãmandria ciuitas parua. Ac mille quingentis paſſibus remotuȝ a portu iliũ immune: vnde omnis
rerum claritas. Extra ſinum ſunt rhetea littora rheteo & dardanio: & ariſbe oppidis habitata. Fuit
& achilleon oppidũ iuxta tumulum Achillis cõditũ a mytilenæis: & mox athenienſibus: vbi claſſis
eius ſteterat. in ſigęo fuit & æantion rhodijs cõditũ in altero cornu Aiace ibi ſepulto. xxx. ſtadiorũ
interuallo a ſigęo & ipſo in ſtatione claſſis ſuę. Supra eolida & partem troadis in mediterraneo eſt.
quæ vocaẽ teutrania: quã myſij antiquitꝰ tenuere. Ibi caicus amnis iã dictꝰ oriẽ. Gens ampla ꝑ ſe: ẽt
cũ totũ myſia appellareẽ. In ea pioniæ: andera: idale: ſtabulũ: coniſiũ: tegiũ: balcea. Tiare: teutranie
ſarnaca: hariſerne: lycide: partheniũ: tymbre: oxyopũ: lygdanũ: apollonia: longeq; clariſſimũ aſiæ ꝑ
gamũ: quod intermeat ſilenus: præflui cetius ꝓfuſus pindaſo monte. Abeſt haud ꝓcul elea: quã in
littore diximus. Pergamea vocaẽ eiꝰ tractꝰ iuriſdictio. Ad eã cõueniũt thyatireni: migdones. moſſi-
ni/ bregmẽteni/ hierocomitæ/ ꝑpereni/ tyareni/ hidrodoliẽſis/ hirmatopolitæ/ attalẽſes/ pantaenſes/
apollodonienſes/ alięq; in honore ciuitates. A thereo dardanium oppidũ paruũ abeſt ſtadia. lxx. M.
Inde. xviij. mil. ꝓmõtoriũ trapeȝe. Vnde primum concitat ſe helleſpontus. Ex aſia ĩteriſſe gẽtes tra
dit Eratoſthenes ſolymoꝝ/ lelegũ/ bebricũ/ colycãtiorũ. trepſedoꝝ. Iſidorꝰ arimos/ & capretas: vbi
ſit apamea cõdita a Seleuco rege inter ciliciã/ cappadociã/ cataoniã/ armeniam. Et quoniam ferociſ
ſimas gentes domuiſſet: initio dameam vocatam.

Sigęum oppidum

Vel caræſus.

Achilleon oppidum.

Aiacis tumulus.

### ¶ Inſulæ ante aſiam/ pamphylium mare/ cyprus/ rhodus/ ſamus/ chius. CA. XXXI.

INſulaꝝ ãn aſiã pria eſt ĩ canopico hoſtio nili a Canopo Menelai gubernatore (vt ferũt)
dicta. Altera iũcta põte Alexãdrię colonia Cæſaris dictatoris pharꝰ: quõdã diei nauiga-
tiõe diſtãs ab ęgypto: nũc e turri nocturnis ignibꝰ curſũ nauiũ regẽs. Nãq; fallacibꝰ vadis
alexãdria tribꝰ oino adiẽ alueis maris/ tegamo/ poſſidonio/ tauro. In phœniceo deiñ mari
eſt ante ioppe: paria. Tota oppidũ ĩ q̃ obiectã belua Andromedã ferũt: & iã dicta arados. Inter quã
& cõtinẽtẽ. l. cubita alto mari (vt auctor ẽ Mutianꝰ) e fõte dulcis aq̃ tubo corijs facto vſq; ad vadum
trahiẽ. Pãphyliũ mare ignobiles ĩſulas hȝ. Ciliciũ ex quiq; maxĩs cyprũ ad ortũ occaſũq; cilicię ac ſy
rię obiectã: quõdã nouẽ regnoꝝ ſedẽ. Huiꝰ circuitũ Timoſthenes. cccccxxix. mil. d. ꝓdidit. Iſidorus
ccclxxv. mil. Lõgitudinẽ ĩter duo ꝓmõtoria dinareta & acamãta qđ ẽ ad occaſũ. Artemidorꝰ. clxij.
d. Timoſthenes. cc. vocatã ãtea acamãtida. Philonides ceraſtin. Xenagoras & aſpeliã & amathuſiã:
& macariã. Aſtymonꝰ cripton & coliniã. Oppida ĩ ea. xv. paphos: palæpaphos: curias: cithiũ: coriæ
um: ſalamina: amatꝰ: lapetos: ſoloe: tammaſꝰ: epidaꝝ: chytri: arſinoe: carpaſiũ: golgoe. Fuere & ibi
cynyria: mariũ: idaliũ. abeſt ab anemurio cilicię. l. p. Mare qđ p̃tẽdiẽ vocãt aulona ciliciũ. In eodeȝ
ſitu eleuſſa ĩſula eſt & q̃ttuor ãn ꝓmõtoria. Ex aduerſo ſyrię clides: rurſuſq; ab alfo capite ſtiria. Cõ
tra neãpaphaũ hierocepia. Cõtra ſalaminã ſalamię. In lycio aũt mari illyris: telãdros: attęlebuſa. Ci
prię tres ſteriles: & dionyſia prius caretha dicta. Deinde cõtra tauri promõtoriũ peſtiferę nauigan-
tibꝰ chelidonię totidẽ ab ijs cũ oppido leucola: pactię: eliſia: nymphaẽ: meris. megiſta cuiꝰ ciuitas ĩ
terijt. Mĩtę deide ignobiles. Sȝ cõtra chimerã/ dolichiſtę/ chirogiliũ/ crambuſſa rhogę/ enagora. viij
mil. paſ. dedalęon duę cyrieon/ tres ſtrũgylę/ & cõtra ſidyma antiochia: glaucũq; verſꝰ amneȝ leguſa
macris didyme: helbo: cope: aſpis: & in qua oppidũ interijt telãdria: ꝓximaq; cynorodoſa. Sed pul
cherrima & libera rhodos circuitu. cxxv. M. p. Aut ſi potiꝰ Iſidoro credimus. ciij. habitata vrbibꝰ
lyndo: camyro: ialyſo: nũc rhodo. Diſtat ab alexãdria ęgypti. d. lxxviij. M. vt Iſidorꝰ tradit. Vt Era-
toſthenes. cccclxix. mil. Vt mutianus. d. a cypro. clxvj. Vocitata eſt ãtea ophiuſa: aſteria: aethrea: tri
macria: corymbia: poeſſa: atabiria: ab rege. Deide macria & olœſſa. Rhodioꝝ inſulę carpatꝰ q̃ ma-
ri nomẽ dedit. Caros duę calymnę ſcyros diſtãs ab gnido. xij. mil. d. porphyris antea dicta. Et eodeȝ

Canopus

Pharus.

Vnde mare carpatium

tractu media inter rhodum gnidūq; ſime. Cingitur.xxxvij.mi.d.Portus benigne prębet octo.Præ
ter has cytra rhodū cyclobs tergamon:cordiuſa:diabetę.iij.Hamos calche cum oppido ſeuteuſa
natthecuſa:dymaſtos:ꝓgne:& a gnido ciſeruſa:therion:archia:calydnę:cū tribꝰ oppidis:nououi-
ſtiro:mēdetero:& marcōneſo.Oppidum cerainus.In carię ora quę vocātur argię numero.xx.ethe
cuſa:lepſia:leros.Nobiliſſima vero in eo ſinu co ab halycarnaſo.xv.paſ.diſtās circuitu.c.mil.vt plu
res exiſtimant merope vocata.Coea:vt Staphilus:meropis vt Dionyſius:dein nymphea.Mons ibi
prion & niſiron.Abruptam illi putant quę porphyris antea dicta eſt. Hinc carianda cum oppido.
Nec ꝓcul ab halicarnaſo pidoſus.In ceramico autez ſinu priapōneſos:hipponeſos:pſyra:mya:lam
pſa:emindus:paſſala:cruſa:pyrrhe:ephiuſſa:melano paulumq; a cōtinente diſtans:quæ vocata eſt
cynedopolis:ꝓbroſis ibi relictis a rege Alexandro.Ioniæ ora ægęas & corſeas habet:& icaron: de
qua dictuz eſt.Ladem:quę prius late vocabatur:atq; inter ignobiles aliquot. Duas camelidas mile
tos:vicinas:micalem:trogilias:tredſylion: argēnon:ſcādalion:ſamon liberam circuitu.lxxxvij.m.
d.Aut vt Iſidorꝰ.c.ꝑtheniā primū appellatā.Vt ariſtotiles tradit:poſtea driuſā:dei ān muſā.Ariſto
critus adijcit melamphilum:dein cypariſiaz ab parthenio aruſam:ſtephano.amnes in ea imbraſus
cheſius:ibetthes.Fontes eucarto:leucothea. Mons cercecius. adiacent inſulæ rhypara:nyphea.
achillea:par claritate ab ea diſtat.xciij.mil.paſ.cum oppido.Chios libera quam etaliam Ephorus
Chios priſco nomine appellat.Metrodorus& Cleobolus chiā a Chione nympha:aliqui a niue:& macrin
& pityuſam.Montē habet pillineum.Marmor chium circuitu.cxxv.mil.paſ.colligit vt veteres tra
didere.Iſidorus.ix.mil.adijcit.Poſita eſt inter ſamum & leſbum.Ex aduerſo maxime erythrarum
Finitime ſūt thalluſa:quam alij daphnuſam ſcribunt. Oenuſſe laphites:eurianaſſa:arginuſa cū op
pido:Iam hęc circa epheſum:& quę Piſiſtrati vocātur athinæ:myonneſos:clareuſa.In vtraq; oppi
da intercidere.Poroſelene cū oppido certie:halene:commone:illetia:lepria:& rheſperia:procuſe
bolbule:pheate:priapos:ſyce:melane:enare:ſiduſa:pela:drimuſa:anhydros:ſtopelos:ſicuſa:mara
tuſa:pſile:peritheuſa:multęq; ignobiles.Clara vero in alto teos cum oppido a chio.lxxj.mil.d.Tā
tundē ab erythris. Iuxta ſmyrneam ſunt periſterides.Cateria/alopece/eleuſa/bachina/pyſtira/cō-
mionneſos/megale.ante troada aſcaniæ/plateæ tres.Dein lamiæ plitaniæ.duę plateę/ſcopelos/go
tone/artheidon/celæ/laguſæ/didymæ.Clariſſima autem leſbos a chio.lxv.mil.paſ.Herme/& laſia/
pelaſgia egira/ęthiopiæ macaria appellata fuit nouem oppidis inclyta.Ex ijs pyrtha hauſta eſt ma
ri. ariſbe terrarū motu ſubuerſa.antiſſam methymna traxit in ſeipſam octo vrbibꝰ aſiæ.xxxvij.mil.
paſ.vicina.Et agademe obijt & hiera.Reſtāt ereſon/pyrrha/& libera mytilenæ amnibus.l.potens.
Tota inſula circuit(vt Iſidorus(clxvij.mil.paſ.Vt veteres.cxcv.mil. Mōtes habet lepethymnū/or
dinum/maſticum/creonem/olympum.a proxima continente abeſt.vij.mil.d.paſ. inſulæ appoſitæ
ſcandalion/leucæ.v.Ex his cydonea cū fonte calido.argenuſſę.iiij.mil.paſ.diſtāt.Dein pheluſa pe
dna.Extra helleſpontum aduerſa ſigeo littori adiacet tenedus:leucophrys dicta:& phœnice & lyr
neſos:abeſt a leſbo.lvj.mil.paſ.a ſigeo.xij.mil.d.

## ¶Helleſpontus/myſia/phrygia/galatia/nicea/bithynia/boſphorus. CA.XXXII.

IMpetum deinde ſumit helleſpontus:& mare incumbit vorticibus:limitem fodiens:do-
nec aſiam abrumpat europę.Promontoriuz id quod appellauimus trapezā ab eo.x.M.
paſ.ad abydum oppidum:vbi anguſtię ſeptem ſtadiorum.De inde percote oppidum:&
lampſacum antea pytiuſa dictum.Parium colonia quam homerus adraſtiam appellauit
Oppidum priapos/amnis æſepus: zelia ꝓpontis:ita appellatur vbi ſe dilatat mare.Flumē granicū
artace portus vbi oppidum fuit vltra inſulam quā continenti iunxit alexander. In qua oppidū mi-
Vel artargel. leſioꝝ cyzicū antea vocitatū arctonneſꝰ/& doliōis/& didymis/cuiꝰ a vertice mōs didymis.Mox op
pida placia/ariacos/ſcylace/quorum a tergo mōs olympus myſus dictꝰ. Ciuitas olympena. amnes
horiſius/& rhyndacus/ante lycus vocatus.Orit in ſtagno artynia iuxta miletopolim.Recipit mace
ſton & plęroſq; alios.aſiam bithyniamq; diſterminans.Ea appellata eſt cronia/dein theſſalis/dein-
de malianda/& ſtrymonis.Hos Homerus halizonas dixit/quando pręcingitur gens mari.Vrbs fu-
it immenſa attuſa nomine/nunc ſunt.xv.ciuitates:inter quas gordiu/come/quæ iuliopolis vocatur
& in ora daſcylos.Deinde flumen gebes/& intus elgas oppidum/quæ germanicopolis/ alio nomi-
Aſcanius flu- ne booſcœte:ſicut apamea quæ nunc myrlea. Colophoniorū flumen ethelecanticus troadis finis
uius. & myſiæ initium. Poſtea finis in quo flumen Aſcanium: oppidum bryllion: amnes hylas: & cios
cum oppido eiuſdem nominis:quod fuit emporium non procul accolentis phrygiæ a mileſijs qui-
dem conditum. In loco tamen qui a ſcaniæ phrygiæ vocabatur. Quapropter non alibi aptius
de ea dicitur.Phrygia troadi ſuperiecta populiſq; a promontorio lecto ad flumen celeum prędictis
ſeptentrionali ſui parte galatiæ contermina: meridiana lycaoniæ: pyſidæ:mygdoniæ: ab oriente

dæ:mygdonię:ab oriente cappadociā attingit.Oppida ibi celeberrima.præter iā3 dicta ancyra:andria:celene:coloſſe:carina:coteon:cerane:iconiū:mideum.Sūt auctores tranſiſſe ex europa Myſas & Phrygos & Thinos a quib⁹ appellant myſi:phryges bithyni.Dicēdū ſimul videtur & de gallatia quæ ſuppoſita agros maiori ex pte phrygię tenet.Caputq3 quōdā eius gordium.Qui partem eam inſedere gallorum toliſtobogi & voturi:& ambiati vocant:qui meoniæ & paphlagoniæ regionem Trogum prætendit cappadocia a ſeptētrione & ſolis ortu:cuius vberrimam partē occupauere tectoſages & teutobodiaci.Et gentes quidā hę.Populi vero ac tetrarchię omnes numero.cxcv.Oppida tectogaſum ancyra:trogmorum tauium:toliſtobagoru3 peſſinus.Præter hos celebres attalēſes alaſēſes:comēſes:didyenſes:hieronēſes:lyſirene:neapolitani:œandenſes:ſeleucēſes:ſebaſteni:timoniacēſes:thebiſeni.Attingit galatia & pamphylię carbaliā & mylias:q circa barin ſūt:& cyllāticū & orondicū pyſidiæ tractum.Itē lycaoniæ ptē obigenen.Flumina ſūt i ea pter iā dicta ſangariū:& gallus:a quo nomen traxere matris deū ſacerdotes.Nunc reliqua in ora a Cio intus & bithynnia pruſa ab hannibale ſub olympo condita.Inde nicea.xxv.mil.paſ.interueniente aſcanio lacu.Deide nicea in vltimo aſcanio ſinu:q pri⁹ olbia & pruſa.Itē altera ſub hippio mōte.Fuere pythopolis:parthenopolis:coriphanta.Sūt in ora amnes eluis:briazon:plataneus:areus:iſiros:gendos:q & chryſorhoas Promōtoriū in quo megarice oppidū fuit.Inde craſpedites ſinus vocabatur:quoniā id oppidu3 velut in lacinia erat.Fuit & aſtacū:vnde & ex eo aſtacenus idem ſinus.Fuit & libyſſā oppidu3 vbi nūc Hannibalis tantum tumul⁹.& in intimo ſinu nicomedia bithynię pręclarā.Leucadas ꝓmontoriu3 quo includitur aſtacenus ſinus a nicomedia.xlij.mil quingētis paſſibus.Rurſus coeūtibus terris anguſtiæ ptinētes vſq3 ad boſphoꝝ thracium.In iis calcedon libera a nicomedia.lxxij.quingentoru3 ꝓceraſtis ante dicta:dein compuſa.Poſtea cæcorum oppidum quod locū eligere neſciſſent:ſepte3 ſtadijs diſtans a bizantio tanto fœliciore omnibus modis ſede.De cætero intus in bithynia colonia apamena:agrippenſes:iuliopolytę:bithyniatę.Flumina ſyriu3:lapſias:pharmicas:alces crynis:lyleus:ſcopius:hieras qui bithyniā & galaciā diſterminat.Vltra calchedona:deinde chryſopolis fuit.Deinde nicopolis:a qua nomē etiānū ſinus retinet.In quo port⁹ azari.Deinde naulociū:ꝓmontorium eſtię templum Neptuni.Boſphoros quingentorum paſſuu3 interuallo aſiam europę iterꝝ auferens abeſt a chalcedone.xij.mil.d.paſ.Inde fauces primæ.viij.mil.ccl.p.vbi boſphoropolis oppidū fuit.Tenent oram oēm thyni:interiora bithyni.Finis aſiæ eſt populorumq3.cclxxxij.mil.qui ad eū locū a fine lycię numerāt.Spatium helleſponti & ꝓpōtidis ad boſphorum thracium.clxxxviij.mil.paſ.diximus.A chalcedone ſigæū Iſidorus.cccxij.mil.d.paſ.Inſulę in ꝓpōtide ante cizicu3 elaphoneſus:vnde cizicenū marmor.Eadem neuris & ꝓconneſus dicta.Sequunt ophiuſa.achāthus phœbe:ſcopelos:porphyrione:halone cū oppido delphace:polydora:attaceon cum oppido.Eſt & cōtra nicomediam demōneſes.Item vltra heracleā aduerſa bithynię thynias:quam barbari bithyniā vocāt.Eſt & antiochię & cōtra fauces rhyndaci beſoicos.xviij.mil.paſ.circuitu.Eſt & elęa:& duæ rhodiuiſſę:erebinthus:megale:chalcitis:pithyodes.

Galli cybeles ſacerdotes a gallo phrygiæ fluuio dicti.

In libyſſa oppido hannibalis tumul⁹

Vel amycı.

## ¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS PRAEFATIO. CA.I.

PONTVS EVXINVS ANTEA AB INHOSPITALI FERITATE anexos appellat⁹,eſt:peculiari inuidia naturę ſine vllo fine indulgentis auiditati maris.Et ipſe in europam aſiamq3 funditur.Non fuerat ſatis oceano ambiſſe terras:& partem earum aucta inanitate abſtuliſſe. Non irrupiſſe fractis montibus:calpeq3 africæ auulſa multo maiora abſorbuiſſe q̄ reliquerit ſpatia.Nō per helleſpontum propontida infudiſſe:iteru3 terris deuoratis. A boſphoro quoq3 in aliā vaſtitatem panditur nulla ſacietate:donec expatianti lacus a mæoti rapinā ſibi iungant.Inuitis hoc accidiſſe terris inditio tot ſunt anguſtię:atq3 tā parua naturæ repugnantis interualla:ad helleſpontum octingentorū.lxxv.paſ.ad boſphoros duos:vel bubus meabili tranſitu.Vnde nomen ambobus:& tanq̄ in diſſotiatione germanitas concors.Alitū quippe cantus canumq3 latratus inuicē audiuntur.Vocis etiam humanę commertia inter duos orbes manēte colloquio:niſi cū idipſum auferunt venti.Mēſuram ponti a boſphoro ad mętotium lacū qdā fecere.xiiij.xxxviij.mil.d.paſ.Eratoſthenes.c.miorē.Agrippa a chalcedōe ad phaſin.x.m. Inde boſphoꝝ cimeriū.ccclx.mil.Nos interualla generatim ponim⁹ cōperta in noſtro æuo:quan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0105-7 DFG

do etiã in ipſo ore cimmerio pugnatũ eſt. Ergo a faucib⁹ boſphori eſt amnis rhebas: quẽ aliqui rheſum dixerũt. Deinde pſillis. Portus calpas. Sangaris fluui⁹ ex inclitis. Oritur in phrigia: accipit vaſtos amnes: inter quos tẽbrogium & gallũ. Et idem ſanguarius a pleriſq; dictus corali⁹: a quo icipiunt mariandini ſinus: oppidumq; heraclea celeceno flumini appoſitũ. Abeſt a ponti ore miliarijs ducẽtis portus ancone veneno aconito dirus. Specus acheruſia. Flumina pedopiles: callichorũ ſonantes. Oppidum Tium ab heraclea. xxxviij. mil. paſ. Fluuius Bileus.

Celeceno vel lyco.

## ❡Gens paphlagonum: & cappadocum. CA. II.

Veneti ab henetis orti
Parthenius amnis.

VLtra quẽ gẽs eſt paphlagonia: quã pylęmeniam aliqui dixerũt: incluſam a tergo galatia. Oppidũ maſtya myleſioꝝ: deĩde cromna. Quo loco henetos adijcit Nepos Corneli⁹: a quib⁹ in italia ortos cognomines eorũ venetos credi poſtulat. Seſamũ oppidum qđ nũc amaſtris. Mõs cytorus a Tio. lxiij. mil. paſ. Oppida Cimolis ſtephane. Amnis partheni⁹ Promõtoriũ carambis vaſto ex curſu abeſt a ponti hoſtio. cccxv. mil. paſ. vel vt alijs placuit. cccl. m. Tantundẽ a cimmerio: aut vt aliqui maluere. cccxij. mil. d. Fuit & oppidum eodẽ nomine: & aliud inde armine nũc eſt colonia ſinope ꝑteria cytoro. clxiiij. mil. flumen varetũ. Gens cappadocũ. Oppidum gaziura & gazelum. Amnis halys a radicibus tauri per cataoniã cappadociamq; decurrens. Oppida gangre cariſſa inde. Amyſum liberum a ſinope. cxxx. mil. paſ. Eiuſdẽq; nominis ſinus tanti receſſus vt aſiã peninſulam faciã: ducẽtis millibus paſ. aut amplius: ꝑ cõtinentẽ ad iſſicũ ciliciæ ſinum. Quo in omni tractu ꝓdit̃ tres tm̃ gentes græcas iure dici doricã: ionicã: æolicã: cęteras barbaroꝝ eſſe. Amyſo iunctum fuit oppidum eupatoria a Mithridate conditũ. Victo eo pompeiopolis vtrumq; appellatum eſt.

## ❡Cappadocia. CA. III.

CAppadocia intus habet coloniam Claudij Cęſaris archelaidẽ/quam præfluit halys. Oppida comana/quod ſarus. neocæſariam/quod lycus/amaſiã/quod iris. In regione hac gazacena in colopena a vero ſabaſtiã & ſabaſtopolin. Hæc parua/ſed paria ſupradictis. Reliqua ſui ꝑte habet melitam a Semiramide conditam haud ꝓcul euphrate. Diocæſariam tianam: caſtaliam: megalopolin. zelã. Et ſub monte argæo Mazacã: q̃ themyſcira nũc cęſarea nominatur. Cappadociæ pars pręteñta armenię maiori militene vocatur: comagenæ cataonia: phrygiæ garſauritis: ſargauraſane cãmanene: galatię morimeni: vbi diſtermiat eos cappadox amnis: a quo nomen traxere: antea leucoſyri dicti. A neoceſarea ſupradicta minorem armeniam lycus amnis diſterminat. Eſt & ceraunus intus clarus. In ora aũt ab amyſſo oppidum & flumen chadiſia: lycaſtũ: a quo themiſcyrena regio. Iris flumẽ deferens lycum. Ciuitas ziela int⁹ nobilis clade Triarij & victoria. C. Cęſaris. in ora amnis thermodoon ortus ad caſtellũ: quod vocãt phannoroeram: præterq; radices amazoni montis lapſus. Fuit oppidum eodẽ nomine: & alia quinq; phamizonium: themiſyra: ſortira: amaſia: comara.

A cappadoce amne cappadoces dicti

## ❡Themiſtidæ regionis gentes. CA. IIII.

NVnc manteum: genetarũ chalibũ. Oppidũ cotyorum Gentes tybareni: moſſini notis ſignãtes corpora. Gens macrocephali: oppidũ cæraſus: portus cordulę. Gentes bechires buzeri: flumen melas. Gens macrones ſydeni: flumenq; ſydenum: quo alluitur oppidum polemoniũ ab amyſo. cxx. mil. paſ. inde flumina iaſoniũ: melanthium: & ab amyſo. lxxx. mil. paſ. Pharnace oppidũ: tripol' caſtellũ & fluui⁹. Itẽ cocalia: & ſine fluuio liuiopolis: & a pharnace. c. mil. p. Trapezus liberũ vaſto mõte clauſũ. Vltra qđ gẽs armenocalibes: & maior armenia. xxx. M. paſ. diſtans. in ora aũt trapezũta flumen eſt pyſites. Vltra vero gens ſannorũ: heniochorum. Flumen abſarum cum caſtello cognomine in faucibus. a trapezunte. cxl. mil. paſ. eius loci a tergo mõtium hiberia eſt. in ora vero eniochi: ampreutelazi. Flumina a camſeonyſis: nogrus bathis. Gẽtes colchorum. Oppidum matium. Flumẽ heracleum: & promõtorium eodem nõie. Clariſſimuſq; ponti phaſis orit̃ in moſchis. Nauigatur q̃libet magnis nauigijs. xxxviij. M. d. p. Inde minorib⁹ lõgo ſpatio põtibus. cxx. peruius. Oppida in ripis habuit complura. Celeberrima Tyriacen: cygnũ: & i faucibus phaſin. Maxime autem inclaruit ea. xv. mil. paſ. a mari: vbi hippos & cyanos vaſti amnes e diuerſo in eũ cõfluunt. Nunc habet ſurium tantum: & ipſum ab amne influente ibi cognominatũ: vſq; quo magnarũ nauiũ capacem eſſe diximus. Et alios accipit fluuios magnitudine numeroq; mirabiles. Inter quos glaucum. in ora eius inſulę ſine nomine. Abeſt abſaro. lxxv. mil. Inde aliđ flumẽ charien. Gens ſalaæ antiquis phthirophagi dicti & alaſani. Fumen cobum e caucaſo ꝑ ſuanos fluẽs Dein rhoon. Regio ecrectice: ãnes ſigania: terſos: atelpos: chryſorrhoas: gẽs abſylę: caſtellũ ſebaſtopolis. A phaſide. c. mil. paſ. gens. ſannigarum: oppidum cygnus. Flumen & oppidum penius. Deinde multis nominibus eniochorum gentes.

Phaſis fluui⁹

Vel pityus.

## ❡Regio colchica anchęi & cæteri eodem tractu. CA. V.

SVbiicitur ponti regio colchica: in qua iuga caucaſi ad ripheos mōtes torquētur: vt dictū eſt altero latere: in euxinū/& meotin deuexa. Altero in caſpiū & hyrcanū mare. Reliqua littora fere nationes tenēt melāchæni coraxi vrbe colchorū dioſcoriade iuxta fluuiū ante munta. Nūc deſerta. quōdam adeo clara: vt Timoſthenes in eā. ccc. natiōes q̄ diſſimilibus linguis vterenť: deſcendere ꝓdiderit. Et poſtea a noſtris. cxxx. interpretibus negocia ibi geſta. Sunt qui conditam eam ab Amphito/& Telchio Caſtoris/ac Pollucis aurigis putant: a quibus ortā eniochorum gentem feram conſtat. A diſcoriade oppidum heracleum diſtat a ſebaſtopoli. lxxx. m. paſſ. achæi: mardi: cercetę. Poſt eos ſerri: cęphalotomi. in intimo eo tractu pityus oppidū opulētiſſimum ab eniochis direptum eſt. A tergo eius epageritæ ſarmatarum populus in caucaſi iugis. Poſt quę ſauromatæ. Ad hos confugerat Mythrydates Claudio principe: narrauitq; thalos iis eſſe cōfines: q ab oriente caſpii maris fauces attingerēt ſiccari eas æſtu recedente. In ora autem iuxta cerceras flumē icaruſa cum oppido hiero/& flumine ab heracleo. cxxxvi. mil. Inde ꝓmontorium cronea: quo ſupercilium arduum tenēt torete. Ciuitas ſindica ab hiero. lxvii. m. d. paſſ. flumen ſceaceriges.

## ❡Boſphorus cimericus: męotis. CA.VI

INde ad boſphori cimmeri introitū. lxxxviii. m. d. paſ. Sed ipſius peninſulæ inter pontum & męotin lacū excurrentis non amplior. lxxxvii. m. d. paſ. lōgitudo eſt. Latitudo nuſq̄ itra duo iugera: eonem vocāt. Ora ipa boſphori vtrinq; ex aſia/atq; europa curuatur in mæotin. Oppida in aditu boſphori primo hermonaſia. Dein cepœ mileſiorū. Mox ſtratoclia & phanagoria/& pene deſertū apaturos: vltimoq; in hoſtio cimmeriū: qđ antea cimbricū vocabatur

## ❡Gentes circa męotin. CA.VII.

INde męotis palus in europa dictus. A cimmerio accolūt męotici: valli: ſerui: arrechi: zingi pſeſii. Dein tanain amnem gemino ore influentem incolunt iaxamatę medorum (vt ferūt) ſoboles. Et ipſi in multa genera diuiſi. Primo ſauromatę: gynei: gratumenæ. vnde amaxonum conubia. Dein euazę cottę: cizimeni: meſſeniani: coſtobocci: choatrę: cyzoæ: dādari: tuſſagetæ turcę: vſq; ad ſolitudines ſaxoſis cōuallibus aſperas: vltra quas aripheos. qui ad harriſeos pertinent montes Tanaim ipſum ſcythæ ſilin vocāt: mæotin temerinda: quod ſignificāt matrem maris. Oppidum in tanais quoq; oſtio fuit. Tenuere finitima primi cares. Deinde clazomenii/& mæones. Poſtea panticapēſes. Sunt qui circa męotin ad ceraunicos montes altiores has tradunt gētes: a littore napoas: ſupraq; eſſedonas colchis iūctos: ac mōtiū cacumibus. Dein carmacas: oranos: antacas: mazacas aſcātios: acapeatas: aggamātas: phycaros: rhimoſolos: aſcōmarchos. Et ad iuga caucaſi icatalas: imaduchos: ranos: anclacas: tydios: caraſtaſcos: aſſutiādas. Lagoū amnem ex montibus catheis: in quem defluit opharus: vbi gentes caucadas: opharitas. Amnem menotharū imituenis ex mōtibus ſciſſum Inter agdeos: carnapas: gardeos: acciſos: gabros: gregaros. Circaq; fontē imitiſii: imituos: & apartheнос. Alii influxiſſe eo ſuitas. auchetas: ſatarneos:: aſanpatas. Ab his tanaitas: & nepheonitas viriti deletos. Aliqui flumen ocarium labi p cātecos/ & ſapcos tradunt. Tanaim vero tranſiſſe fatareos: herticeos: ſpōdolicos: ſynhietas: amaſſos: iſſos: catacetos: tagoros: catonos: neripos: agandeos: mādarcos ſaturcheos: ſpaleos.

## ❡Armeniæ duæ CA.VIII.

PFracta eſt interior ora: omneſq; accolæ: nunc reddātur gentes in mediterraneo ſinu: in quo multo aliter: ac veteres ꝓditurum me non eo inficias anxia pq̄ſita cura rebus nup in eo ſitu geſtis a Domitio corbulone: regibuſq; inde miſſis ſupplicibus: aut regū liberis obſidibꝰ. Ordiemur autem a capadocum gente. Longiſſime hęc ponticarum oīm introrſus recedēs minorem armeniam/maioremq;/& comagenem leuo ſuo latere tranſit. Dextra vero omnes in aſia dictas gentes plurimis ſupfuſa ppl̄is: magnoq; impetu ſcandens ad ortum ſolis: & tauri iuga trāſit lycaoniā: pyſidiam: ciliciam. Vadit ſup antiochiæ tractū vſq; ad cyreſticam eius regionem: parte ſua/quę vocať cataonia. Contendit itaq; ibi longitudo aſię. xii. l. m. paſ. efficit latitido. d. c. m. xl. m.

## ❡Armenia maior. CA.IX.

ARmenia aūt maior īcipit a pariedris mōtibꝰ: euphrate amne vt dictum eſt: auferť cappadociæ: & qua diſcedit euſtrates meſopotamię haud minus clara amne tigri. Vtrūq; fundit ipſa: & initiū meſopotamiæ facit īter duos amnes ituræ. Qđ intereſt ibi tenent arabes orei. Sic finē vſq; ī adiabenē pferť. Ab ea trāſuerſi iugis īcluſa latitudinē ī leua pādit ad cyrū amnē trāſuerſa in araxē. Lōgitudinē vero ad minorē vſq; armeniā abſaro amne in pontum defluente: & pariedris montibus: qui fundūt abſarꝫ: diſcreta ab illa coriis. Oritur in eniochiis montibus: quos alii coraxicos vocauere. Araxes eodē monte quo euphrates. v. m. p. interuallo/actuſq; amne muſi: & ipſe (vt plures exiſtimauere) a cyro deferť in caſpiū mare. Oppida celebranť in minore caſara: aza: nicopolis. In armenia maiore arſamote euphrati ꝓximū. Tigri carcathiocerta: ī excelſis aūt tigranocer-

ta. Et in campis iuxta araxem artaxata. Vniuerſæ magnitudinem Aufidus quinquagies cētena milia prodidit. Claudius Cæſar longitudinem ad ſacuſa ad confinium caſpij maris. xiij. M. paſ. Latitudinē dimidium eius Atigrano certā ad hiberiaȝ diuiditur (quod certū eſt) in pręfecturas: quas ij ſtrategias vocant. Quaſdam ex ijs/ vel ſingula regna quondam barbaris nominibus. cxx. Claudūt eam ab oriente montes: ſed non ſtatim ceraunij: nec adiabene regio. Quod intereſt ſpatij ſopheni tenēt. Ab ijs iuga ceraunia. Vltra adiabeni tenent. Per conualles autem proximi armeniæ ſunt menobardi: & moſcheni. Adiabenem tigris/ & mōtes tres. xij. m. paſ. cingunt. Ab leua eius regio medorum eſt: & ꝓſpectus caſpij maris. Ex oceano hoc & ſuo loco dicemus funditur: totumqȝ caucaſijs mōtibus cingiť

Vel ꝓſpectꝰ

Horum incolæ per confinium armeniæ nunc dicentur.

## ¶ Albania hyberia. CA. X.

Vel ocazene

Vel pharmaſus.

PLanitiem omnē a cyro vſqȝ albanorum gens tenet. Mox hiberum diſcreta ab ijs amne aragone in cyro e caucaſijs montibus defluente. Præualent oppida albanię cabalacha. Hyberiæ harmaſtis iuxta flumen neoris. Regio thaſiæ: & triare vſqȝ ad partedoros montes. Vltra ſunt colchiceæ ſolitudines: quaruȝ a latere ad ceraunios verſo armenocalybes habitant. Et moſcorum tractus ad hiberum amnem in cirum defluentē: & infra eos ſacaſani/ & deīde macrones ad flumen abſarum. Sic plana/ ac deuexa optinētur. Rurſus ab albaniæ cōfinio tota montium fronte gentes ſiluorum fere/ & infra lubienorum mox diduti & ſodij.

## ¶ Portæ caucaſię. CA. XI.

Nota.

Suani auruȝ tm̄ effodientes.

AB his ſunt portę caucaſię magno errore a multis caſpiæ dictę: ingens naturę opus: & mōtibus interruptis repente vbi fores obditę ferratis trabibus ſubter medias amne dyr iodori fluente. Citraqȝ in rupe caſtello: quod vocatur cumania: communito ad arcendas trāſitu gentes innumeras: vbi loci terrarum orbe portis diſcluſo: ex aduerſo maxime armaſtis oppidi hiberum a portis caucaſijs per montes gordigeos valli. Suaui indomitæ gentes auri tm̄ metalla fodiunt. Ab ijs ad pontum vſqȝ eniochorum plurima genera: mox acheoruȝ. Ita ſe habet terrarum ſinus e clariſſimis. Aliqui inter pontum: & caſpium mare. ccclxxv. M. paſ. non amplius intereſſe tradiderunt. Corneliꝰ. Nepos. cl. m. tātis interī anguſtijs infeſtať aſia. Claudius Cęſar a Cīmerio boſphoro ad caſpium mare. cl. m. paſ. ꝓdidit: eaqȝ ꝑfodere excogitaſſe Nicanorem ſeleucum: quo tēpore ab Ptolomæo Ceraunio ſit īterfectus. A portis caucaſis ad pontum. cc. m. paſ. eſſe conſtat fere.

## ¶ Inſulę in ponto. CA. XII.

INſulę in pōto planetę/ ſiue Cyaneę/ ſiue ſymplegades. Deinde apollonia thynias dicta: vt diſtingueref ab ea q̄ eſt in europa. Diſtat a cōtinēte paſſibus mille. Cingiť. iij. m. & contra pharnaceam calcitin: quā gręci ariem dixerūt ſacrāqȝ Marti. Et in ea volucres cū aduenis pugnaſſe pennarum ictu.

## ¶ Gentes in ſcythico oceano. CA. XIII.

MIſeret atq; etiam pudet æſtimãtem q̃ ſit friuola aialiuʒ ſupbiſſimi origo. cũ plerũq; abhortus cauſa fiat odor a lucernaꝝ extinctu. His pricipiis naſcunt̃ tyrãni. Carnifex his animus Tu q corporis viribus fidis. Tu qui fortunę munera amplexaris: & te ne alumnũ qdẽ eius exiſtimas: ſed partum. Tu cuius ſemper in victoria mens. Tu qui te deum credis aliquo ſucceſſu tumens: tanti tamen perire potuiſti Atqui etiam hodie minoris potes: quãtulo ſerpẽtis ictus dẽte. Aut etiam vt Anacreon poeta acino vuæ paſſę. Vt fabius ſenator ꝑtor in lactis hauſtu vno pilo tranſgulatus. Is demum profecto vitam æqua lance penſitabi t: qui ſemper fragilitatis hũanæ memor fuerit.

mortes repẽtinæ.

¶De Agrippis. CA.VIII.

IN pedes ꝓcedere naſcẽtem cõtra naturã eſt. Ex quo argumẽto eos appellauere agrippas vt ægre partus: q̃liter. M. Agrippã ferunt genitũ vnico ꝓpe fęlicitatis exẽplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanq̃ is quoq; aduerſa peduʒ valitudine. Miſera iuuẽta exercito æuo iter arma / hoſteſq; / & ad mortẽ obnoxio acceſſu: infœlici terris ſtirpe oĩ: ſʒ ꝑ vtraſq; Agrippinas maxime: quæ Caium / & domitium Neronem principes genuere totidẽ faces generis humani. Præterea breuitate ęui qnquageſimo vno rapt⁹ anno in tormẽtis adulterioꝝ cõiugis. ſoceriq; pręgraui ſeruitio luiſſe ꝑpoſteri ortus augurium exiſtimatur. Neronẽ quoq; pauloante principeʒ / & toto principatu ſuo hoſtem generis humani pedibus genitum parẽs eius ſcribit. Agrippina. Ritu naturę capite hominem gigni mos eſt pedibus efferri.

Auctoritas.
Nota

¶Monſtruoſi partus exciſi vtero. CA.IX.

AVſpicatius enecta parente gignuntur. Sicut Scipio Africanus prior natus. Primuſq; cęſar a cæſo matris vtero dictus. Qua de cauſa & cęſones appellati. Similimodo natus / & Manlius qui carthaginem cum exercitu intrauit.

ſcipio maior p⁹ cęſar ſ dictus.

¶Qui ſint vopiſci. CA.X.

VOpiſcum appellant vnum ex geminis: qui recenti vtero naſceretur altero interẽpto abortu Namq; maxima: etſi rara circa hoc: miracula exiſtunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0127-0

¶Exempla numeroſæ ſobolis. CA.XI.

PRæter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidẽ omnino aut alte-
rum ſuperfœtat. Extat in monumẽtis etiã medicorum: & quibus talia cõſectari curę fuit
vno abortu duo puerperia egeſta. Sed vbi paululum tẽporis inter duos cõceptus itercef-
ſit vterq; eſt ꝑfectus: vt in Hercule/ & Iphiclo fratre eiꝰ apparuit. Et in ea q̃ gemino partu alterũ ma-
rito ſimilem: alterum adultero genuit. Item Proconneſia ancilla/ quę eiuſdẽ diei coitu alterũ domi-
no ſimilem: alterum procuratori eius. Et alia quę vnum iuſto partu quinq; menſium alterum edidit.
Rurſus in alia quę ſeptem menſium edito puerperio/ in ſecutis mẽſibus/ geminos enixa eſt. Iã illa vul-
gata eſt varię. Ex integris truncos gigni: ex truncis integros/ eademq; parte trũcos. Signa quædã: ner-
vel aliquoꝝ. uoſq; & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu dacorum originis nota in brachio redditur.

¶Exempla ſimilitudinum. CA.XII

IN lepidorum gente tres intermiſſo ordine obducto membrana oculo genitos accepimus.
Similes quidem alios auo. Et ex geminis quoq; alterum patri/ alteruz matri. Annoq; poſt
genitũ maiori ſimilem fuiſſe vt geminum. Quaſdam ſibi ſimiles ſemper parere: quaſdam
viro quaſdam nulli: quaſdã fœminã pati/ marem ſibi. Indubitatum exemplũ eſt Nicei no-
bilis poetæ Bizantij geniti: qui adulterio æthiopis nata matre nil a cæteris colore differente: ipſe in
auum degenerauit æthiopem. Similitudinũ quidẽ in mẽte reputatio eſt: & in qua credant multa for-
Bizãtiꝰ poeta. tuita pollere: viſus: auditus: memoriaq;: hauſtæ imagines ſub ipſo conceptu: Cogitatio etiã vtriuſli-
bet animo ſubito trãſuolans effingere ſimilitudinẽ: aut miſcere exiſtimat. Ideoq; plures in hoie q̃ in
in cõceptu cogitatiões multũ faciũt cæteris omnibus animalibus differentiæ: q̃m velocitas cogitationum/ animiq; celeritas/ & ingenij va-
rietas multiformes notas imprimit: cum cęteris animantibus immobiles ſint animi: & ſimiles omni-
bus: ſinguliſq; in ſuo cuiq; genere. Antiocho regi ſyriæ e plebe nomine Arteon in tantum ſimilis fuit
vt Laodice coniunx regia/ necato iam Antiocho munus ꝑ eum commẽdationis/ regniq; ſucceſſionis
Vel iubius peregerit. magno Pompeio Vibius quidam e plebe/ & publitius etiã ſeruitute liberatus īdiſcreta ꝓ-
pe ſpecie fuere ſimiles: illud os probum reddentes: ipſumq; honorẽ eximiæ frontis. Qualis cauſa pa-
tri quoq; eius Menogenis coci ſui cognomẽ impoſuit Strabonis a ſpecie oculorum nomen habẽtis
vitium imitata. Et Scipioni in ſeruo Serapione victimari negociatoris vili mancipio. Eiuſdẽ familię
Scipioni poſt Gneum cognomẽ ſalutio minus dedit. Sicut ſpinter ſecundanus: Retiariuſq; Pamphy-
lius collegio Lentuli/ & Metelli conſulũ. In quo ꝑ q̃ infortune fortuitum hoc quoq; fuit. Duorum ſi-
mul conſulum in ſcœna imagines cerni. E diuerſo. L. Plancus orator hyſtrioni Rubrio cognomẽ im-
poſuit. Rurſus curioni patri Burbuleius. Itemq; Meſſalæ cẽſortio Menogenes ꝑide hyſtriões. Suræ
quidem proconſulis etiam rictum in loquẽdo contractionem linguę/ & ſermonis tumultum nõ ima-
ginem modo piſcator quidam in Sicilia reddidit caſſio Seuero celebri oratori armẽtarij Mirmillo-
nis obiecta ſimilitudo eſt. Toranius. M. Antonio iam triumuiro eximios forma pueros alterũ in aſia
genitum: alterum trãs alpes vt geminos vendidit: tãta vnitas erat. Poſtq̃ deinde ſermone puerũ dete-
cta fraude a furente increpitus. Antonio eſt inter alia magnitudinem precij requirente (nã ducentis
erat mercatus ſeſtertijs) reſpondit verſutus ingenij magno ob id ipſum ſe tanti vẽdidiſſe: quoniã: nõ
eſſet mira ſimilitudo in vllis eodem vtero editis. Diuerſarum quidem gentium natales tã cõcordi fi-
gura reperiri: ſuꝑ omnem eſſe taxationem: adeoq; tempeſtiuam admirationem intulit: vt ille proſcrip-
tor animus mero/ & contumelia furens nõ aliud in cenſu magis/ & in fortuna ſua duceret.

¶Quæ ſit generandi ratio. CA.XIII.

ESt quædã priuatim diſſociatio corporuz: & inter ſe ſterilis. At vbi cum alijs iũxere gignũt
Sicut Auguſtus/ & Liuia. Item alij/ aliæq; fœminas tantũ generant: aut mares. Plerũq; al-
ternant. Sicut Gracchorũ mater duodecies/ & Agrippina germanici nouies. Alijs ſterilis
eſt inuẽta. Alijs ſemel invita dat gignere. Quędã nõ perferunt partus. Quales ſiquãdo me-
dicina & cura vincere: fœminã fere gignũt. Diuus auguſtus in reliqua exemplorũ raritate neptis ſuę
nepotem vidit genitum: quo exceſſit anno. M. Syllanus: qui cũ aſiam optineret poſt cõſulatum. Ne-
ronis principis ſucceſſione veneno eius interemptus eſt. Q. Metellus macedonicus cũ ſex liberos re-
linqueret vndecim nepotes relinquit. Nurus vero generoſq;/ & omnes/ qui ſe patris appellatiõe ſalu-
tarent. xxvij. In actis diui Auguſti temporum inuenitur. xij. conſulatu eius/ quem. L. Sylla collega
ad. iij. idus aprilis geſſit criſpinuz Hylarium ex ingenua plebe Feſulana cũ liberis nouem: in quo nu-
mero filiæ duæ fuerunt. nepotibus. xxvij. pronepotibus. xxix. neptibus. ix. præalta pompa cum omni-
bus his in capitolio immolaſſe.

¶Item de eodem multiplicius. CA.XIIII.

MVlier poſt quinquageſimū annum nō gignit:maiorq; pars quadrageſimo profluuium ge-
nitale ſiſtit.Nam in viris Maſſiniſſam regem poſt octoginta ſex annos generaſſe filiū :quē
Metymathnū appellauerit clarum eſt.Catonem cenſoriuȝ octogeſimo exacto e filia Salo
nij clientis ſui.Qua de cauſa aliorum eius liberorum ꝓpago Liciniani ſunt cognominati hi Saloniā:
ex quibus Vticenſis fuit.Nuper etiam.L.Voluſio Saturnino in vrbis præfectura extincto notum eſt
Corneliam e Scipionum gente Voluſium Saturnium/qui fuit conſul Poſt.lxij.annum genuiſſe. Et
vſq; ad.lxxv.apud ignobiles vulgaris reperitur generatio.

Mſier .I. trāſ actō n̄ gignit vl̄ methymi um. Maſiniſſa.

De menſtruis mulierum. CA.XV.

SOolum aūt animal menſtruale mulier eſt. In vnius vtero quas appellarunt molas. Ea eſt
caro informis in anima ferri ictum/& aciem reſpuens:mouetur ſiſtitq; menſes:& vt partus
alias lœtalis:alias vna feneſcens:aliquādo aluo citatior excidens.Simile quidam/&viris in
ventre gignitur:quod vocant ſcyron.Sicut oppido Capitoni prætorio viro.Sed nihil faci
le reperitur mulierū ꝓfluio magis monſtrificum.Aceſcunt ſuperuentu muſta.Sterileſcunt Tactę fru
ges.Moriuntur inſita. Exuruntur hortorū germina:& fructus arborum: quibus inſidere decidunt.
Speculorū fulgor aſpectu ipſo hebetat̄.Acies ferri p̄ſtringit̄:eboriſq; nitor.Aluei apū emoriunt̄·Aes
etiā ac ferrū rubigo protinus corripit:odorq; dirus aera.Et in tabiem aguntur guſtato eo canes:atq;
inſanabili veneno morſus infigitur.Quin & butuminū ſequax alioquin/& lenta natura in lacu iudeæ
qui vocat̄ aſphaltites certo tp̄e anni ſupnatās neqt ſibi auelli:ad omnē contactū adhęrens p̄terq̄ filo:
qđ tale virus infecerit.Etiā formicis aiali minimo ineſſe ſenſum eius ferunt:abijciq; guſtatas fruges:
nec poſtea repeti.Et hoc tale/tantūq; oībus tricenis diebus malum in muliere exiſtit:& trimeſtri ſpa
cio largius.Quibuſdam vero ſæpius mēſe:ſicut aliquibus nunq̄ Sed tales non gignunt.Quando hęc
eſt generando homini materia fœminę maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerāte. Qđ deinde tē
pore ipſo animatur:corporaturq;.Ergo cum grauidis fluxit:iualidi/aut nōvitales partus ædunt̄:aut
ſanioſi vt auctor eſt Nigidius.

ſola mēſtrua patit̄ mulier vel ſirron.

Nihil ꝓfluuio mēſtruali letalius.

canes eo ī rabiē vertūtur.

Item de ratione partuum. CA.XVI.

IDem lac fœminę nō corrūpi alenti partum ſi ex eodē viro rurſus cōceperit arbitrat̄. Inci-
piente aūt hoc ſtatu/āt deſināte conceptus facilime tradunt̄. Fœcūditatis in fœminis pre
rogatiuam accepimus inūctis medicamine oculis ſaliuā infici.Cęterū editis primores ſep
timo mēſe gigni dentes:priuſq̄ in ſupā fere parte haud dubiū eſt.Septimo eoſdē decidere
anno alioſq; ſuffici.Quoſdā & cū dentibus naſci ſicut.M.Curiū/q ob id dētat⁹ cognoiat⁹ eſt.Et.Cn.
Papyriū carbonē p̄claros viros.In fœminis ea res in auſpicati fuit exempli regum temporibus:cum
ita nata eēt Valeria exitio ciuitati in quam deleta eēt futurum reſponſo aruſpicū vaticināte.Seſſapiā
etiā illa tēpeſtate florentiſſimā deportata eſt veridico exitio cōſecuto. Quaſdam cōcreto genitali gi
gni infauſto omine Cornelia Gracchoꝝ mater inditio eſt.Aliqui vice dentiū cōtinuo oſſe gignunt̄.
Sicuti Pruſię regis bythiniorum filius ſuperna parte oris.Dētes aūt tm̄ inuicti ſunt ignibus:nec cre-
mantur cum reliquo corpe.Idem flāmis indomiti tābe cauant̄:pituitaue.Cādorem trahūt quodam
medicamine.Vſu aterunt̄:multoq; primū in aliqb⁹ deficiūt.Nec cibo tm̄/& alimētis neceſſarij.Quip
pe vocis/ſermoniſq; regimē primores tenēt concentu quodā excipientes ictuȝ linguæ:ſirieq; ſtructu
ræ/atq; magnitudine mutilantes/molienteſue/aut hebetantes verba.Et cum defluxere explanatio-
nem oēȝ adimētes.Quin & auguriū in hac eſſe credit̄ parte.Triceni bini viris attribuūt̄: excepta tur
duloꝝ gēte.Quibus plures fuere lōgiora ꝓmitti vitę putāt ſpatia. Fœminis minor numer⁹.Quib⁹ ī
dextra parte gemini ſupne a canibus cognoiāti fortunæ blādimenta pollicetur.Sicut in Agrippina
Domitij Neronis matre:contra in leua.Hominem priuſq̄ genito dente cremari mos gentium nō eſt
Sed mox plura de hoc:cū mēbratim hyſtoria decurret.Riſiſſe eodē die quo genitus eſſet vnū acce-
pimus hominem zoroaſtren.Eidē cerebrū ita palpitaſſe:vt impoſitam repelleret manuȝ futuræ p̄ſa
gio ſcientię.In trimatu ſuo cuiq; dimidiam eē menſurā ſtaturæ certū eſt.In plęnū autem cūcto mor-
taliū generi minore indies fieri ꝓpemodum obſeruat̄.Raroſq; patribus ꝓceriores cōſumēte vberta
tē ſeminum exuſtione:in cui⁹ vices nunc vergat ęuū:in creta terræ motu rupto mōte inuētum eſt cor
pus.ſtans.xlvi.cubitorum:qđ alij Orionis/alij Etionis fuiſſe tradūt.Horeſtis corpus oraculi iuſſu re
foſſum ſeptem cubitorū fuiſſe monumētis tradit̄.Iam vero ante annos:ꝓpe mille vates ille Homer⁹
non ceſſauit minora corpora mortaliū q̄ priſca cōqri.Neuij Pollionis amplitudinē annales nō tradūt
Sed quia populi cōcurſu pene interēptus eſſet:ꝓdigij vice habitū.ꝓceriſſimū hoiem ætas noſtra di-
uo Claudio principe Gabbarā noie ex arabia aduectum nouē pedū/& totidē vnciarum vidit.Fuere
ſub diuo Auguſto ſemipede adito:quoꝝ corpora eius miraculi gratia in conditorio Saluſtianorum
aſſeruabant̄ hortoꝝ.Puſioni/& ſecūdillę erāt noia. Eodē p̄ſide minimus hō duos pedes/& palmuȝ

Quo tp̄e gignāt̄ dētes.

M.curius cū dētibus nat⁹

Pruſias os cōtinuū dentiū loco hn̄s.

plures mari-bus q̄ fœmis dentes eē.

zoroaſtres prio quo nat⁹ ē die riſit.

Orionis corpus.xlvi.cubitorū. horeſtis lōgitudo

Conops nomine in delitijs Iuliæ neptis eius fuit. Et mulier andromeda liberta Iuliæ Auguſtę. Maniū maximū: &. M. Tulliū equites romanos binum cubitorū fuiſſe auctor eſt Varro. & ipſi vidimus in loculis aſſoruatos. Sexquipedales gigni quoſdā lōgiores ī trimatu implētes vitę curſuꝫ haud ignotum eſt: inuenimus in monumentis Salamiam Eutimenis filiuꝫ in tria cubita triēnio adoleuiſſe: īceſſu tardum: ſenſu hebetem: & iam puberem factum: voce robuſta: abſumptum contractione mēbroꝝ ſubita triennio circūacto. Ipſi nos pridē vidimus eadē ferme omnia p̄ter pubertatē in filio Cornelij taciti equitis. Ro. belgicæ gallię rationes ꝓcurantis· Ectrapelos gręci vocāt eos· in latino nō hn̄t nomen.

*Ectrapeli q̄ ſint.*

☞ *Viri exanimi ſupini: fœminę aūt ꝓnæ fluitant.*

## Inſignia corporum. CA. XVII.

Quod ſit hoīm ſpatium a veſtigio ad verticem: id eē ſparſis manibus inter longiſſimos digitos obſeruatum ē. ſicuti vires quibuſdam dextra ꝑte maiores: quibuſdā æquas vtraq;: aliq̄bus leua manu p̄cipuas. Nec id vnq̄ in fœminis. Mares p̄ſtare pondere· Et defuncta viuētibus corpora omnium animalium. Et dormientia vigilantibus. Virorum cadauera ſpina fluitare Fœminarum prona: velut pudori defunctarum parcente natura.

*Viri ſine medullis.*

☞ *Mirabile voluntatis ſpiuꝫ*

## Exempla variarum figurarum. CA. XVIII.

Concretis quoſdam oſſibus/ac ſine medullis viuere accepimus. Signū eorum eſſe nec ſitim ſentire: nec ſudorem emittere: quanq̄ & voluntate ſciamus ſitim victā. Equitemq; ro. Iulium viatorem euocontiorū gēte fœderata in pupilaribus annis aquę ſubter cutē fuſę morbo ꝓhibitū humore a medicis naturā feciſſe cōſuetudine/atq; ſenecta caruiſſe potu. Necnon & alij multa ſibi imperauere.

*Craſſus nūq̄ riſit. Socrates eodē ſēp vultu.*

☞

## Diuerſorum morum exempla. CA. XIX.

Ferunt Craſſum auū craſſi in parthis interēpti nūq̄ riſiſſe. Ob id Agelaſtū vocatum. Sicuti nec feciſſe multos. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu: nec aut hylari magis/aut turbato. Exit hic animi tenor aliq̄n in rigorem quēdam/toruitatemq; naturæ duram/& inflexibilē: affectuſq; humanos adimit: quales apathes græci vocant. Multos eiꝰ generis experti: q̄dq; mirum ſit auctores maxiē ſapientiæ. Diogenem cynicum. Pyrronē. Heraclitū Timonem. Hunc quidem etiam in totius odium generis humani euectuꝫ. Sed hęc parua naturę inſignia in multis varia cognoſcuntur. Vt in Antonia Druſi nunq̄ expuiſſe. In pōponio conſulari poeta nunq̄ ructaſſe. Quibus natura cōcreta ſunt oſſa: qui ſunt rari admodum: cornei vocātur.

*Antonia. Pōponius.*

## De fortitudine/& velocitate. CA. XX.

Corpore veſcō eē: ſed eximijs viribus. Tritanum in gladiatorio ludo ſannitiū armatura celebrem: filiūq; eius militē magni Pōpeij/& rectos/& tranſuerſos cācellati toto corpore habuiſſe neruos in brachijs etiam/manibuſq; auctor eſt Varro ꝓdigioſa virum elatiōe. Atq; etiā hoſtē ab eo ex ꝓuocatione dimicātē iermi dextra vno digito ſupatū & poſtremo correptū in caſtra tranſlatum. Alunius Valens meruit in prætorio. Diui Auguſti centurio vehicula cuꝫ culeis onuſta donec exinanirentur ſuſtinere ſolitus. Carpenta cōprehēſa vna manu retinere obnoxiꝰ contra nitētibus iumētis. Et alia mirifica facere: quæ inſculpta monumēto eius ſpectātur. Ideo. M. Varro Ruſticellus inq̄t Hercules appellatus: mulū ſuum tollebat. Fuſius Saluius duo cētenaria pōdera pedibus: totidē manibus: & ducenaria duobꝰ humeris cōtra ſcalas ferebat. Nos quoq; vidimus Athanatū noīe; ꝓdigioſæ oſtentationis quinquagenario thorace plumbeo indutū. Coturniſq; quingentorum pōdo calcitatū p ſcœnā ingredi. C. Milonē Athletā cū cōſtitiſſet nemo veſtigio educebat Malū tenenti nemo digytū corrigebat. Cucurriſſe mille centū. lx. ſtadia ab athenis lacedæmonē biduo Philippidē magnū erat: donec caniſtius curſor lacedęmonius/& Philonides Alexādri magni a ſytione helyn vno die. M. ccij. ſtadia cucurrerunt. Nūc q̄dem in circo quoſdam. clx. paſ. tolerare non ignoramus. Nupq; Fonteio/& Vipſano cōſ. annos. ix. genitū puerū a meridie ad veſperum. lxx. m. p. cucurriſſe. Cuius rei admiratio ita demū ſolida ꝑueniet: ſi quis cogitet nocte ac die longiſſimum iter vehiculis tribus Tyberium Nerone emēſum feſtinantem ad Druſum fratrem ægrotantē in germania in ea fuerunt ducenta. m. paſ.

*Fuſius ſaluiꝰ*

*Philonides alexādri curſor.*

## De viſu. CA. XXI.

Oculorum acies/vel maxime fidem excedētia inuenit exempla. In nuce incluſā iliada Homeri carmē in mēbrana ſcriptum tradidit cicero. Idem fuiſſe qui ꝓuideret. c. xxvv. mil. paſſuum. Huic & nomen. M. Varro reddidit ſtrabonem vocatum. Solitum auteꝫ punico bello a Lilybeo ſiciliæ promontorio/exeunte claſſe carthaginis portu etiam numerū nauiuꝫ dicere callicrates ex ebore formicas/& alia tā parua fecit animalia: vt partes earū a cęteris cerni non poſſent. mermecides quidam in eodem genere inclaruit. A quo quadrigam ex eadem materia/quaꝫ muſca integeret alijs fabricatam: & nauem/quam apicula pennis abſconderet.

☞ *Ilias homeri ī nuce īcluſa. ſtrobo oc͞los hn̄s lynceos.*

## De auditu. CA. XXII.

AV ditus vnum exemplum habet mirabile.prœlium quo ſybaris deleta eſt:eo die quo ge Caſtores viſi
ſtum erat autum olympię.Nam cymbricę victoriæ Caſtoreſq; romani qui perſicã victo & auditi
riam ipſo die quo contigit nũciauere viſus & auditus & numinũ fuere præſagia.

¶Exempla patientiæ. CA.XXIII.

PAtientia corporis vt eſt crebra ſors calamitatũ innumera documẽta peperit. Clariſſimũ Meretricis
in fœminis leænæ meretricis exẽplũ:quę torta nõ indicauit Harmodium & Ariſtogito= patientia
nem tyrẽnicidas.In viris Anaxarchias qui ſimili de cauſa cũ torquere᷑ pręciſã e dentibꝰ Anaxarchus.
linguam vnamq; ſpem indicij in tyrannos expuit. vel pręcoſam

¶Memoriæ exempla. CA.XXIIII.

MEmoria neceſſarium maxime vitæ bonum cui præcipua fuerit haud facile dictu eſt: tam
multis gloriaʒ eius adeptis.Cyrꝰ rex omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit Cyrus
L.Scipio populo ro.Cyneas Pyrrhi regis legatus ſenatui & ęqueſtri ordini romę poſtero Scipio.
die q̃ aduenerat.Mithridates duarum &.xx.gentium rex totidem linguis iura dixit: pro contione Cyneas.
ſingulas ſine interpręte affatus.Carmaidas quidaʒ in græcia quæ quis exegerit volumina in biblio Mithridates
thecis legentis modo repræſentauit. Ars poſtremo eius rei facta & inuẽta eſt a Simonide melico
cõſumata a Metrodoro Sceptio:vt nihil non iiſdẽ verbis reddere᷑ auditum.Nec aliud eſt ęque fra
gile in homine morborum & caſus iniurias:atq; etiaʒ metus ſentiens:alias particulati:alias vniuer=
ſa.ictus lapide oblitus eſt litteras tantum.Ex pręalto tecto lapſus matris & affinium propinquoruʒ
cœpit obliuionem.Alius ęgrotus ſeruorum etiam.Sui vero nominis oblitus Meſſala Coruinus ora
tor.itaq; ſæpe deficere tentat & medita᷑ vel quieto corpore & valido.Sõno quoq; ſerpẽte cõputat: Maſſala cor=
vt inanis mens quærat vbi ſit loci. uinus.

¶Laus.C.Iulij.Cæſaris. CA.XXV

ANimi vigore pręſtantiſſimum arbitror.C.Cæſarẽ dictatorem.Nec virtutem cõſtantiã=
q; nunc cõmemoro:nec ſublimitatem omnium capacem quę cęlo continentur:ſed pro
prium vigorẽ claritatemq; quodã igne volucreʒ.Scribere & legere ſimul dictare & audi=
re ſolitũ accepimus.Epiſtolas vero tãtũ rerũ quaternas pariter librarijs dictare:aut ſi ni=
chil aliud ageret:ſeptenis.Ideʒ ſignis collatis quinquagies bis dimicauit.Solꝰ.M.Marcellũ tranſ= Mirabilis
greſſus qui vnde quadragies dimicauerat.Nam præter ciuiles victorias vndecies centum & nona= C.cęſaris me
ginta duo milia hominum occiſa prælijs ab eo:non quidem in gloria poſuerim.Tantã etiaʒ coactã moria:ac in=
humani generis iniuriam:qđ ita eſſe confeſſus eſt ipſe:bellorum ciuilium ſtrageʒ nõ prodendo.Vt genij veloci=
iuſtius Pompeio magno tribuatur:octingentas quadragintaſex naues piratis ademiſſe.Cęſari pro= tas.
prium & peculiare fuit pręter iam ſupradicta clęmẽtię inſigne:qua vſq; ad pœnitentiam omnes ſu=
perauit.Ideʒ magnanimitatis perhibuit exemplum:cui comparari non poſſit aliud.Spectacula eñ
edita effuſaſq; opes aut operum magnificentiã in hac parte enumerare luxurię fauentis eſt.Illa fu=
it vera & incõparabilis inuicti animi ſublimitas. captis apud pharſaliã Pompeij magni ſcrinijs epi=
ſtolarũ iterũq; apud tapſũ Scipionis ea optima cõcremaſſe fide:atq; nõ legiſſe.

¶Laus Pompeij magni. CA.XXVI

VErum ad decus imperij Ro.non ſolũ ad viri vnius pertinet victoriam.Pompeij magni ti=
tulos omnes triumphoſq; hoc in loco nuncupare:ęquato nõ modo alexandri magni re=
ruʒ fulgore:ſed etiã Herculis ꝓpe.ac Liberi patris.Igitur ſicilia recuperata vnde primũ
Syllanus in reipublicę cauſa exoriẽs auſpicatus eſt.Africã vero tota ſubacta & in ditionẽ
redacta.Magniq; nomine ſpolio inde capto eques romanus id quod antea nemo curru triumphali
reuectus eſt:& flatis ad ſolis occaſum tranſgreſſus excitatis in pyreneo tropheis oppida octoginta.
lxxvj.ab alpibus ad fines hiſpanię vlterioris in ditionem redacta:victorię ſuę aſcripſit:& maiore ani
mo Sertorium domuit:belloq; ciuili/quod omnia concutiebat externa extincto reruʒ triumphales
currus eques Ro.induxit.Totiens imperator anteq̃ miles.Poſtea ad tota maria & deinde ſolis ortꝰ
miſſus hos rettulit patriæ titulos more ſacris certaminibus vincentiũ.Neq; enim ipſi coronan᷑: ſed
patrias ſuas coronant.Hos ergo honores vrbi tribuit in delubro.Mineruæ quod ex manubijs dica
bat.Cn.Pompeius magnus imperator bello.xxx.annorum confecto fuſis fugatis occiſis in deditio
nem acceptis hominuʒ centies vities ſemel octuagintatribꝰ milibus.Depreſſis aut captis nauibꝰ.d.
cccxlvj.Oppidis caſtellis mille quingẽtis.xxxviij.in fidem receptis.Terris a mæotis lacu ad rubruʒ
mare ſubactis votum merito Mineruæ.Hoc eſt breuiarium eius ab oriente. Triumphi vero quem
duxit ad.iij.Kalen.octob.M.Meſſala.M.Piſone conſ.præfatio hæc fuit.Cum orã maritimã a præ=
donibus liberaſſet:& imperium maris populo Ro.reſtituiſſet:ex aſia:ponto:armenia: paphlagonia
cappadocia:cilicia:ſyria:ſcythis:iudæis:albanis hiberia iſula:creta:baſternis:& ſup hæc de regibꝰ

*Pom. mithridatē ad venenum cõpulit.*

Mithridate atq; Tigrane triũphauit. Sũma ſũmaꝝ in illo gloria fuit: vt ipe in cõtiõe dixit: cũ de re-
bus ſuis diſſereret. Aſiã vltimã ꝓuinciaꝝ accepiſſe: eandẽq; mediã patriæ reddidiſſe. Si quis e cõtra
rio ſimili modo velit percẽſere Cæſaris res qui maior illo apparuit: totum ꝓfecto terraꝝ orbẽ enu-
meret: quod infinitum eſſe conueniet.

### Laus Catonis primi. CA. XXVII.

*Cato portius*

CAeteris virtutum generibus varie & multi fuere præſtantes. Cato primus portiæ gẽtis tres
ſummas in hoie res præſtitiſſe exiſtimatus eſt: optimus orator: optimus imperator: optim9
ſenator. Quæ mihi oia etiã ſi nõ prius attamen clarius fuiſſe in Scipione Aemiliano videnꝛ
Dempto præterea plurimoꝝ odio: quo Cato laborauit. Itaq; ſit ꝓprium Catonis quater & quadra
gies cauſam dixiſſe: nec quẽq̃ ſæpius poſtulatum: & ſemper abſolutum.

### Item de fortitudine. CA. XXVIII.

*L. Sicim9 dẽtat9 bellator. ęgregius.*

FOrtitudo in quo maxime extiterit immenſę quęſtionis eſt. Vtiq; ſi recipiaꝛ poetica fabu
loſitas. Q. Ennius. T. Cecilium Teucrum fratremq; eius præcipue miratus propter eos
ſextũ annalẽ adiecit. L. Sicinius Dentat9: qui tribunus plebis fuit: Sp. Tarpeio. A Ther-
mo cõſ. haud multo poſt exactos reges inumeroſiſſima ſuffragia habet cẽties vities proe
liatus: ocies ex ꝓuocatione victor. xlv. cicatricibus aduerſo corpore iſignis nulla in tergo. Itẽ ſpo-
lia cœpit. xxxiiij. Donatus haſtis puris duodeuiginti. Phaleris. xxv. Torquib9 trib9 &. lxxx. Armil-
lis c. lx. Coronis. xxxvj. ciuicis. xiiij. Aureis octo. Muralib9 trib9. Obſidionali vna. Fiſco ęris. x. Ca-
ptiuis. xx. milibus imperatores nouẽ ipſius maxime opera triumphãtes ſecutus. Præterea qđ opti
mum in operibus ei9 reor vno ex ducibus. T. Romulo ex cõſulatu ad populum cõuicto male acti i-
perij rei militaris. Haud minora forent Mãlij Capitolini decora: ni pdidiſſet illa exitu vitę ante. xxij
annos bina cœperat ſpolia. Primus omniũ eques coronã muralem acceperat. vj. ciuicas. xxxvij. do-
na. xxxiij. cicatrices aduerſo corpore exceperat. P. Seruiliũ magiſtrũ equitum ſeruauerat: ipſe vul-
neratus humerum ac femur. Super omnia capitoliũ ſummãq; rem in eo ſolus a gallis ſeruauerat: ſi
non regno ſuo ſeruaſſet. Verũ ſunt in his quidem virtutis opera magna ſed maiora fortunæ. M. Ser-
gio vt equidem arbitror nemo quemq̃ hominum iure pretulerit: licet ꝓnepos Catilina gratiã nomi
ni derogarit. Secundo ſtipẽdio dextram manũ perdidit. Stipẽdijs duobus ter & vicies vulnerat9 eſt
ob id neutra manu neutro pede ſatis vtilis. Vno tantum ſeruo plurimis poſtea ſtipendijs debilis mi
les. Bis ab Hannibale captus. Neq; enim cum quolibet hoſte res fuit. Bis vinculorum eius ꝓfugus.
xx. mẽſibus nullo nõ die in cathenis aut compedibus cuſtoditus. Siniſtra manu ſola quater pugna-

*Dextra ferrea.*

uit: duobus equis inſidente eo ſuffoſſis. Dextrã ſibi fecit ferreaʒ: eaq; religata prœliatus. Cremonã
obſidione exemit. Placentiam tutatus eſt. Duodena caſtra hoſtium in gallia cœpit. Quæ omnia ex
oratione eius apparent habita cum in prætorio ſacris arcereꝛ a collegijs vt debilis. Quos hic coro-
narum aceruos cõſtructurus hoſte mutato? Etenim plurimuʒ refert in quæ cuiuſq; virtus tẽpora i-
ciderit. Quas trebia ticinuſq; aut traſimenus ciuicas coronas dedere? Quæ cãnis corona merita? vn
de fugiſſe virtutis ſummuʒ opus fuit. Cæteri ꝓfecto victores hominum fuere. Sergius vicit etiã for-
tunam. Ingenioꝝ gloriæ quis poſſit agere delectum per tot diſciplinaruʒ genera & tantã rerũ ope-
rumq; varietatem? niſi forte Homero vate gręco nullum fœliciorem extitiſſe conuenit: ſiue operis
fortuna ſiue materia æſtimetur.

### Diuerſæ laudes plurimorum. CA. XXIX.

IT taq; Alexander magnus (etenim inſignibus iudicijs optime citraq; inuidiã tã ſuperba
cenſura peragetur) inter ſpolia Darij perſarum regijs vnguentoruʒ ſcrinio capto qđ erat
auro gemmiſq; ac margaritis precioſũ: varios eius vſus amicis demõſtrantibus: quando
tędebat vnguẽti bellatorẽ & militia ſordidũ: immo Hercule inquit librorũ Homeri cu-
ſtodiæ detur: vt precioſiſſimũ humani animi op9 q̃ maxĩe diuiti opere ſeruareꝛ. Idem Pindari vatis

*Vel ſuam credidit.*

familiæ penatibuſq; iuſſit parci: cum thebas raperet. Ariſtotelis philoſophi patriam condidit: tãtæ
q; rerũ claritati tam benignum teſtimonium miſcuit. Archilochi poetæ interfectores Apollo argu
it delphis. Sophoclẽ tragici cothurni principẽ defunctũ ſepelire Liber pater iuſſit obſidentib9 mœ-

*Dictum notandum*

nia lacedęmonijs. Lyſandro eoꝝ rege inquiete ſæpius admonito vt pateretur humari delicias ſuas.
Requiſiuit rex qui ſupremũ diẽ athenis obiſſet: nec difficulter ex ijs quæ deus ſignificaſſet itellexit
pacemq; funeri dedit.

### De platonę: Ennio: Virgilio. M. Varrone &. M. Cicerone. CA. XXX.

*Plato*

PLatoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius tyrannus alias ſæuitiæ ſuperbieq; natus vittatam na-
uem miſit obuiam. ipſe quadrigis albis egredienteʒ in littore excepit viginti talentis vnã

*Iſocrates*

orationem Iſocrates vendidit. Aeſcines athenienſes ſummus orator cum accuſationẽ qua

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0132-7
DFG

fuerat vſus rhodi legiſſet:legit & defenſionem Demoſthenis:ob quam in illud depulſus fuerat exili
um. Mirantibuſq; tum magis fuiſſe miraturos dixit:ſi ipſum orantem audiuiſſent:in calamitate te=
ſtis ingens factus inimici. Tucydidē imperatorem athenienſes in exilium egere rerum geſtarum cō
ditorem reuocauere:eloquentiam mirati cuius virtutem dānauerant Magnum & Menādro in co=
mico ſocco teſtimoniū regum ægypti & macedoniæ cōtingit claſſe & per legatos petito. Maius ex
ipſo regię fortunę prælata litterarum conſcientia. Perhibuere & romani proceres etiam exteris te=
ſtimonia. Cn. Pompeius confecto mitridatico bello intraturus Poſidonij ſapientiæ profeſſione cla=
ri domum fores percuti de more a littore vetuit & faces lictorios ianuæ ſubmiſit:is cui ſe oriens oc
cidenſq; ſubmiſerat. Cato cēſorius in illa nobili trium ſapientię procerū ab athenis legatione audi=
to Carneadæ:q̄ primum legato eos cenſuit dimittēdos:quoniā illo viro argumētāte quid veri eſſet
haud facile diſcerni poſſet. Quanta morū cōmutatio? Ille ſemp alioquin exitiali appellās noīe vni=
uerſos ex italia pellendos cenſuit græcos. At pronepos eius vticenſis cato vnuз ex tribunatu militū
philoſophum:alterum ex cypria legatione deportauit. Eandemq; linguaз ex duobus Catonib⁹ in
illo abieciſſe:in hoc importaſſe memorabile eſt. Sed & noſtroruз gloriaз percenſeamus. Prior Afri
canus. Q. Enni ſtatuaз ſepulchro ſuo imponi iuſſit:clarumq; illud nomen imo vero ſpolium ex ter=
tia orbis parte raptum in cinere ſupremo cū poetæ titulo legi. Diuus Auguſt⁹ carmina Virgilij cre
mari cōtra teſtamenti eius verecūdiā vetuit. Maiuſq; ita vati teſtimonium contigit:q̄ ſi ipſe ſua car=
mina ꝓbauiſſet. M. Varronis in biblioteca quę prima in orbe ab Aſinio Pollione de manubijs pu=
blicata Romę & vnius viuentis poſita imago eſt:haud minore (vt equidē reor) gloria principe ora=
tore & ciue ex illa ingeniorum:quę tunc fuit multitudine vni hanc coronam dante:q̄ cum eideз ma
gnus pompeius pyratico ex bello naualeз dedit. Innumerabilia deinde ſūt exempla Romana ſi ꝓ=
ſequi libeat. cū plures vna gens in quocūq; genere eximios tulerit. q̄ cæterę terræ. Sed quo & te. M.
Tulli piaculo taceam? quoue maxime excellentē inſigni prędicē:potius q̄ vniuerſi populi & illius
gentis ampliſſimo teſtimonio:& tota vita tua ad conſulatum tantum operibus electis? Te dicēte le
gē agrariā:hoc eſt alimēta ſua abdicauerūt tribus. Te ſuadēte Roſcio theatralis ſeditionis auctori
leges ignouerunt:notataſq; ſedes ignominię diſcrimine ęquo animo tulerūt. Te orante ꝓſcriptorū
liberos honores petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu. M. Antonium proſcripſiſti. Sal
ue primus omnium parens patriæ appellate. Primus in toga triumphuз:linguæq; laurea merite &
facundæ litterarum latinarum parēs æque vt dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit oīз
triumphorum lauream adepte maiorē. Quanto plus eſt ingenij romani terminos in tantuз promo=
uiſſe q̄ imperij.

Echines & demoſthenes emuli

Cato græcis infeſtus.

Vnde extat illa auguſti exclamatio Ergone?

Primus omnium ci. pater patrię dictus. in toga triumphauit.

¶De morum honeſtate. CA.XXXI.

REliquis animi boni præſtitere & apud cęteros mortales ſapientia:ob id Cati Corculi apd̄
Romanos cognominati. Apd̄ græcos Socrates oraculo Apollinis Phytij prælatus cūctis.

Socrates oīз ſapiētiſſimus

¶De auctoritate. CA.XXXII

RVrſus mortales oraculoruз ſocietatē dedere Chiloni lacedęmonio:tria p̄cepta eius del=
phis cōſecrādo aureis litteris quę ſunt hęc. Noſſe ſe queq̄:& nihil nimiū cupere. Comitē
q; æris alieni atq; litis eſſe miſeriam. Quin & fun⁹ ei⁹ cū victore filio olympiæ expiraſſet
gaudio tota græcia proſecuta eſt.

Noſſe te ipm

¶De diuinitate. CA.XXXIII.

DIuinitas & quædam cęlituз ſocietas nobiliſſima ex fœminis in ſybilla fuit. Ex viris in me
lāpode apud græcos apud romanos in Martio.

¶De Naſica. CA.XXXIIII.

VIr optimus ſemel a cōdito ęuo iudicat⁹ eſt Naſica a iurato ſenatu. Idē in toga cādida bis
repulſa notatus a populo. In ſūma ei in patria mori non licuit. Nō hercule magis q̄ extra
vincula illi ſapientiſſimo ab Apolline iudicato Socrati.

¶De pudicitia. CA.XXXV.

PVdiciſſima fœmina ſemel matronaruз ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia: vxor
Fuluij Flacci electa ex centum p̄cipuis:q̄ ſimulachruз Veneris ex ſybillinis libris dedica=
ret. Iterum religionis experimento claudia inducta Romā deoꝝ matre.

Claudia virgo ve. ſola traxit p tyb. cybelles ſimulachrum ob eius pu.

¶De pietate. CA.XXXVI.

PIetatis exempla infinita quidem toto orbe extitere:ſed Romę vnum:cui comparari cū=
cta nō poſſint. Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpera ſupplicij cauſa carcere inclu
ſam matrē cum impetraſſet auditū a ianitore ſemper excuſſa ne quid inferret cibi:depre
henſa ē vberibus ſuis alens eā. Quo miraculo matri ſalus donata filiæ pietate ē. Ambeq;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0133-3
DFG

perpetuis alimentis. Et locus ille eidē conſecratus eſt deę. C. Quintio. M. Attilio conſ. tēplo pietatis extructo in illius carceris ſede: vbi nunc Marcelli theatrum eſt. Gracchorum pater anguibꝰ apprehenſis in domo cuꝫ reſponderetur ipſum victurum alterius ſexus interempto: imo vero inquit meuꝫ necate. Cornelia em̄ iuuenis eſt: & parere adhuc poteſt: hoc erat vxori parcere: & reipublicæ conſulere: idqꝫ mox conſecutū eſt. M. Lepidus Apuleiæ vxoris caritate poſt repudium obijt. P. Rutilius morbo leui impeditus nūciata fratris repulſa in conſulatꝰ petitiōe ilico expirauit. Publiꝰ Catienus Philotimus patronū adeo dilexit: vt hæres oibꝰ bonis īſtitutus in rogū eiꝰ ſe iaceret.

Gracchorū pater.
Rutilius
Philotimus

**De artium plurimarū excellentia: aſtrologia: grammatica: geometria. CA. XXXVII**

VAriarum artium ſcientia innumerabiles enituere: quos tamē attingi par ſit florē hominū libantibus. Aſtrologia Beroſus: cui ob diuinas prædictiōes athenieſes publico in gymnaſio ſtatuā inaurata lingua ſtatuere. Grāmatica Apollodorꝰ: cui amphyctiones græcię honorē habuere. Hippocrates medicina pollēs: qui veniētē ab illyrijs peſtilētiā prędixit: & diſcipulos ad auxiliādū circa vrbes dimiſit. Cui ob meritū honores illos quos Herculi decreuit grę cia. Eandē ſcientā in teōbroto Ptolemæus rex megalenſibꝰ ſacris donauit centū talētis ſeruato Antiocho rege. Magna & Critobulo fama ē extracta Philippi regis oculo ſagitta: & citra deformitatē oris curata orbitate luminis. Summa aūt Aſclepiades pruſieſis condita noua ſecta ſpretis legatis & pollicitationibus. Mithridatis regis: reperta ratione qua vinum ęgris medetur: relato e funere homine & cōſeruato: ſed maxime ſponſione facta cum fortuna ne medicus crederetur: ſi vnq̄ inualidꝰ vllo modo fuiſſet ipſe: & victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Grande & Archimedi geometricæ ac machinalis ſcientiæ teſtimoniuꝫ. M. Marcelli contingit interdicto cum ſyracuſę caperent: ne violaretur murus: niſi fefelliſſet imperiū militaris imprudētia. Laudatus Cteſiphon Gnoſius ęde epheſie Dianę admirabiliter fabricata: Philon athenis armamētario mille nauiū. Cteſibius pneumatica ratiōe & hydraulicis organis repertis. Dinocrates metatus Alexādro cōdēte in ęgypto Alexādriā. Idē hic iperator dixit ne quis ipſū aliꝰ q̄ Appelles pingeret: q̄ Pyrgoteles ſculperet: q̄ Liſippus ex ære duceret. Quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

Beroſus

Philippus oculo curatꝰ.

**Item mira opera artificis. CA. XXXVIII.**

ARiſtidis thebani pictoris vnam tabulaꝫ centuꝫ talētis rex attalus licitatus eſt. Octingēta emit duas Cæſar dictator. Medeam & aiaceꝫ Timomachi in templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturam magnetū exitij haud mediocris pari repēdit auro. Rhodū non incendit rex demetrius expugnator cognominatus ne tabulā Protogenis cremaret a parte ea muri locatā. Praxitelis marmore nobilitatus eſt: gnidiaqꝫ Venere præcipue: veſano amore cuiuſdā iuuenis inſigni: & Nicomedis æſtimatione regis grandi gnidioꝝ ære alieno permutare eam conati. Phidię Iupiter olympius quotidie teſtimoniū ꝓhibet. Mentori Capitolinus & Diana epheſia: quibus fuere cōſecrata artis eius vaſa.

**De ſeruitijs. CA. XXXIX**

GRæcium hominis in ſeruitio geniti maximū ad hanc diem quod equidem comperierim fuit grāmaticæ artis Daphnidis Cn. Piſaurenſe vendēte: & M. Scauro principe ciuitatis iij. mil. d. cc. ſeſtertijs licēte. Exceſſere hoc ī noſtro ęuo nec modice hiſtriōes: ſed libertatem ſuā mercati. Quippe cū iā apud maiores Roſcius hiſtrio. iij. mil. d. anniā mercaſſe ꝓdatur: niſi ſi quis in hoc loco deſiderat armeniaci belli paulo ante ꝓpter Tyridatē geſti diſpēſatorē quē Nero. iij. cxxx. manumiſit. Sed hoc p̄cium belli nō hoīs fuit. Tā hercule q̄ libidinis nō formę Paronetem iſpadonis. Seiano. iij. mil. d. mercante a Sutorio priſco. Quā quidē iniuriā lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis qm̄ arguere nulli vacabat.

Roſcius hyſtrio.

**De præſtantia gentium. CA. XL.**

GEntium in toto orbe præſtantiſſima vna omni virtute haud dubie romana extitit. Fœlicitas cui pręcipua fuerit homini nō eſt humani iudicij: cuꝫ ꝓſperitatem ipſam alius alio modo & ſuopte ingenio quiſqꝫ terminet. Si verum facere iudiciuꝫ volumus ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere: mortaliuꝫ nemo eſt fœlix. Abunde igitur atqꝫ indulgenter fortuna deciditur: cum eo qui iure dici nō infœlix pōt. quippe vt alia nō ſit: certe ne laceſcat fortuna metus eſt. Quo ſemel recepto ſolida fœlicitas nō eſt. Quid ꝙ nemo mortaliū omnibus horis ſapit: vtināqꝫ falſum hoc & non a vate dictum q̄ plurimi iudicent vana mortalitas: & ad circūſcribēdam ſeipſam igenioſa: computat more thraciæ gentis: quę calculos colore diſtinctos pro experimento cuiuſqꝫ diei in vrnaꝫ condit; ac ſupremo die ſeparatos dinumerat: atqꝫ ita de vno quoqꝫ pronunciat. Quid ꝙ iſte calculi candore illo laudatus dies originē mali habuit? Quaꝫ multos accepta

Nota

Thraces fœlices dies candido: & infœlices atro ſignabant calculo.

afflixere imperia? Quã multos bona pdidere: & vltimis mercere ſupplicijs? iſta nimiruꝫ bona: ſi cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita eſt profecto alius de alio iudicat dies: & tamen ſupremus de omnibus. Ideoq; nullis credẽdum eſt. Quid ꝙ bona malis paria non ſunt etiam pari numero? Nec lætitia vllo minimo mœrore penſanda. Heu vana & imprudens diligẽtia numerus dierum computat̃ vbi queritur pondus.

Auctoritas

¶De fœlicitate fœminæ. CA.XLI.

VNa fœminarum in omni æuo Lampido lacedæmonia refert̃: quæ regis filia: regis vxor regis mater fuit. Vna Berenice: quę filia/ſoror/mater Olympionicaruꝫ. Vna familia Curionũ: in qua tres cõtinua ſerie oratores extiterũt. Vna Fabiorũ: in qua tres cõtinui pricipes ſenatus. M. Fabius Ambuſtus. Fabius Rutilanus filius. Q. Fabius Gurges nepos.

¶Varia exempla fortunæ. CA.XLII.

CAetera exẽpla fortunæ variantis inumera ſũt. Etenĩ quæ facit magna gaudia niſi ex malis? aut quæ mala immẽſa niſi ex ingentibus gaudijs.

¶De bis proſcriptis. L. Sylla. Q. metello. CA.XLIII.

SEruauit ꝑſcriptum a Sylla. M. Fiduſtium ſenatorem annis. xxxvj. Sed iterum proſcriptus ſuperſtes Syllæ vixit vſq; ad antoniũ. Conſtat nulla alia de cauſa ab eo proſcriptum ꝗ quia proſcriptus fuiſſe. Triumphare. P. Ventidium de parthis voluit quidem ſolum: ſed eundem in triumpho aſculano. Cn. pompeij Strabonis duxit puerum. Quamq̃ Maſſurius auctor eſt bis in triumpho ductum. Cicero mulionem caſtraſem ſuffaraneum fuiſſe. Plurimos iuuentam in opem in caliga militari tolleraſſe. Fuit & balbus Cornelius maior conſul: ſed accuſatus atq; de iure virgariuꝫ in eum iudicem in exilium miſſus. Prim⁹ externoꝝ atq; etiam in oceano genitorum vſus illo honore quem maiores latio quoq; negauerunt. Eſt &. L. Fuluius inter inſignia exempla tuſculanorũ rebellantium conſule: eodẽ quoq; honore cuꝫ tranſiſſet exornatus confeſtim a populo romano qui ſolus eodem anno quo fuerat hoſtis romę triumphauit ex iſs: quorum conſul fuerat. Vnus hominum ad hoc æui fœlicis ſibi cognomen aſſeruat. L. Sylla ciuili nẽpe ſanguine ac patriæ oppugnatione adoptatus: & quibuſdam fœlicitatis inductus argumẽtis: ꝙ proſcribere tot milia ciuiũ ac trucidare potuiſſet. O parua interpretatio & futuro tempore infœlix. Non melioris ſortis tunc fuere pereuntes: quorum miſeremur hodie: cum Syllam nemo non oderit? Age nõ exitus vitæ eius omniuꝫ proſcriptorum ab illa calamitate crudelior fuit erodente ſeipſo corpore & ſupplicia ſibi gignente: qđ vt diſſimulauerit & ſupremo ſomno eius cui immortalis quodammodo eſt: credamus ab vno illo ĩuidiaꝫ gloriam victam. Hoc tamen nempe fœlicitati ſuæ defuiſſe confeſſus eſt ꝙ capitolium nõ dedicauiſſet. Q. Metellus in ea orationeꝫ quaꝫ habuit in ſupremis laudibus patris ſui. L. Metelli pont. bis cõſulis: dictatoris magiſtri equitum. Quindecim viri agris dandis: qui primus elephãtos primo punico bello duxit in triumpho ſcriptum reliquit. Decem maxima res optimaſq; in quibus quærẽdis ſapientes ætatem exigerent: conſummaſſe eum. Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe. Optimuꝫ oratorẽ. Fortiſſimum imperatorem. Auſpicio ſuo maximas res geri. Maximo honore vti: ſũma ſapientia eſſe: ſummum ſenatorem haberi. Pecuniam magnam bono modo inuenire. Multos liberos relinquere & clariſſimum in ciuitate eſſe. Hæc cõtigiſſe ei: nec vlli alij poſt romaꝫ cõditam. Longũ eſt refellere & ſuperuacuuꝫ: abunde vno caſu refutante. Siquidem is Metellus orbã luminib⁹ exegit ſenectam amiſſis incendio cum palladiũ raperet ex æde veſte memorabili cauſa: ſed euentu miſero Quo fit vt infœlix quideꝫ dici non debeat: fœlix tamen eſſe non poſſit. Tribuit ei po. Ro. quod nũq̃ vlli alij ac condito æuo: vt quotiens in ſenatum iret: curru veheretur ad curiam. magnuꝫ & ſublimẽ ſed pro oculis datum.

Vel iudiciuꝫ conſilium.

Sylla pediculari morbo laborans: fingebat ſe profundo dormire ſomno.

Q. metellus palladiuꝫ ex ęde flagrante ſeruauit

¶De altero Metello. CA.XLIIII.

HVius quoq;. Q. Metelli qui illa de patre dixerat filius inter rara fœlicitatis humanę exẽpla numeratur. Nã præter honores ampliſſimos cognomenq; macedoniæ a quattuor filijs illatus eſt rogo: vno prętore: trib⁹ cõſularibus: duobus triũphalibus: vno cẽſorio. quę ſingula quoq; paucis cõtigere. In ipo tamen flore dignitatis ſuæ ab catinio Labeone cui cognomẽ fuit macerioni: tribuno plebis: quẽ e ſenatu cẽſor eiecerãt: reuertẽs e cãpo meridiano tempore: vacuo foro & capitolio ad tarpeiũ: raptus vt precipitaret̃ cõuolente quidã tam numeroſa illa cohorte: quæ patrem eum appellabat. Sed vt neceſſe erat in ſubito tarde & tanq̃ in exequias cũ reſiſtendi ſacroq; factum repellendi ius nõ eſſet: vt virtutis ſuæ opera & cẽſura periturus: ægre tribuno qui intercederet reperto a limine ipo mortis reuocat⁹ alieno beneficio poſtea vixit. Bonis inde etiã conſecratis a damnatu ſuo tanq̃ parum eſſet faucium certe intortarũ expreſſiq; per aures ſanguinis pœnã exactam eſſe. Equidem & Africani Aemiliani inimicuꝫ fuiſſe inter calamitates duxerim ipſo

Pompa ĩ metelli. Facta exequijs

Vel ſanctum collegium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0135-4 DFG

teſte. Macedonico. Siquidē liberis dixit. Ite filij celebrare exequias: nūq̄ ciuis maioris funus videbitis. Et hoc dicebat iā balearicis & creticis diadematis: iā Macedonicus ipſe. Verum vt illa ſola iniuria æſtimetur: qui hunc iure fœlicem dixerit periclitatū ad libidinē inimici? nec Africano ſaltem perire: quos hoſtes viciſſe tanti fuit? aut quos non honores curruſq; illa ſua violentia fortuna retroegit p mediam vrbē cenſore tracto. Etenim ſola hæc moriendi ratio fuerat tracto in capitoliuȝ illo in quod triūphās ipſe deorū exuuijs ne captiuos quidē ſic traxerat. Maius hoc ſcelus fœlicitate cōſecuta factū eſt periclitato macedonico vel funus tm̄ ac tale pdere: i quo a triūphalib⁹ liberis portaret̄ i rogū velut exequijs quoq; triūphās. Nulla eſt ꝑfecto ſolida fœlicitas: quā cōtumelia vlla: vitæ rumpit: nedū tāta. Quod supereſt neſcio maior gloriæ an indignatiōi dolor accedat: iter tot Metellos tam ſcelerata Catinij audaciam ſemper fuiſſe inultam.

## De Diuo Auguſto. CA. XLV.

IN Diuo quoq; Auguſto quē vniuerſa mortalitas in hac cenſura nūcupat: ſi diligēter æſtimentur cūcta magna ſortis humanę reperiētur volumina. Repulſa in magiſterio equitū apud auunculū: & cōtra voluntatē eius prælatus Lepidus. Proſcriptiōis inuidia in collegam. Collegiū in triumuiratu peſſimorū ciuiū: nec æqua ſaltē portiōe: Sed pręgraui Antonio Philippenſi prœlio morbo: fuga: & triduo in palude latebra ægroti. Et vt fatentur Agrippa & Mœcenas aqua ſubter cutē fuſa. Turgida latera. Naufragia ſicula. Et alia ibi quoq; in ſpelunca occultatio. Iaȝ in naualli fuga vrgēte hoſtiū manu preces Porculeio mortis admotæ. Cura peruſinę cōtentionis. Sollicitudo martis actiaci: pannoniciq; belli: Ruine pōtis. Tot ſeditiones militum. Tot ancipites morbi corporis. Suſpecta Marcelli nota. Pudēda agrippæ ablegatio. Totiens petita inſidijs vita: incuſatæ liberorū mortes: luctuſq; non tantū orbitate triſtes. Adulterium filiæ. Et conſilia patricidæ palā facta. Contumelioſus priuigni Neronis ſeceſſus. Aliud neptis adulterium. Iūcta deinde tot mala. Inopia ſtipendij. Rebellio illyrici. Seruitiorꝫ delectus. Iuuētutis penuria. Peſtillētia vrbis. Fames ſitiſq; italiæ. Deſtinatio expirādi. Et quatridui inedia maior pars mortis in corpus recepta. iuxta hęc variana clades: & maieſtatis ei⁹ fœda ſugillatio. Abdicatio poſtumi Agrippæ poſt adoptionem. Deſiderium poſt relegationem. Inde ſuſpicio in Fabium: archanorumq; ꝓditionem. Hinc vxoris & Tyberij cogitationes ſuprema eius cura. In ſumma deus ille cœlūq; neſcio adeptus magis an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſſit.

Auguſtus p triduum ĩ palude latuit

Vel ſuæ.

## Quos beatiſſimos dij iudicauerunt. CA. XLVI.

SVbeunt in hac reputatione delphica oracula velut ad caſtigādam hominum vanitatem a deo emiſſa. Duo ſunt hæc. Phedium fœliciſſimum qui pro patria proximo occubuiſſet. Iterum a Gige rege tunc ampliſſimo terrarum conſultum Aglauum Prophodium eſſe fœliciorem. Senior hic in anguſtiſſimo archadiæ paruum ſed annuis victibus large ſufficiens prediū colebat: nūq̄ ex eo egreſſus. Atq; vt e vitæ genere manifeſtū eſt: minima cupidine minimum in vita mali expertus.

☞ Vel alterum

Vel pſophidium.

Pſophidius fœlix iudicatus: q̄ agro nūq̄ egreſſ⁹ ē

## Quem viuentem vt deum coli iuſſerunt. CA. XLVII.

COnſecratus eſt viuus ſentienſq; oraculi eiuſdē iuſſu & iouis deorū ſummi aſtipulatu Euthymus poeta ſēper olympiæ victor: & ſemel victus. Patria ei locri in italia: vbi imagineȝ eius eſſe: & olympiæ alterā eādem die tactaȝ fulmine. Callimachiū vt nihil aliud miratū video: ad eūq; iuſſiſſe ſacrificari: quod & viuo factitatū & mortuo: nihilq; adeo mirū alid q̄ hoc placuiſſe dijs.

Euthymus poeta colitur

## De ſpatijs vitæ longiſſimis. CA. XLVIII.

DE ſpatio atq; longiquitate vitę hominum non locorum modo ſitus: veruȝ exempla ac ſua cuiq; ſors naſcendi incertū fecere. Heſiodus qui primus de hoc aliqua prodidit fabuloſe (vt reor) multa de hominum æuo referens cornici nouē noſtras attribuit ætates. Quadrupluȝ eius ceruis. id triplicatū coruis. Et reliqua fabuloſius in phœnice ac nymphis. Anacreon poeta Argantonio tarteſiorum regi. cl. tribuit annos. Cyniræ cypriorum. x. ānos amplius. Aegimio ducentos. Theopompus Epimenidi Gnoſio. cliij. Hellanicus quoſdam ętholia epioruȝ gentis ducētos explere. Cui aſtipulatur Damiates memorans Pictoreum ex ijs pręcipuum corpore viribuſq; etiā trecēti vixiſſe. Ephodorus arcadum reges trecētis annis. Alexander & Cornelius Dandonē quędā illyrico quingentis vixiſſe. Xenophon Impetrim pulutiniorum inſulę regem octingentis: atq; vt parce mentitus eſt filium eius ſexcentis. Quę omnia inſcitia temporū acciderūt. Annum enim alij ęſtatę vnum determinabāt: & alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus ſicut arcades: quorū anni trimeſtres fuere. Quidā lunę ſenio vt ęgyptij. Itaq; apud eos aliqui & ſingula milia annorū vixiſſe ꝓdunt̄. Sed vt ad cōfeſſa tranſeamus. Argātoniū gaditanū octoginta annis regnaſſe

☞ animaduerte

☞ Annorum diuerſitas.

prope certum eſt. Putāt quadrageſimo cœpiſſe. Maſſiniſſam .lx. annis regnaſſe indubitatū eſt. Gorgiam ſiculum centum octo vixiſſe. Q. Fabi⁹ Maximus ſexagintatribus annis augur fuit. M. Perpenna & nuper. L. Voluſius Saturninus omniuꝫ quos in conſulatu ſētentiam rogauerāt ſuperſtites fuere. Perpēna ſeptem reliquit ex iſs quos cēſor legerat. Vixit annos nonagintaocto. Qua in re & illud annotare ſuccurrit: vnum omnino quinquēnium fuiſſe quo ſenator nullus moreretur. Cuꝫ Flaccus & Albinus cenſores luſtrum condidere vſqꝫ ad proximos cenſores ab anno vrbis quigenteſimo ſeptuageſimonono. Mil. Valerius Coruinus cētum annos impleuit. Cuius inter primum & ſextū cōſulatuꝫ .xlvj. anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac vicies: ſedit: quotiēs nemo alius. Aequauit eius vitę ſpatium. Metellus Pontifex. Et ex fœminis Liuia Rutilij nonaginta ſeptē annos exceſſit. Statilia Claudio principe ex nobili domo nonagintanouē. Terētia Cicerōis .cvij. Clodia Ofelbi .cxv. Hæc quidē etiā enixa quindecies. Luceia mima cētum annis in ſcęna pronūciauit. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcænā Gn. Pōpeio. Q. Sulpitio conſ. ludis ꝓ ſalute Diui Auguſti votiuis annum centeſimum quartum agens. Quæ producta fuerat tyrocinio a. M. Pompeio ædili plebis. C. Mario. Cn. Carbone conſ. ante annos nonagintanoueꝫ. Et a magno Pōpeio magni theatri dedicatione anus pro miraculo reducta. Sammulam quoqꝫ cētum decem annis vixiſſe auctor eſt Aſconi⁹ Pedianus. Minus miror Stephanionē qui primus togatus ſaltare inſtituit vtriuſqꝫ ſęcularibus ludis ſaltaſſe: & diui Auguſti & quos Claudius Cęſar conſulatu ſuo quarto fecit: quando ſexagītatres nō amplius anni interfuere: qq̄ & poſtea diu vixerit. In tmoli mōtis cacumine quod vocāt tempſin .cl. annis viuere Mutianus auctor eſt. Totidē annos itē cēſum Claudij Cæſaris cēſura. T. Fulloniū boniēſem: idqꝫ collatis cenſibus quos ante detulerat: vitæqꝫ argumētis (eteniꝫ id curæ pricipi erat) verum apparuit.

¶De varietate naſcendi. CA.XLIX.

DOſcere videtur locus ipſe ſyderalis ſcientię ſentētiaꝫ. Epigenes .cxxij. annos impleri negauit poſſe. Beroſus excedi cētum ſeptemdeciꝫ. Durat & ea ratio quā petoſyris ac Necepſos tradiderūt: & trimorion appellāt a trium ſignorum portione: qua poſſe in italiæ tractu .cxxvj. annos vitę cōtingere apparet. Negauere illi queq̄ nonaginta partiū exortiuaꝫ menſuram quod anaphoras vocāt tranſgredi: & has ipſas incidi occurſu maleficiorum ſyderuꝫ: aut etiam radijs eorum ſoliſqꝫ. Rurſus Aeſculapij ſententiam ſecuti: qui ſtatuta vitę ſpatia a ſtellis accepi dicit. Sed quantum primum tribuat incertum eſt. Rara autem eſſe dicūt longiora tempora: quādoquidem momētis horaruꝫ inſignibus lunę dierumue ſeptēatqꝫ .xxiiij. quæ nocte ac die obſeruātur ingēs turba naſcatur: ſcanſili annoruꝫ lege occidua: quam climactaras appellant: nō fere ita genitis quinquageſimumquartuꝫ annum excedentibus. Primum ergo artis ipſius inconſtantia declarat q̄ incerta res ſit. Accedūt experimēta & exempla recentiſſimi cenſus: queꝫ intra quadrienniū imperatores Cæſares veſpeſiani pater filiuſqꝫ cēſores egerunt. Nec ſunt omnia vaſaria excutiēda. Mediæ tantum partis inter apēnium mōtem padumqꝫ ponemus exempla. Cētum viginti natos annos parmæ tres edidere. Brixelli vnū .cxxv. Parmæ duos .ccxxx. placētiæ vnū .cxxxj. Fauētię vnā mulierem .cxxxij. Bononiæ. L. Tarētiū Marci filiū. Arimini vero. M. Apomum. C. & L. Tertulā .cxxxvij. Citra placētiā in collib⁹ oppidū eſt velleiaciū: i quo .cx. natos ānos ſex detulere. Quattuor cētenos vicenos. Vnū .cl. M. Mutius. M. filius Galerius fœlix ac ne pluribns moremur ī re cōfeſſa in regione italiæ octaua cētenū ānorū cēſi ſūt hoies .liiij. Cētenuꝫ denū hoies .lvij. Cētenū vicenū quinū homines duo. Cētenū tricenū hoies quattuor. cētenū tricenū quinū aut ſeptenū totidē. cētenū quadragenū hoies tres. Alia mortalitatis cōſtātia. Homerus eadē nocte natos Hectorē & Polydamāta tradit tam diuerſæ ſortis viros. C. Mario. C. Carbone .iij. cōſ. ad. v. Kalē. iunias. M. Celi⁹ Ruffus & Cornelius Lucinius Caluus eadem die geniti ſūt: oratores quidem ambo: ſed tamē diſpari euētu. Hoc etiam iiſdeꝫ horis naſcētibus in toto mundo quotidie euenit: pariterqꝫ domini ac ſerui gignuntur: reges & inopes.

Eſculapius

Vel.xv.

¶In morbis varia exempla. CA.L.

PVblius Cornelius Ruffus: qui cōſul cum Manio Curio fuit dormiens oculorum viſū amiſit: cum id ſibi accidere ſomniaret. E diuerſo Phalereus iam tuꝫ deploratus a medicis vomicæ morbo: cum morteꝫ in acie quæreret vulnerato pictore medicinam iuenit ex hoſte Q. Fabius Maximus conſ. apud flumē iſaram prœlio commiſſo aduerſus alobrogum regem aruernorūqꝫ gentes ad .vj. idus auguſtas .cxxx. perduelliū cęſis febri quartana liberatus eſt in acie. Incertū ac fragile nimirū eſt hoc munus naturæ quicquid datur nobis. Malignū vero & breue in iſs etiaꝫ quibus largiſſime cōtingit: vniuerſum vtiqꝫ æui tempus intuētibus. Quid ꝙ æſtimatione nocturnę quieti dimidio qſqꝫ ſpatio vitæ ſuę viuit? Pars æqua morti ſimilis exigiť: aut pœne niſi cōtigit quies

Cor. ruffus in ſōnis oculis captus

Animaduerte diligenter.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0137-6 DFG

Nec reputant̃ infantię anni qui cenſu carent:nec ſenectę in pœnam viuacis. Tot periculoꝝ genera tot morbi:tot metus:tot curæ:toties inuocata morte vt nullum frequẽtius ſit votũ. Natura vero nihil hominibꝰ breuitate vitę prȩſtitit melius. Hebeſcũt ſenſus. Membra torquentur. Promoritur viſus:auditus:inceſſus:dentes etiam ac ciboruꝫ inſtrumenta:& tamen vitę hoc tempus annumeratur

☞ Ergo pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplũ. Xenophilum muſicum centum & quinq; annis vixiſſe ſine vllo corporis incõmodo. At hercule reliquis oĩbus per ſingulas mẽbrorũ ptes qualiter nullis alijs animalibus:certis peſtifer calor remeat horis:aut rigor:neq; horis modo:ſed & diebꝰ noctibuſq; trinis quadrinisve etiam toto anno. Atq; etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori. Morbis enim quoq; quaſdam leges natura impoſuit. Quadrini circuitus febrem nunq̃ bruma nũq̃ hybernis menſibus incipere. Quoſdam poſt ſexageſimum vitæ ſpaciuꝫ non accedere. Alios pubertate deponi:a fœminis præcipuæ. Senes minime ſentire peſtilentiam. Namq; vniuerſis gentibus ingruunt morbi:& generatim modo ſeruitijs:modo proceruꝫ ordini alioſq; per gradus. Qua in re obſeruatum in meridianis partibus ad occaſum ſolis peſtilentiaꝫ ſemp̱ ire. Nec vnq̃ fere aliter fieri niſi hyeme:nec vt ternos excedat menſes.

*Xenophi valitudo.*

*Senes peſtilẽtiã nõ ſentire.*

### De ſignis mortis. CA.LI.

Iam ſigna lœtalia in furoris morbo riſum. Sapientiæ vero ægritudine fimbriarum curaꝫ & ſtragulæ veſtis plicaturus. A ſomno mouentium neglectuꝫ profundi humoris e corpore effluuium:in oculorum quidem & narium aſpectu indubitata maxime:etiam ſupino aſſiduo cubitu. Venaꝝ inæquali:aut formicãte pcuſſu Et alia quoq;. Hippocrati pricipi medicinę obſeruata ſũt. Et cũ ĩnũerabilia ſint mortis ſigna:ſalutis ſecuritatiſq; nulla ſũt. Quippe cũ cẽſorius Cato ad filium de valitudinis quoq; obſeruatione vt ex oraculo aliquo prodiderit ſenilẽ iuuentam prȩmaturæ mortis eſſe ſignum. Morborum vero tam infinita eſt multitudo vt Pherecides Syrus copia ſerpentium ex corpore eius erumpente expirauerit. Quibuſdam perpetua febris eſt vt C. Mœcenati. Eidem triennio ſupremo nullo horæ momento contigit ſomnus. Antipater ſydonius poeta oĩbus annis vno die natali tantũ corripiebatur febre:& eo cõſũptus eſt ſatis lõga ſenecta.

*Riſus in furore.*

*Stragulæ cõplicatio.*

☞ *Pherecides erũpentibus a corpore ſerpentibꝰ mortuus eſt.*

### De his qui elati reuixerunt. CA.LII.

Auiola conſularis in rogo reuixit. Et quoniam ſubueniri non potuerat præualente flãma viuus crematus eſt. Similis cauſa in. L. Lamia prætorio viro traditur. Nam celium Tuberonem pretura functum a rogo relatum Meſſala Ruffus & pleriq; tradunt. Hæc eſt conditio mortalium. Ad has & huiuſmodi occaſiones fortunæ gignimur. vti de homine ne forte morti quidem debeat credi. Reperimus inter exẽpla Hermotinij Clazomeni animam relicto corpore errare ſolitam:vagamq; e longinquo multa annũciare:quæ niſi a preſenti noſci non poſſet corpore interim ſemianimi:donec cremato eo inimici qui Cantaridæ vocabantur remeãti animæ velut vaginam ademerint. Ariſtei etiam viſam euolantẽ ex ore in p̱cõneſo corui effigie magna quę ſequitur fabuloſitate:quam equidem & in gnoſio Epimenide ſimili modo accipio. Puerum ęſtu & itinere feſſum in ſpecu ſeptem & quiuquaginta dormiſſe annis:rerum faciem mutationemq; mirãtẽ velut poſtero experrectum die. Hinc pari numero dierũ ſenio ingruente:vt tamẽ in ſeptimum & quinquageſimum atq; centeſimum vitæ duraret annuꝫ. Fœminarum ſexus huic malo videtur maxime oportunus conuerſione vuluæ:quę ſi corrigatur ſpiritus reſtituitur. Huc pertinet nobile illud apud græcos volumen. Heraclidis ſeptẽ diebus fœminę exanimis ad vitam reuocatę. Varro quoq; auctor eſt viginti viris agros diuidẽtibus capuę quendã qui efferretur feretro domuꝫ remeaſſe pedibus. Hoc idem aquini accidiſſe. Romę quoq; Corfidium materterę ſuæ maritum funere locato reuixiſſe:& locatorem funeris ab eo elatum. Adiecit miracula quę tota indicaſſe cõueniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis Corfidio maiori accidiſſe vt videretur expiraſſe:apertoq; teſtamẽto recitatum heredeꝫ minorẽ funeri inſtituiſſe. Interim euꝫ qui videbatur extinctus plaudendo cõcinuiſſe myſteria:& narraſſe a fratre ſe veniſſe. Cõmẽdatam ſibi filiaꝫ ab eo. Demonſtratuꝫ præterea:quo in loco defodiſſet auruꝫ nullo cõſcio:& rogaſſe:vt ijs funeribus quę cõparaſſet efferretur. Hoc eo narrante fratris domeſtici p̱pe annũciauere exanimatũ illũ & aurũ vbi dixerat:repertuꝫ eſt Plena prȩterea vita eſt his vaticinijs:ſed nõ cõferenda:cũ ſæpius falſa ſint. Sicut ingẽti exẽplo docebimꝰ. Bello ſiculo Gabienus Cæſaris claſſium fortiſſimus captꝰ a Sex. Põpeio iuſſu eius inciſa ceruice:& vix cohęrẽte:iacuit in littore tota die. Deide cũ adueſperauiſſet:cũ gemitu precibuſq; cõgregata multitudine petijt:vti Põpeius ad ſe veniret:aut aliqueꝫ ex charis mitteret. Si aũt ab ĩferis remiſſũ:habereq; quod nũciaret. Miſit plures Põpeius ex amicis:quibus Gabienꝰ dixit. Inferis dijs placere Põpeij cauſas & partes pias. Proinde euẽtum futuruꝫ quẽ optaret:hoc ſe nunciare iuſſum. Argumẽtũ fore veritatis ꝙ peractis mandatis protinus expiraturus eſſet. Idq; ita euenit. Poſt ſepulturaꝫ quoq;

☞ *Auiola in rogo reuixit.*

☞ *Puer qui. lvij dormiuit annis.*

*Heraclides vuluę apertione. per. vij. dies exanimẽ reuocauit fœminã*

*Mirabile ſi modo verum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0138-1

viſorum exempla ſunt:niſi ꝙ naturæ opera non prodigioſa conſectamur.

¶De mortibus repentinis. CA.LIII.

IN primis aūt miraculo ſunt :atq; frequentia mortis repentinę. Hæc eſt ſumma vitæ fœli=
citas.quam eſſe naturalem docebimus. Plurimas ꝓdidit Verrius. Nos cum delectu modū
ſeruabimus. Gaudio obiere:ꝑter Chilonem:de quo diximus Sophocles/&Dionyſius ſici
liæ tyrannus vterq; accepto tragicæ victoriæ nuncio. Mater pugna illa cānēſi filio incolu=
mi viſo:contra falſum nūcium pudore Diodorus ſapiētię dialecticæ profeſſor luſoria quæſtione nō
Protinus ad interrogatiōes Stilbonis diſſoluta. Nullis euidētibus cauſis obiere dum calciant̄ matuti
no duo Cęſares Prętor/& pretura populi Ro. functus dictatoris Cęſaris pater. Hic piſcis exanimatus
ille romę. Q. Fabius in maximis cōſulatu ſuo pridie.kalen.ianua. In cuius locuȝ. M. Orellius paucıſ
ſimaꝝ horarū cōſulatum petiȷt. Item. C. Vulcatius Gurges ſenator. Omnes adeo ſani/atq; tempeſti
ui:vt de ꝓgrediēdo cogitarent. Q. Aemilius Lepidus iam egrediens incuſſo pollice limini cubiculi:
C. Aufidus cum egreſſus in ſenatum iret offenſo pede in comitio. Legatus quoq; qui rhodioruȝ cau
ſam in ſenatu magna cum admiratione orauerat in limine curię protinus expirauit progredi volēs.
Cn. Bebius Pamphylus præfectura/& ıp̄e fūctus:cum a puero quęſiſſet horas. A. Pompeius in capi
tolio:cum deos ſalutaſſet. M. Iuuētius Thalna conſ. cum ſacrificaret. C. Seruilius Panſa cum ſtaret
in foro ad tabernam hora diei ſecūda:in. P. Panſam fratrem innixus. Bebius iudex:dum vadimoni=
um differri iubet. M. Terētius Corax:dum tabellas ſcribit in foro. Necnō & proximo anno dum cō=
ſulari viro in aurem dixit eques romanus ante Apollinem eboreum:qui eſt in foro Auguſti. Super
omnes. C. Iulius medicus dū inungit ſpecillum per oculum trahens. A. Manlius Torquatus conſu=
laris cum cœna placētam appeteret. L. Dutius medicus valla dum mulſi potionem haurit. Ap. Sau=
feius cum a balneo reuerſus mulſum bibiſſet:ouumq; ſorberet. P. Quintus Scapula cum apud. Aqui
lium Gallum cœnaret. Decimus Saufeius Scriba:cum domi ſuę pranderet. Cornelius Gallus præ=
torius/&. Q. Heterius eques Ro. in venere obiere:& quos noſtra adnotauit ætas duo equeſtris ordi=
nis in ædem Pantomimo Mythico tū forma præcellēte. Operioſiſſima tamen ſecuritas mortis i. M.
O. filio Hylaro ab antiquis traditur:comœdiarum hiſtrione:cum populo admodum placuiſſet: na=
tali die ſuo cōuiuiumq; haberet edita cœna calidam potionem in pultario popoſcit:ſimulq; perſo=
nam eius diei acceptam inſtruēs coronaȝ e capite ſuo in eam trāſtulit:tali habitu rigēs nullo ſentiēte
donec acubātium proximus tepeſcere potionem ammoueret. Hęc fœlicia exempla. At contra mi=
ſeriarum innumera. L. Domitius clariſſimæ gentis apud maſſiliam victus:Corfini captus ab eodem
cæſare veneno poto propter tędium vitæ:poſtq̄ biberat: omni opere vt viueret annixus eſt. Inuenit̄
in actis Fœlicis Ruſſeti aurigę iam igne illato in rogum eius vnum e fauentibus ieciſſe ſeſe. Friuoluȝ
dictu ne hoc gloriæ artificis daretur:aduerſis ſtudiȷs cōpia odorū corruptum crimināntibus. Cū ante
non multo. M. Lepidus nobiliſſimę ſtirpis:quē e vēti anxietate diximus mortuum flammævi e rogo
eiectus recōdi propter ardorem nō potuiſſet:iuxta ſarmentis aliȷs nudus crematus eſt.

Iuliȷ cæſaris pr̄ calciando ſe obiȷt.

¶De ſepultura CA.LIIII.

IPſū cremare apd̄ romanos nō fuit veteris inſtituti. Terrā cōdebant̄. At poſtq̄ lōginq̄s bellis
obrutos erui cognouere :tūc inſtitutū. Et tn̄ multifarie priſcos ſeruanere ritus. Sicut in cor
nelia domo nemo ante Syllā dictatorē tradit̄ eē crematus. Idq; eū noluiſſe veritū talioneȝ
eruto. C. Mariȷ cadauere. Sepultus intelligitur quoquo mō cōditus:hūatus vero humo cōtectus.

Vn̄ fluxit apud ro. mos cremādi cadauera.

¶De aīa/vel de manibus/vel de reſurrectiōe verba gētiū inania. CA.LV.

POſt ſepulturam alię/atq; alię manium ambages. Oībus a ſuprema die eadē.quę ante pri
mū. Nec magis a morte ſenſus vllus/aut corpori/aut aīæ q̄ an̄ natalē. Eadem.n. vanitas in
futurū ēt ſe ꝓpagat:& ī mortis quoq; tp̄a ip̄a ſibi vita mentit̄. Alias imortalitatē aīæ:alias
tranſfiguratıonē :alias ſenſum inferis dādo:& manes colēdo:deumq; faciendo:q iā ēt homo eſſe de=
ſierit. Ceu vllo modo ſpirādi rō hoī a cæteris aīalibus diſtet:aut non diuturniora in vita multa reperi
ant̄:quib⁹ nemo ſimilem diuinat immortalitatē. Quod aūt corpus aīæ ꝑſequit̄ materiaȝ. Vbi cogita
tio illi? quomō viſus? auditus? aut qui tangit? qui vſus eius? aut quod ſine his bonum? Quæ deīde ſe
des? quantaue multitudo tot ſæculis animarum velut vmbrarum? Puerilium iſta delirametorū. Aui
deq; nunq̄ deſinere mortalibus commenta ſunt. Similis & de aſſeruādis corporibus hominū/ac reui
uiſcendis promiſſa a Democrito vanitas:qui nō reuixit ip̄e. Quæ malum iſta demētia ē : iterari vitā
morte. Quæ genitis quies vnq̄ ſi in ſublimi ſenſus animę manet? inter inferos vmbrę? Perdit profecto
iſta dulcedo/credulitaſq; pręcipuuȝ naturę bonum mortem:ac duplicat obitus:ſi dolere etiam poſt
futuri æſtimationem euenit. Etenim ſi dulce viuere:cui poteſt eſſe:vixiſſe? At quāto facilius/certiuſ=
q; ſibi quenq̄ credere:ac ſpecimen ſecuritatis ante genitali ſumere experimento.

Sylla dicta=tor prim⁹ cre=matus.

## Quæ quis inuenerit in vita. CA.LVI.

Conſentaneum videtur priuſq̃ digrediamur a natura hoim indicare quæ cuiuſq; ſcentia a quoq; inuēta ſunt. Emere/ac vendere inſtituit Liber pater. Idem diadema regũ inſigne/& triumphum inuenit. Ceres frumēta cum antea glãde veſcerent̃. Eadem molere: & cõficere: in atica/italia: & ſicilia: ob id dea iudicata. Eadē pria leges dedit: vt alij putauerę. Rhadamanthꝰ. Litteras ſemp arbitror aſſyrias fuiſſe. Sed alij apđ ægyptos a Mercurio vt Gelius. Alij apđ ſyros reptas volunt. vtiq; in gręciam attuliſſe e phœnice cadmum ſexdecim nũero. A.B.C.D.E.G.I.L.M.N.O.P.R.S.T.V. Quibus troiano bello Pallamedē adieciſſe quattuor hac figura θ ξ φ χ totidem poſt eum Simonidem melicum ζ η ψ. Quarum omniũ vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles decē/& octo priſcas fuiſſe. α β γ δ ε ζ κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ χ. Et duas ab epicarmo additas θ χ q̃ a Palamede mauult. Anticlides in ægypto inueniſſe quēdaʒ noie Menona tradit qndecim annis ãte Phoroneuʒ antiquiſſimum gręciæ regem. Id monumētis approbare conat̃. E diuerſo epigenes apud babylonios ſeptingētoꝝ viginti annoꝝ obſeruatiões ſyderũ coctilibus laterculis inſcriptas docet grauis auctor in primis. Qui minimũ Beroſos/& critodemus quadringentorũ octoginta annorum. Ex quo apparet æternus litterarũ vſus. In latiũ eas attulerũt pelaſgi. Laterarias domos cõſtituerunt primi Euryalos/& Hypbios fratres athenis: antea ſpecus erant ꝓ domibus Gelio Doxius Celij filius lutei ædificij inuētor placet: exemplo ſumpto ab hirundinum nidis. Oppidum cęcrops a ſe appellauit cæcropiam: quæ nũc eſt arx athenis. Aliqui argos a Phoroneo rege ante conditum volunt. Quidam & ſicyonē. Agyptij multo añ apđ ipos dioſpolim. Tegulas iuenit cinyra Agriopę filius: & metalla æris. Vtrũq; in iſula cypro. Itē forcipē: marculũ: vectē: incudem. Puteos Danaus ex ęgypto aduectus in græciã qua vocabat̃ argos. Lapidicinas Cadmus thebis. Aut vt Theophraſtus in Phœnice. Traſon muros. Turres vt Ariſtoteles cyclopes. Phœnices vt theophraſtus. Aegyptij textilia. Infecere lanas ſardibus Lydi. Fuſos in lanificio Cloſter filius Arachnæ. Linuʒ/& retia arachnæ. Fulloniam artē Nitias Megarēſis. Sutrinam Boetius. Medicinam ęgyptij apđ ipſos volunt repertaʒ. Alij per arabũ Babylonis/& Apollinis filium. Herbariam/& medicamētariam a Chirone Saturni/ & Phillitæ filio. Aes cõflare/& temperare Ariſtoteles Lydum ſcyteʒ mõſtraſſe. Theophraſtus Delam Phrygem putat. Aerariam fabricam alij chalybas: alij cyclopas. Ferrum Heſiodus in creta eos: q vocati ſunt Dactyli Idęi. Argentum inuenit Ericthonius athenienſis: vt alij ceacus. Auri metalla/& cõflaturã cadmus phœnix ad pangeum mõtem. Vt alij thoas/& eaclis in panchaia aut ſol oceani filius: cui Gelliꝰ medicinę quoq; inuētionem ex melle aſſignat. Plumbum ex caſſiteride iſula primus apportauit Midacritus. Fabricam ferream inuenere cyclopes. Figulinas chorebus atheniēſis. In iis orbem anacharſis ſcythes: vt alij Hyperbeos corinthius. Fabricam materiarum dedalus: & in ea ſerram: aſciam perpendiculum: terebrã: glutinum: icthyocollam. Normã. Fornicē aũt & libellam & tornum & clauem Theodorus Samius. menſuras & põdera Phidon argiuus: aut Palemedes vt maluit Gellius ignem e ſilice Pyrodes: Cilicis filius. At eundem aſſeruare in ferula Prometheus. Vehiculum cũ quattuor rotis Phryges. Mercaturas pœni. Culturas vitium/& arborum Eumolphus atheniēſis. Vinũ aquas miſceri Staphilus Sitheni filius. Oleum/& trapetas Ariſteus atheniēſis. Idem mella. Bouem/& aratruʒ Briges atheniēſis: vt alij Triptolemus. Regiã ciuitatē ægyptij: popularem artici: poſt Theſeum tyrãnus primus fuit phalaris agrigenti. Seruitiũ inuenere lacedęmonij. Iudiciũ capitis in Ariopago primum actum eſt. Prælium afri cõtra ægyptios primi fecere fuſtibus: quos vocant phalangas clypeos inuenerunt prœtus/& Acritus inter ſe bellantes: ſiue chalchus Athamãtis filius loricã Mydias meſſenius. Galeam: gladium: haſtaʒ lacedęmonij. Ocreas/& criſtas cares Arcũ/& ſagittã/ Scythem Iouis filium. Alij ſagittas Perſen Perſei filium inueniſſe. Lanceas ætholas. Iaculũ cũ amēto ferũt iueniſſe ætolum Martis filiũ. Haſtas velitares Tyrrhenũ/Pylũq; pentheſileã Amazonē ſecuri. Piſeũ venabula. Et in tormētis ſcorpionē cretas. Catapuliã ſyros phœnicas baliſtã/& fundã: æneã tubam Piſeũ Tyrrhenum teſtudines Artemonem clazomenũ. Equum qui nũc aries appellatur in muralibus machinis epeuʒ ad troiã. Equo vehi Bellorophōtē. Fręnos/& ſtrata equoꝝ peletroniũ. Pugnare ex quo theſſalos: qui cētauri apellati ſunt. habitãtes ſecundum peliũ montem. Bigas primũ iũxit phrygum nario. Quadrigas Ericthonius. Ordinē exercitus: ſigni dationem: theſſaras: vigilias inuenit palamedes troiano bello. Speculareʒ ſignificationē eodē bello Sinon. Inducias Lycaõ. Fœdera theſeus. Auguria ex auibꝰ Car a quo caria appellata. Adiecit ex cęteris aialibꝰ Orpheꝰ. Aruſpiciũ Delphꝰ. Igniſpicia amphiaraus. Auſpicia auiũ Tyreſias thebanus. Interpretationē oſtētorũ/& ſomniorum amphictyon. Aſtrologiam athlas Libyę filius: vt alij ęgyptij: vt alij aſſirij. Spherã in ea mileſius Anaximandei. Ventorũ rationē Aeolus Hellenis filius. Muſicam amphion. Fiſtulã Pã. Monaulũ mercuriꝰ. Ob

Liber pater Ceres frumē ta adiuenit: priaq; mortalibꝰ leges tulit: hic legiſera dicta.

cadmus latinas. xvi. inuenit lrãs.

ædiũ iuētors

Hirũdies domos docuerũt luteas.

Traſõ mœnium inuētor.

Chirion medicina.

Ericonius. aregenti.

Cadmꝰ auri.

Theodorus clauis.

Pyrodes ignis.

aut prometheus

ſtaphilus Vinuʒ aqua tempari docuit.

Scythes arcꝰ & ſagittę

Tubę piſeus

centauri primi in equis pugnatores hinc biffores crediti.

Muſicę amphion.

liquam tibiam Mydas in phrygia. Geminas tibias Marſias in eadem gente lydios modulos Amphi- *Lyrę.am.or. vel linus.*
on. Dorios Thamyras trax Phrygios. Marſias phryx. Citharā Amphion: vt alij Orpheus: vt alij Li-
nus: Septē cordis additis Terpāder. Octauam Simonides addidit Nonam thimotheus. Cythara ſi-
ne voce cecinit. Thamyras primus. Cum cantu amphion: vt alij Linus. cithara edita carmina compo
ſuit Terpander cum tibijs canere voce Troezenius Dardanus inſtituit. Saltationem armatam Cure
tes docuere Pyrrhycem Pyrhus: vtrāq; in creta. Verſum heroicum pythio oraculo debemus. De poe
matum origine magna queſtio eſt. Ante Troianum bellum probant̄ fuiſſe. Proſaicam orationem cō
dere pherecides Syrius inſtituit tempore cyri regis. Hyſtoriam cadmus mileſius. Ludos gymnicos
in archadia Lycaon. Funebres acaſtus in iolcho poſt eū Theſeus in iſthmo. Hercules olympię athle
ticam. Pythus pilam luſoriam. Gyges lydius picturā in ægypto. In græcia vero Pyrrhus Dedali co-
gnatus aut Ariſtoteli placet: vt theophraſto polygnotus atheniēſis. Nauem primus ī græciā ex ęgy- *Pythꝰ pilę lu ſorię.*
pto Danaus aduexit. Ante ratibus nauigabat̄ inuētis in mari rubro inter inſulas a rege Erythra. Re-
periunt̄ qui myſos/ & troianos priores excogitaſſe in helleſponto putēt: cum tranſirēt aduerſus thra *danaꝰ nauis.*
cas. Etiam nūc in britannico oceano vitiles corio circunſutæ fiunt. In nilo ex papyro/ & ſyrpo/ & arun *Iaſon longæ*
dine. Longa naue Iaſonem primū nauigaſſe philoſtephanus auctor ē. Egeſias parrhaluʒ etheſias Sa
myram. Saphanꝰ Semiramin Arimachus ægeonē Biremē Damaſthenes erithreos feciſſe. Triremē
Thucydides Amoclen corinthium. Quadriremē Ariſtoteles carthaginēſes. Quinqueremē inſtituit
Neſichthon ſalaminius. Sex ordinū Zenazoras Syracuſius. Ab ea ad deciremē Neſigitō. Alexādrū
magnum ferunt inſtituiſſe ad duodecim ordines. Philoſtephanus ptolemæum ſoterem ad quindeci ☞
Demetrium antigoni ad. xxx. ptolemæum philadelphum ad. xl. ptolemęum philopatorē: qui Tri- *Phœnices in*
phon cognominatus eſt: ad. l. Onerariam Hyppus tyrius inuenit lembum cyrenēſes. Cymbam phœ *nauigādo ſy*
nices. celocem rhodi. certam cyprij. Syderum obſeruationem in nauigādo phœnices Remum copę *derū primi*
Latitudinem eius plateę. Vela icarus. Malus/ & antemnam Dędalus. Hypagū ſalaminij: aut peri- *obſeruato-*
cles athenienſis tectas longas taſij: ātea ex prora tātum & puppi pugnabatur. Roſtra addidit piſeus *res.*
Tyrrheni anchoram. Eupalamius eandē bidentē: anacharſis harpagonas. Et manus pericles athe-
nienſis amminicula gubernandi Typhis claſſe princeps depugnauit. Minos animal occidit. primus
Hiperbius martis filius. prometheus bouem.

¶ In quo primus gētium conſenſus. CA.LVII.

GEntium conſenſus tacitus primus omnium cōſpirauit vt ſonum litteris vterentur. *Tacitus.*

¶ De litteris antiquis. CA.LVIII.

VEteres græcas fuiſſe eaſdem pene: quæ nūc latine inditio erit delphica tabula ātiqui æris
quæ eſt hodie in palatio dono principū. Mineruæ dicata in bibliotheca cum inſcriptione
tali. ναυσικρατησ τισαμενου. αθημαιοσ αμεθηκεν.

¶ Quando primum tonſores Romę. CA.LIX.

SEquens gentium conſenſus in tonſoribus fuit: ſed romanis tardior. In italam ex ſicilia vene
re poſt romam conditam anno quadringēteſimo quinquageſimoquarto. adducente. p. Tici- ☞
nio Mena vt auctor eſt Varro. Ante intonſi fuere. Primus omniū radi quotidie inſtituit africanus. Se- *Menas p̄mꝰ ro. tonſores adduxit.*
quens diuus auguſtus cultris ſemper vſus eſt.

¶ Quando primum horologia. CA.LX

TErtius conſeuſus fuit in horarum obſeruatione iam hac ratione accedēs. Quādo & a quo
in græcia reperta diximus in ſecundo volumine. Serius etiam hoc romę cōtigit. Duodeci
tabulis ortus tantum/ & occaſus nominatur. Poſt aliqunot annos adiectus eſt: & meridies
accēſo conſulum id pronūciante cum curio inter roſtra: & græcoſtaſin proſpexiſſet talem
ſolem a colūna ænea ad carcerem inclinato ſydere ſupremā pronūciauit. Sed hoc ſerenis tm̄ diebꝰ
vſq; ad primum punicum bellum. Princeps romanis ſolariū horologiū ſtatuiſſe ante duodecim an-
nos q̄ cum Pyrrho bellatum eſt ad ædem. Quirini. L. Papyrius curſor cū eandē dedicaret a patre ſuo
votam a Fabio Veſtali proditur. Sed neq; facti horologij rationē/ vel artificis ſignificat: nec vn̄ tranſ-
latum ē: aut apud quem ſcriptum id inuenerit. M. Varro primum ſtatutū in publico ſecundū roſtra
in columna tradit bello punico primo a. M. Valerio Meſſala cōſule carina capta in ſicilia. Deporta-
tum inde poſt. xxx. annos q̄ de Papyriano horrologio tradit̄ anno vrbis quadringēteſimo ſeptuageſi *Vel vnde cēſ-*
mo ſeptimo. Nec cōgruebāt ad horas eius lineę. Paruerunt tamen annis vndecim: donec. Q. Marti- *tum.*
us philippus qui cum. L. Paulo fuit cenſor diligentius ordinatum iuxta poſuit. Idq; munus iter cēſo
ria opera gratiſſime eſt acceptum. Etiānum tn̄ nubilo incertę fuere horę vſq; ad proximum luſtruʒ
Tunc Scipio Naſica collega lanati primus aqua diuiſit horaſq; quæ noctium/ ac dieruʒ. Idq; horolo
gium ſub tecto dicauit: anno vrbis. lxxxv. Tam diu po. Ro. indiſcreta lux fuit. Nunc reuertamur ad rē
liqua animalia: primumq; terreſtria.

## ℂCAII PLYNII SECVNDI. NATVRALIS HISTORIAE LIBER OCTAVVS.

ℂDe animalibus terreſtribus. Elephantoꝝ cõmẽdatio: & de ſenſu eorum. CA.I.

Aialiũ terræ maximũ elephãtꝰ. Elephãti ſolẽ/ & lunã venerautur.

AD RELIQVA TRANSEAMVS ANIMALIA ET PRIMVM TERREſtria. Maximũ ẽ elephas: ꝓximũq; hũanis ſenſibus: Quippe intellectus illis ſermonis patrij: & in primis obedientia officiorũq; q̃ didicere memoria. Amoris/ & glorię voluptas imo vero q̃ ẽt in hoie rara ꝓbitas: prudẽtia eq̃tas. Religio quoq; ſyderꝫ/ ſoliſq;/ ac lunę veneratio. Auctores ſunt in mauritanię ſaltibus ad quẽdã amnẽ cui nomẽ eſt anulo niteſcẽte luna noua: greges eorũ deſcẽdere: ibiq; ſe purificantes ſolẽniter aqua circũſpergi: atq; ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti: vitulorũ fatigatos p̄ ſe ferẽtes. Alienę quoq; regionis intellectu credũtur maria trãſituri nõ ante naues conſcẽdere: q̃ inuitati rectoris: iureiurãdo de reditu. Viſiq; ſunt feſſi ægritudie: qñ & illas molles ĩfeſtãt morbi: p hęrbas ſupini in cœlũ iacẽtes: veluti tellure p̄cibus alligata. Nã q̇d ad docilitatẽ attinet. Regem adorãt. Genua ſubmitũt. Coronas porrigũt. Indicis arabici minores: quos appellant nothos.

ℂQuando primum iuncti. CA.II.

Liber primꝰ elephãto iunctꝰ ĩ idia triũphauit.

ROmæ iuncti primum ſubiere currũ Pompei Magni africo triũpho. Quod prius india victa triumphante Libero patre memorat̃. Procilius negat potuiſſe Pompeij triumpho iunctos ingredi porta. Germanici Cęſaris munere gladiatorio quoſdã incõditos motus ædidere ſaltantiũ mõ. Vulgare erat p auras arma iacere nõ auferẽtibus vẽtis: atq; inter ſe gladiatorios cõgreſſus edere: aut laſciuiente pnicitate colludere. Poſtea & p funes ĩceſſere. Lecticas etiã ferẽtes quaterni ſingulas: puerpras imitãtes: pleniſq; hoiꝫ triclinijs accubitu: iere p lectos ita libratis ſtigijs: ne quis potantium attingeretur.

ℂDe docilitate eorum. CA.III.

CErtum eſt vnum tardioris ingenij in accipiendis q̃ tradebant̃: ſæpius caſtigatũ verberibꝰ eadem illa meditantẽ noctu reptũ. Mirũ maxime & aduerſis quidẽ funibus ſubire. Sꝫ regredi magis vtriq; pronis. Mutianus ter cõſul auctor eſt aliquẽ ex ijs/ & lr̃aꝝ ductus gręcarũ didiciſſe: ſolitũq; p̄ſcribere eius linguæ verbis. Ipſe ego hęc ſcripſi: & ſpolia celtica dicaui. Itẽq; ſe vidẽte puteolis cũ aduecti de naue egredi cogerẽtur: territos ſpatio procul pontis a cõtinente porrecti: vt ſeſe lõginquitatis æſtimatiõe fallerẽt. auerſos retrorſus iſſe. Pręda m ipſi in ſe expectandã ſciunt ſolam eẽ in armis ſuis: quæ iuba cornua appellat. Herodotus tanto antiquior/ & cõſuetudo meliꝰ dẽtes. Quã ob rẽ deciduos caſu aliquo/ vel ſenecta defodiũt: hoc ſolũ ebur eſt. Cæterũ & in ijs quoq; q̇d corpus intexit vilitas oſſea. Quã q̃ nup oſſa etiã in laminas ſecari cœpere penuria. Etenim rara amplitudo iam dentium pręterq̃ ex india repit̃. Cæterum in noſtro orbe ceſſere luxurię. Dentium cãdore intelligit̃ iuuenta. Circa hos belli cura ſumma. Alterius mucroni parcunt: ne ſit p̄lijs hebes: alterius operario vſu fodiunt radices Impellunt moles. Circũuentiq; a venantibus primos conſtituũt: quibus ſunt minimi: ne tanti prælium putet̃. Poſtea feſſi impactos arbori frangunt: prædaq; ſe redimũt.

Dẽtes ſolum ex ebore eẽ.

ℂDe clęmẽtia eorum: & q; pericula ſua intelligant: & de Tigridis truculentia. CA.IIII.

Eleph. oberrãtes ĩ viam reducunt.

MIrum in plęriſq; animalium ſcire quare petant̃. Sed & per cũcta quod caueãt. Elephas homine obuio forte in ſolitudine/ & ſimpliciter oberrãte clæmens/ placiduſq; etiam demõſtrare vitam traditur. Idem veſtigio hominis animaduerſo priuſq̃ homice ĩtremiſcere inſidiarum metu. Subſiſtere ab olfatu. circũſpectare: Iras proflare. Nec calcare: ſed erutum proximo tradere. Illum ſequenti nuntio ſimul vſq; ad extremum tũc agmen circũagi: & reuerti: aciemq; dirigi. Adeo omnium odori durare virus: illud maiore ex parte ne nudoruꝫ quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta: atq; ipſa elephãti quoq; ſpernens veſtigia. Homine viſo transferre dicitur protinus catulos. Quo nam modo agnito? vbi ante conſpecto illo quem timet. Etenim tales ſiluas minime frequentari certuꝫ ẽ. Sane mirantur ipſam veſtigij raritatem. Sed vnde ſciunt timendos eſſe? immo vero cur vel ſæpius conſpectum paueant: tãto viribus: magnitudine: velocitate p̄ſtantiores? Nimirum hæc eſt natura rerum hęc potentia eius ſæuiſſimas ferarum/ maximaſq;: quę nunq̃ vidiſſent: quod debeant timere: & ſtatim intelligere cur ſit timendum.

ℂDe intellectu/ & memoria eorum. CA.V.

☞ Aiaduerte.

ELephanti gregatim ſemper ingrediunt̃. Duxit agmen maximus natu. Cogit ætate ꝓximꝰ amnẽ tranſituri minimos p̄mittunt: ne maiorũ ingreſſu atterẽte alueuꝫ creſcat gurgitis altitudo. Antipater auctor eſt duos antiocho regi in bellicis vſibus celebres etiã cognominibꝰ fuiſſe. Etenim nouere ea. Certe cato cũ impatoꝝ noia annalibus deſcriberet: eũ qui fortiſſime prælia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0142-2
DFG

tus eſſet in punica acie Sutrum tradidit vocatum altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax: alioquin dux agminis ſemꝑ. Tum ꝓnunciatuꝫ eius fore principatū qui trāſiſſet: auſumqꝫ Patroclum. Ob id phaleris argenteis: quo maxime gaudēt: & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabaꝛ in edia mortē ignominiæ ꝑtulit. Mirus nāqꝫ pudor eſt. Victuſqꝫ vocē fugit victoris. Terram/ac verbenas porrigit. Pudore nunꝗ̄ niſi habito coeunt. Mas quinquēnis: fœmina decennis. Iniꝛ aūt biēnio: quis (vt ferunt) cuiuſqꝫ anni diebus: nec amplius. Sexto ꝓfunduntur amne non ante reduces ad agmen. Nec adulteria nouere. Nullaue ꝓpter fœminas īter ſe prælia: cęteris animalibus ꝑnicialia. Nec quia deſit illis amoris vis. Nanqꝫ tradiꝛ vnus amaſſe quendam in ægypto corollas vēdentē. Ac ne quis vulgariter electam putet: mireꝛ gratā Ariſtophani celeberrimo in arte grāmatica: alius menādrū Syracuſanum incipiētis iuuente in exercitu Ptolęmęi deſiderium eius quotiens non videret inedia teſtatus. Et vnguentariā quēdam dilectā Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta gaudium a cōſpectu: blāditiæqꝫ inconditæ: ſtipes quas populus dediſſet ſeruatę: & in ſinuꝫ effuſę. Nec mirum eſſe amorē quibus ſit memoria. Idem nāqꝫ tradit agnitum in ſenecta multos poſt annos: qui rector in iuuēta fuiſſet. Idē diuinationem quādam iuſtitię. Cum Bocchus rex. xxx. elephātis totidem in quos ſæuire inſtituerat ſtipitibus alligatos obieciſſet: procurſātibus inter eos qui laceſſerent: non potuiſſe effici: vt crudelitatis alienę miniſterio fungeretur.

## Quando primum in italia. CA. VI.

ELephantes italia primuꝫ vidit Pyrrhi regis bello: & boues lucas appellauit, in lucanis viſos anno vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Roma auteꝫ in triūpho ſeptē annis. ad ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingenteſimo ſecundo victoria. L. Metelli pōtificis in ſicilia de pœnis captos. cxlij. fuere trauecti ratibus: quas doliorꝫ conſertis ordinibus impoſuerat. Verius eos pugnaſſe in cyrco: interfectoſqꝫ iaculis tradit penuria cōſilij. Quoniam neqꝫ ali placuiſſet: neqꝫ donari regibus. L. Piſo inductos dūtaxat in cyrcum: atqꝫ vt cōtemptus eorum increſceret ab operarijs haſtas ꝑpilatas habentibus ꝑ cyrcum totum actos. Nec qđ dein de ijs factum ſit auctores explicant: qui non putant interfectos.

## Pugnæ eorum. CA. VII.

CLara ē vnius e Romanis dimicatio aduerſus elephātū. Cū Hānibal captiuos noſtros dimicare inter ſe coegiſſet. Nāqꝫ vnū qui ſuperat: obiecit elephāto: & illū dimitti pactꝰ ſi itereniſſet. Solus ergo in harena congreſſus magno pœnorꝫ dolore cōfecit. Hānibal cū famaꝫ eius dimicationis contēptū allaturā beluis intelligeret: eqtes miſit q abeuntē interficerēt. Promuſcidē eorꝫ facillime āputari Pyrrhi ꝓliorū experimētis patuit. Romę pugnaſſe Feneſtella tradit primū oīꝫ in cyrco Claudij Pulchri ædilitate curuli. M. Antonio. A. Poſthumo cōſ. āno vrbis ſexcēteſimo qnquageſimo. v. Itē poſt ānos. xx. Lucullorū ædilitate curuli aduerſꝰ tauros. Pōpeij quoqꝫ altero cōſulatu dedicatiōe tēpli Veneris victricis pugnauere ī circo. xx. aut vt qdā tradūt. xvij. Getulus ex aduerſo iaculātibꝰ mirabili vnius dimicatiōe: qui pedibꝰ cōfoſſis repſit genibꝰ in cateruas: arrepta ſcuta iaciēs in ſublime: q̄ decidētia volubilitate ſpectantibꝰ voluptati erāt in orbē circūacta: velut arte nō furore beluæ iacerenꝛ. Magnū & ī altero miraculū fuit vno ictu occiſo. Pilū ſub oculo adactum in vitalia capitis venerat. Vniuerſi eruptionē tentauere nō ſine vexatione populi circūdantis clauſtris ferreis. Qua de cā Cęſar dictator poſtea ſimile ſpectaculū editurꝰ euripis harenam circūdedit: quos Nero princeps ſuſtulit equiti loca addēs. Sed Pōpeiani amiſſa fuge ſpe miſericordiā vulgi inenarrabili habitu q̄rentes ſupplicauere quadā ſeſe lamētatiōe cōplorātes: tanto populi dolore. vt oblitus impatoris: ac munificētię/honorifice exquiſitæ flens vniuerſus cōſurgeret: diraſqꝫ Pompeio: quas ille mox luit pœnas imꝑcareꝛ. Pugnauere & Cæſari dictatore tertio conſulatu eius. xx. cōtra pedites quingētos. Iterꝫ totidē turriti cū ſexagenis ꝓpugnatoribꝰ eodē quo priores numero peditū: & pari equitum e diuerſo dimicāte. Poſtea ſingulis principibus Claudio/& Nerōi in cōſūmatione gladiatorum. Ipſius animalis tāta narraꝛ clęmentia contra minus valida. vt in grege pecudū concurrentia manu dimouerat: ne quid obterat imprudēs. Nec niſi laceſſiti noceāt. Ideoqꝫ gregatim ſemꝑ ambulent. Minime ex omnibus ſoliuagi. Equitatu circūuecti infirmos aut feſſos/vulneratoſue in medium agmen recipiunt: ac velut imperio: aut ratione per vices ſubeunt. Capti celerrime mirificātur ordei ſucco.

Elephas vno ictu cōfoſſus

vl' qnq̄ginta.

## Quomodo capiantur. Ca. VIII.

CApiunꝛ aūt in india vnū ex domitis agente rectore: qui deprehēſum ſolitarium/ abactumue a grege verberat ferrū. Quo fatigato trāſcēdit in eū: nec ſecꝰ ac priorē regit. africa foueis capit: in q̄s deerrāte aliquo ꝓtinꝰ cęteri cōgerūt ramos: moles deuoluūt: aggeres cōſtruūt: oīqꝫ vi conanꝛ extrahere. Antea domitādi grā grægis equitatu cogebāt in cōuallē manufactā: & lōgo tractu fallacē. Cuius incluſos ripis/foſſiſqꝫ fame domabāt. Argumētū erat ramus hoīe porrigēte clemē

Subtile capturę genus.

ter acceptus.Nunc dētium cauſa.Pedes eorum iaculanť alioquin molliſſimos. Trogloditæ cōtermi
ni æthiopię:qui hoc ſolo venatu alunť:arbores ꝓpinquas itineri eorum conſcendunt.Inde totius ag
minis nouiſſimū ſpeculati extremas in clunes deſiliunt.Lęua apprehendiť cauda.Pedes ſtipanť in ſi
niſtro fœmore.Ita pendēs alterum poplitem dextra cadit:ac præacuta bipēni hoc crure tardato ꝑ-
fugiēs alterius poplitis neruos ferit:cuncta præceleri pernicitate pagēs.Alij tutiore genere:ſed ma-
gis fallaci intētos ingētes arcus defigunt humi longius.Hos præcipui viribus iuuenes cōtinent.Alij
cōnixi pari conatu tendunt:ac pretereuntibus ſagittaꝝ venabula infigunt:mox ſanguinis veſtigijs ſe-
quunť.Elephantorū generis fœminę multo pauidiores.

## Quomodo domantur. CA.IX.

Elephas tm̄ ſemel vnū in vita ędit

Domanť aūt rabidi fame/& verberibus:elephātis alijs admotis:qui tumultuātem cathenis
coerceāt.Alias circa coitus maxīe efferanť:& ſtabula indorū dentibus ſternunt.Quapro-
pter arcent eos coitu:fœminarūq; pecuaria ſeparant:quę haud alio modo/q̄ armētoꝝ ha
bent.Domiti militant:& turres armatoꝝ in hoſtes ferunt: magnaq; ex parte oriētis bella
conficiunt.Proſternūt acies:proterunt armatos.Iidē minimo ſui ſtridore terrētur:vulneratiq;& terri
ti retro ſemꝑ cedūt:haud minore partiū ſuaꝝ ꝑnicie.Indicum afri pauent:nec contueri audent.Nā
& maior indicis magnitudo eſt.

Alui maxīe ꝓfluuiū patitur.

## De partu eorū & reliqua natura. CA.X.

Sūme murē fugit.

Decem annis geſtare in vtero vulgus exiſtimat.Ariſtoteles biēnio nec amplí⁹ q̄ ſingulos ſe
mel gignere:pluresq; viuere ducētis annis/& quoſdam trecētis. Iuuenta eorū ſexageſimo
incipit.Gandēt amnibus maxīe.Et circa fluuios vagantur.cum alioquin nare ꝓpter ma-
gnitudinem corporis nō poſſint.Iidem frigoris impatiētes.Maximum hoc malū: inflatio
nemq;/& ꝓfluuium alui:nec alia morborū genera ſentiūt.Olei potu tæla q̄ corpori eorū ihęſerāt de
cidere inuenio.A ſudore aūt facilius adhęreſcere:& terrā ediſſe ijs rabificū eſt:niſi ſępi⁹ mandant.De
uorant aūt & lapides.Truncos quidē gratiſſimo in cibatu hn̄t.Palmas excelſiores fronte proſternūt
Ac ita iacentium aſſumūt fructū.Mandūt ore.Spirāt:& bibūt:odoranturq; haud improprie appel-
lata manu.Animalium maxīe odere murem : & ſi pabulum in p̄ſepio poſitum attingi ab eo videre
faſtidiunt.Cruciatū in potu maximū ſentiūt hauſta hirūdine:quā ſanguiſugā vulgo cœpiſſe appella
ri aduerto.Hæc vbi in ipō animę canali ſe fixit:intolerādo afficit dolore.Duriſſimū dorſo tergus Vē
tres molles.Setarum nullum tegumētum:ne in cauda quidē præſidiū abigēdo tędio muſcarū.Nāq;
id & tanta vaſtitas ſentit.Sed cancellata cutis/& inuitās id genus animalium odore.Ego cum exten
ti recepere examina arctatis in rugas repente cancellis cōphēſas enecāt. Hoc ijs ꝓ cauda: ꝓ iuba:ꝓ
villo eſt.Dentibus ingēs p̄cium:& deorū ſimulachris laudatiſſima ex ijs materia. Inuenit luxuria cō
mendationē : & aliā expetit in callo manus vim ſaporis:haud alia de cauſa credo q̄ quia ipſum ebur
ſibi mandere videtur.Magnitudo dentium videtur quidē in tēplis p̄cipua.Sed tn̄ in extremis africę
qua confinis æthiopię eſt.poſtium vicem in domicilijs prębere.Sępeſq; ijs/& pecoruꝫ ſtabulis palos
elephantorū dentibus fieri Polybius tradit auctore Gauluſa Regulo.

Serpētes ele. circūuoluentes.

## Vbi naſcantur:& de diſcordia eorū/& draconum. CA.XI.

Elephātes fert africa vltra ſyrticas ſolitudies:& in mauritania.Ferūt ætiopes & troglodytę
vt dictum eſt.Sed maxios india bellāteſq; cū ijs ꝑpetua diſcordia dracōes tātę magnitudi
nis:vt & ipſos circūflexu facili ambiāt:nexuq; nodi pręſtringāt.Cōmoritura dimicatio vi
ctuſq; corruens complexum elidit pondere.

## De ſolertia aīalium. CA.XII.

Mira animaliuꝫ pro ſe cuiq; p̄cipua ſolertia eſt:vt ijs vna ſcādendi in tantā altitudinē difficul
tas.Draco itaq; iter ad pabula ſpeculatur.Ab excelſa ſe arbore inijcit.Scit ille iparē ſibi lu
ctatū cōtra nexus:Itaq; arborū/aut rupiū attritū q̄rit.Cauent hoc dracōes:ob idq; greſſus
primum alligāt cauda.Reſoluūt illi nodos manu.At hi in ipſa nare caput condūt:pariterq; ſpiritum
præcludūt·& molliſſimas lācināt partes.Iidē obuij depręhenſi in aduerſo erigūt ſe:oculoſq; maxīe
petunt.Ita fit vt plerūq; cęci/ac fame:& mœroris tabe confecti repiantur.Quā quis aliā tātę diſcor-
diæ cauſā attulerit:niſi naturæ ſpectaculū ſibi ac paria cōponētis.Eſt & alia dimicationis huius fama
Elephātis frigidiſſimū eſſe ſanguinē:ob id æſtu torrente pręcipue a draconibus expeti. Quāobrem
in amnes merſos inſidiari bibētibus arctatiſq; illigata manu in aurē morſū defigere.Qm̄ is tm̄ loc⁹ de
fendi nō poſſit manu.Dracōes eē tātos vt totū ſāguinē capiāt.Itaq; elephātos ab ijs ebibi:ſiccatoſq;
concidere/& dracones inebriatos opprimi commoriq;.

dracōes ele. ſāguis auidiſſimi.

## De draconibus. CA.XIII.

Generant dracones æthiopia indicis pares vicenum cubitorum.Id modo mirū vn̄ criſtatos
iuba crediderit.Aſachæi vocanť æthiopes: apd̄ quos maxime naſcantur.Narratur in mari

timis eorum quaternos/quinoſq; inter ſe cratiuȝ modo implexos erectis capitibus viliſicātes (ad me
miliora pabula arabiæ) vehi fluctibus.

¶De ſerpentibus maximis/& bois. CA.XIIII.

MEgaſthenes ſcribit in india ſerpentis in tātam magnitudinem adoleſcere: vt ſolidos hau=
riant ceruos/tauroſq;. Metrodorus circa rhindacum amnem in pōto: vt ſupuolantes: quis
alte/perniciterq; alites hauſtu raptās abſorbeāt. Nota eſt in punicis bellis ad flumē bagra
dam a Regulo imperatore baliſtis tormētiſq; vt oppidum aliquot expugnata ſerpēs. cxx. pedum lō
gitudinis Pellis eius maxillę vſq; ad bellum numantinum durauere romæ in templo. Faciunt his fi=
dem in italia appellatæ boę in tantam magnitudinem exeuntes: vt diuo Claudio principe occiſæ in
vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bibuli lactis ſucco. Vnde nomē traxere.
cæterorum animalium/quæ modo cōuecta vndiq; italiæ contingere ſæpius: formas nihil attinet ſcro
puloſe referre.

Serpens.cxx pedum
Infās in aluo reptus ſerpē tis.

¶De ſcythicis animalibus/& ſeptentrionalibus. CA.XV.

PAuciſſima ſcythia gignit inopia fructuum. Pauca cōtermina illi germania. Inſignia tamē
boum ferarum genera: iubatos biſontes: excellentiq;/& vi/& velocitate viros/quibꝰ impe
ritum vulgus bubalorum nomen imponit: cum id gignat africa vituli potius ceruiue qua
dam ſimilitudine. Septētrio fert/& equorum greges ferorum: ſicut aſinorum aſia/& afri=
ca. Præterea alcen/ni proceritatis aurium/& ceruicis diſtingat: iumēto ſimilem. Item natam in ſcādi
nauia inſula: nec vnq̄ viſam in hoc orbe: multis tamen narratam alcen haud diſſimilē illis & nullo ſuf
fragium flexu. Ideoq; non cubātem/& accliuem arbori in ſōno: eaq; inciſa ad inſidias capi. Alias ve=
locitatis memoratę. Labrum eis ſępius ꝑgrāde: ob id retrograditur in paſcendo ne in priora tēdens
inuoluatur. Tradūt in pęonia feram quæ bonaſus vocetur equina iuba: cætera tauro ſimilem: corni=
bus ita in ſe iflexis: vt nō ſint vtilia pugnæ. Quapropter fuga ſibi auxiliari: reddente ea fimum inter=
dum & triū iugerum longiudine: cuius cōtactus ſequētes vt ignis aliquis comburat. Mirum pardos:
pātheras leones: & ſimilia cōdito in curporis vaginas vnguiuȝ mucrōe: ne refringātur: hebetēturq;
ingredi: auerſiſq; falculis currere: nec niſi appetendo pretendere.

Vri bubali.
vel machlin.
Alces retro=gradēdo pa=ſcitur
bonaſi fimus adurēs.

¶De leonibus. CA.XVI.

LEoni præcipua generoſitas: tunc cum colla/armoſq; veſtiunt iubę. Id enim ætate contin
git e leone conceptis. Quos vero pardi generauere ſemper inſigni hoc carēt. Simili modo
fœminę magna iſs libido coitus: & ob hoc maribus ira. Africa hęc maxime ſpectat inopia
aquarū ad paucos amnes cōgregātibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animalium partus:
varie fœminis cuiuſq; generis mares/aut vi/aut voluptate miſcente. Vn̄ etiam vulgare græcię dictuȝ
ſemper aliquid noui africā afferre. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo: totaq; vi cōſurgit in pœ
nam. Idcirco/aut culpa flumine abluitur: aut longius comitatur. Semel aūt edi partum lacerato vn=
guium acie vtero in enixu vulgum credidiſſe video. Ariſtotiles diuerſa tradit: vir quem in iſs magna
ſecuturus in parte ꝑfandum reor. Alexādro magno rege inflāmato cupidine animalium naturas no
ſcendi: delegataq; commētatione. Atiſtoteli ſummo in omni ſciētia viro: aliquod milta hominuȝ in
totius aſię: gręcięq; tractu parere iuſſa: oīm quos venatus aucupia/piſcatuſq; alebāt. Quibuſq; viua=
ria armēta: aluearia: piſcinię: auiaria in cura erāt: ne quid vſq̄ gentiū ignoraret̄ ab eo. Quos percontā
do. L. ferme volumina illa pręclara de animalibus cōdidit. Quæ a me collecta in arctum cum iſs/quæ
ignorauerat: quęſo vt legentes boni conſulant in vniuerſis rerum naturæ operibus: medioq; clariſſi=
mi regum omnium deſiderio cura noſtra breuiter peregrinātes. Is ergo tradit leænam primo fœtu
parere quinq; catulos: ac per annos ſingulos vno minus: ab vno ſterileſcere. Informes minimaſq; car
nes magnitudine muſtellarum eſſe initio. Semeſtres vix ingredi poſſe: nec niſi bimeſtres moueri. In
europa aūt inter acheoloum tantum/& neſtum amnes leonis eſſe: ſed longe viribus præſtantiores iſs
quos africa/aut ſyria gignāt. Leonum duo genera/compactile & breue criſpioribus iubis. Hos paui=
diores eſſe q̄ longo/ſimpliciq; villo: eos cōtemptores vulnerum. Vrinam mares crure ſublato redde
re: vt canes. Grauem odorem: nec minus halitum. Raros in potu. Veſci alternis diebus. A ſaturitate
interim triduo cibis care: Quę poſſint in mādendo ſolida deuorare: nec capiente aluo conіectis ī fau
ces vnguibus extrahere: vt ſi fugiendum ſit nō in ſatietatē abeat. Vitam iſs longam docet argumēto
ꝙ plęriq; dentibus defecti reperiant̄. Polybius Aemiliani comes in ſenecta hoieȝ appeti ab iſs refert
Qm̄ ad ꝑſequēdas feras vires nō ſuppetāt. Tūc obſidere africę vrbes. eaq; de cauſa crucifixos vidiſſe
cū Scipione: quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrētur eadem noxa. Leoni tātuȝ ex feris clæmentia
in ſupplices proſtratis parcit: & vbi ſęuit: in viros prius q̄ in fœminas fremit: infantes non niſi magna
fame. Credit libya intellectū ꝓuenire ad eos precū. Captiuaȝ certe getulię reducē audiui multoꝵ in
ſiluis īpetū a ſe mitigatū alloquio auſę ſe dicere fœminā ꝓfugā: infirmā. ſupplicē aīalis oīm genero=

Leęnæ iubis carentes.
Prouerbiuȝ.
Ariſtoteles. ab alexādro vt aīantiū nā tā reꝫq; ſcru taret̄ miſſus.
Leęna q̄nto partu fit ſteri lis.
Leonis clæ=mentia



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0145-0

ſiſſimi: cæteriſq; ĩpantis indignã ei⁹ gloria ꝑdam. Varia circa hæc opinio ex ingenio cuiuſq; vel caſu mulceri alloquijs feras. Quippe iam ſerpẽtes extrahi cantu: cogiq; in pœnã. Verũ/ falſumue ſit: vita decreuerit. Leonum animi index cauda: ſicut & equorũ aures. Nanq; & has notas generoſiſſimo cuiq; natura tribuit. imota ergo placido clęmẽs/ blãdientiq; ſimilis: quod rarũ eſt. Crebrior enim iracũdia eius. In principio terga verberatur. Incremẽto terra. ceu quodã incitamẽto flagellantur. Vis ſũma in pectore. Ex omni vulnere ſiue vngue impreſſo: ſiue dente ater ꝓfluit ſanguis. Iidẽ ſatiati ĩnoxi ſunt. Generoſitas maxime in ꝑiculis dephẽdit̃: nõ in illo tantũmõ/ qꝫ ſpnẽs tęla diu ſe terrore ſolo tuetur: aut velut cogi teſtat̃. Cogit̃q; nõ tã̄ ꝑiculo coact⁹: ſed tanq̃ amẽtia ira⁹. Illa nobilior aĩ ſignificatio q̃libet magna canũ/ & venãtiũ vrgẽte vi: cõtemptim / reſiſtãſq; cedit in cãpis: & vbi videri poteſt Idem vbi virgulta/ ſiluaſq; penetrauerit acerrimo curſu fertur: velut deputãs abſconſione turpitudinem. Dũ ſeq̃tur: inſilit ſaltu: quo in fuga nõ vtitur. Vulneratus obſeruatione mira ꝑcuſſorem nouit: & in quãtalibet multitudine appetit. Eum vero q tęla quidẽ miſerit: ſed tamen nõ vulnerauerit correptum/ raptatũq; ſternit: nec vulnerat. Cum ꝓ catulis fœta dimicat oculorũ aciem traditur defigere in terrã ne venabula expaueſcat. Cæterũ dolis carent/ & ſuſpitione. Nec limis intuet̃ oculis: aſpiciq; ſimili mõ nolunt. Creditũ eſt a moriente humũ morderi: lachrymãq; lœto dari. Atq; hoc tale/ tãq; ſęuum animal rotarũ orbes circũacti: curruſq; inanes: & galinaceorũ criſtæ/ cantuſq; etiã magis terrẽt: ſed maxĩe ignes. Aegritudinẽ faſtidij tm̃ ſentit: in qua medetur ei cõtumelia: in rabiẽ agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis in remedio eſt. Leonum ſimul pugnam plurium romę princeps dedit. Q. Sceuola. P. filius in curuli edilitate. Centum aũt iubatorũ primus oĩ3. L. Sylla qui poſtea dictator fuit in prætura. Poſt eũ Põpeius magnus in cyrco. dc. ac in ijs iubatoꝝ. cccxv. Cæſar dictator quadringentos. Cape eos ardui erat quondã opis: foueiſq; maxĩe. Principatu Claudij caſus rationem docuit pudẽdam pene talis fere noĩe: paſtoris getuli ſago contra ingruẽtis impetum obiecto. qđ ſpectaculum in harenam ꝓtinus trãſlatum eſt: vix credibili modo torpeſcẽte tãta illa feritate: quis leui iniectu opto capite: ita vt deuiciatur nõ repugnãs. Videlicet oĩs vis cõſtat in oculis. Quo minus mirum ſit a Lyſimacho Alexãdri iuſſu ſimul incluſo ſtrãgulatũ leonẽ. Iugo ſubdidit eos. Primuſq; romæ ad currum iunxit. M. Antonius & quidem ciuili bello: cum dimicatum eſſet in pharſalicis campis nõ ſine oſtẽto quodã tp̃e illo generoſos ſpiritus iugum ſubire prodigio ſignificante. Nãqꝫ ita vectus eſt cum mima cytheride ſupra mõſtra etiam illarum calamitatum fuit. Prim⁹ aũt hoĩm leonẽ manu tractare auſus/ & oſtẽdere mãſuefactũ Hãno e clariſſimis pœnorũ tradit̃. Dãnatuſq; illo argumẽto: quoniã nihil nõ ꝑſuaſurus vir tam artificis ingenij videbatur: & male credi libertas ei: cui in tm̃ ceſſiſſet etiam feritas. Sunt vero & fortuita eorum quoq; clæmentiæ exempla. Mẽtor Syracuſanus in ſyria leone obuio ſuppliciter volutante attonitus pauore: cum refugienti vndiq; fera opponeret ſeſe: & veſtigia lamberet: adulanti ſimilis animaduertit in pede eius tumorem/ vulnuſq;: & extracto ſurculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hũc teſtatur ſyracuſis. Simili mõ Helpis ſamius natiõe in africam delatus naue: iuxta littus cõſpecto leone hiactu minaci arborem fuga petit Libero patre inuocato: quoniam tum præcipuus votorum locus eſt: cum ſpei nullus eſt. Sed neq; ꝓfugienti cũ potuiſſet: fera inſtiterat: & procumbens ad arborem hiatu/ quo terruerat miſerationem quærebat. Os morſu validiore adhæſerat dentibus: cruciabatq; inedia. Tum pene in ipſis ei⁹ tęlis ſuſpectantẽ/ ac velut mutis precibus orãtem: dum fortuitu fidẽs non eſt cõtra fera3. Multoq; diutius miraculo/ q̃ metu ceſſatum eſt. Digreſſus tandem euellit præbenti: & q̃ maxime opus eſt accõmodãti. Tradũtq; q̃diu nauis ea in littore ſtetit retuliſſe gratiam venatus aggerendo. Qua de cauſa Lybero patri templum in ſamo Helpis ſacrauit: quod ab eo factum gręci σωτηρο νεωσ τουΔιομυσιου. i. ſaluatoris tẽplum Dyoniſij appellauere. Miremur poſtea veſtigia hominum intelligi a feris: cum etiam auxilia ab vno animalium ſperẽt. Cur enim nõ ad alia iere? aut inde medicas manus hominis ſciũt? niſi forte vis malorum etiam feras omnia experiri cogit?

Leones dimicaturi oc'los ĩ terrã demit

Lyſimachus manu linguã leõis auellit.

Varia leonis exempla.

¶ De pantheris. CA. XVII.

NEque memorãdum & de pãthera tradit Demetrius phyſicus. Iacẽtem in media via hoĩs deſiderio repẽte apparuiſſe patri cuiuſdã philinis aſſectatoris ſapiẽtię: illũ pauore cœpiſſe regredi. Ferã vero circũuolutari nõ dubie blãdientẽ ſeſe cõflictãtẽ mœrore qui ẽt in pãthera intelligi poſſet. Fœta erat: catulis ꝓcul in foueã delapſis. Primũ ergo miratiõi fuit nõ expaueſcere proximum ei curã intẽdere: ſecutuſq; qua trahebat veſtem vnguiũ leni iniectu: vt cauſam doloris intellexit: ſimulq; ſalutis ſuæ mercedem: exemit catulos: eaq; cum ijs ꝓſequẽte/ vſq; extra ſolitudines deductus lęta/ atq; geſtiẽte: vt facile appareret gratiam referre: & nihil inuicẽ imputare: qđ etiam in hoĩe rarum eſt. Hęc fidem etiam Democrito afferunt: qui Thoantem in achaia ſeruatum a dracone narrat. Eum nutrierat puer dilectum admodum/ pauẽſq; ſerpentis naturam & magnitudi-

Thoas a dracõe liberat⁹.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0146-6
DFG

nē metuēs in ſolitudines tulerat.in quibus circumuēto latronuꝫ inſidiis agnitoqꝫ voce ſubuenit.Nā quę de īfantib⁹ ferarū lacte nutricis cū eſſēt expoſiti ꝓdūt:ſicut de cōditorib⁹ noſtris a lupa:magnitudini fatorū acceptare ferri æquus q̄ ferarum naturę arbitror.Pāthera & tigris maculaꝝ varietate ꝓpe ſolę beſtiarum ſpectantur.Cęteris vnus ac ſuus cuiuſqꝫ generis color eſt.Leonum tantum in ſyria niger.Pantheris in candido breues macularum oculi.Ferūt colore earū mire ſollicitari quadrupedes cunctas:ſꝫ capitis toruitate terreri.Quāobrē occultato eo reliquas dulcedine inuitatas corripiunt.Sunt qui tradant in armo iis ſimilē lunę eſſe maculaꝫ creſcētē in orbes:& cauantē pari modo cornua.Nunc varias & pardos qui mares ſūt appellāt in eo omni genere crebērrimo ī africa ſyriaqꝫ Quidam ab iis pantheras ſolo candore diſcernunt:nec adhuc aliam differentiam inueni.Senatuſcōſultum fuit vetus:ne liceret affricanas in italiam aduehere.Cōtra hęc tulit ad populum.Cn. Aufidius tribunus plebis:permiſitqꝫ circenſiuꝫ gratia importare.Primus aūt Scaurus ædilitate ſua.cl.vniuerſa miſit.Deinde Pōpei⁹ magn⁹ quadringētas decē.Diu⁹ Auguſt⁹ quadrigētas vigiti idē.Q.Tuberone Fabio Maxio cōſ.iiii.nonas Maii.theatri Marcelli dedicatione tigrin prim⁹ oīm romę oſtēdit in cauea māſuefactā.Diu⁹ vero Claudius ſimul quattuor.

Pātherę & tygres ſparſis maculis

In ſyria leones nigri.

Pātherę in armo maculam lunę mō creſcentem hūt.

¶De tigridis natura:& camelis:& camelopardali: & quando primum viſa Romæ. CA.XVIII.

Tigrin hyrcani & indi ferunt animal velocitatis tremendę:& maxime cognitæ dū capitur. Totus eius fœtus qui ſemper numeroſus eſt ab inſidiante rapitur equo q̄ maxime ꝑnici atqꝫ in recentē ſubinde tranſfertur:At vbi vacuum cubile repperit:fœta(maribus enī cura nō eſt ſobolis)fertur pręceps odore veſtigans.Raptor appropinquāte fremitu abiicit vnum ex catulis.Tollit illa morſu:& pondere etiam ocior acta remeat:iterum conſequitur & ſubinde:donec in nauē regreſſo irrita feritas ſęuit in littore.Camellos iter armēta paſcit oriēs:quoꝝ duo genera bactrię & arabię differunt:ꝙ illi bina habēt tubera in dorſo:hi ſingula:& in pectore alteruꝫ cui incumbant.Dentium ſuperiore ordine vt boues carēt in vtroqꝫ genere. Omnes aūt iumētoꝝ in iis terris dorſo fungunꝰ:atqꝫ etiā equitatu in prælíis.Velocitas inter equos.Sꝫ ſua cuiqꝫ mēſura:ſicuti vires Nec vltra aſſuetum ꝓcedit ſpaciū:nec plus inſtituto onere recipit. Odiuꝫ aduerſus equos gerunt naturale.Sitim & quatriduo tolerant.Implētur cuꝫ bibēdi occaſio eſt:& in præteritū & ī futurum:obturbata conculcatione prius aqua:aliter potu nō gaudēt.Viuūt quinquagenis annis:quidam & cētenis.Vtcunqꝫ rabiem & ipſi ſentiunt.Caſtrandi genus etiam fœminas quę bello pręparētur:inuentum eſt.Fortiores ita fiunt coitu negato.Horum aliqua ſimilitudo in duo trāſfertꝰ animalia.Nabim ęthiopes vocāt:collo ſimilem equo:pedibus & cruribus boui:camelo capite:albis maculis rutilum colorē diſtinguētibus.Vnde appellata camelopardalis.Dictatoris Cæſaris circēſibus ludis primum viſa romæ.Ex eo ſubinde cernitur aſpectu magis q̄ feritate conſpicua. Quare etiam ouiſſerę nomen inuenit.

Modus tygrium captandarum.

¶De chao & cepho. CA.XIX

Pompeii magni primum ludi oſtenderunt chaum:quem galli Rhaphiuꝫ vocabant:effigie lupi:pardorum maculis.Idem ex ęthiopia quas vocāt cephos:quarum pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus.priores manib⁹ fuere ſimiles hoc animal poſtea Roma non vidit.

Cephi hūanos pedes manuſqꝫ habentes.

¶De rhinocerote. CA.XX.

Iiſdem ludis & rhinoceros vnius in nare cornu qualis ſæpe viſus.Alter hic genitus hoſtis elephanto:cornu ad ſaxa limato pręparat ſe pugnę.In dimicatione aluuꝫ maxime petēs quā ſcit eſſe molliorē.Lōgitudo ei par.Crura multo breuiora.Collor buxeus.

Rhinocerotis & elephanti pugna

¶De lyncibus:& ſpingibus:& crocutis.cercopithecis: indicis bubus:leucrocutis:eale:tauris æthiopię:manticora:monocerote:catoblepā:baſiliſco. CA.XXI.

Lyncas vulgo frequētes & ſpyngas fuſco pilo:māmis in pectore geminis ęthiopia generat multaqꝫ alia monſtro ſimilia.Pennatos equos & cornibus armatos:quos pegaſos vocant. Crocutas velut ex cane lupoqꝫ conceptos omnia dētibus frāgētes:ꝓtinuſqꝫ deuorata cōficiētes ventre.Cercopithecos nigris capitib⁹:pilo aſinino:& diſſimiles cęteris voce.Indicos boues vnicornes tricorneſqꝫ.Leucrocutam pernicioſiſſimam feram:aſini fere magnitudine:cruribus ceruinis:collo cauda pectore leonis:capite melium:biſulca vngula:ore ad aures vſqꝫ reſciſſe: dentium loco oſſe ꝑpetuo.Hāc feram humanas voces tradūt imitari.Apud eos & quæ vocaꝰ eale magnitudīe equi fluuialis:cauda elephanti:colore nigra vel fulua.Maxillas apri:maiora cubitalibus cornua habēs mobilia:quę alterna in pugna ſiſtit:variatqꝫ infeſta:aut obliqua:vtcumqꝫ ratio monſtrauit.Sed

Pegaſi equi alati.

Leucrocuta hūanas imitatur voces.

atrociſſimos habet tauros ſilueſtres maiores agreſtibus:velocitate ante omnes:colore:fuluos:oculis ceruleis:pilo in cōtrariū verſo:rictu ad aures dehiſcēte:Iuxta cornua mobilia. Tergoris duricia ſilicis:omne reſpuens vulnus. Feras omnes vernanť. Ipſi nō aliter q̄ foueis capiti fetitate ſemp intereunt. Apud eodem naſci. Creſias ſcribit quam manticoram appellat triplici dentium ordine pectinati coeūti.

*Manticora hois facie.*

Facie & auriculis hoīs:oculis glaucis:colore ſāguineo:colore leōis:cauda ſcorpiōis mō ſpicula infigētē. Vocis vt ſi miſceať fiſtulæ & tubę concētus. Velocitatis magnæ: hūani corporis vel præcipue appetentem. In india & boues ſolidis vngulis:vnicornes:& ferā nomine axin:hinnuli pelle:pluribus candidioribuſq; maculis ſacram Liberi patris. Orſei indi ſimias candentes toto corpore venantur. Aſperrimā autem ferā monocerotem:reliquo corpore equo ſimilē:capite ceruo:pedibus elephanto:cauda apro:mugitu graui:vno cornu nigro media fronte cubitorum duū eminēte.

*Vel niger.*

*Catoblepas viſu homines necat.*

*Baſylicus ſerpentum rex*

Hanc ferā viuam negant capi. Apud heſperios æthiopas fons eſt nigris vt plęriſq; exiſtimauere nili caput:vt argumēta quę diximus:perſuadent. Iuxta hūc fera appellatur catoblepas modica alioquī cęteriſq; mēbris iners:caput eius tantū prægraue ægre ferens:id deiectum ſēper in terram. Alias internetio humani generis oībus:qui oculos eius videre:confeſtim expirātib⁹. Eadem & Baſiliſci ſerpentis eſt vis. Cyrenaica hūc generat prouincia .xiȷ. nō amplius digytoꝝ magnitudine. Candida in capite macula vt quodaȝ diademate inſigni. Sibilo omnes fugat ſerpētes. Nec flexu multiplici:nec vt reliquæ corpus impellit:ſed celſus & erectus in medio incedēs. Necat frutices non contactas modo:verum eſt afflatas exurit hærbis:rumpit ſaxa. Talis vis malo eſt. Creditum quōdam ex equo occiſo haſta:& per eam ſubeunte vi nō equitem modo ſed quoq; abſumptum. Huic tali monſtro (ſæpe enim enectum cōcupiuere reges videre) muſtellarū virus exitio eſt adeo naturæ nihil placuit eē ſine pari. Interficiūt eos cauernis facile cognitis ſola tabe. Necant illi ſimul odore:moriunťq;: & naturæ pugnam conficiunt.

## De lupis. CA.XXII.

*Lupi vocem adimunt.*

Sed in italia quoq; creditur luporum viſus eſt noxius. Vocēq; homini quē priores contemplatur/adimere ad pręſens. Inertes hos paruoſq; africa & ęgyptus gignūt:aſperos truceſq; frigidior plaga. Homines in lupos verti:rurſumq; reſtitui ſibi: falſum eſſe cōfidēter exiſtimare debemus:aut credere omnia quæ fabuloſa tot ſęculis cōperimus. Vnde tamē iſta vulgo infixa ſit fama intantum vt in maledictis verſipelles habeāt:indicabitur.

*Hoīes (ſim ō credere dignum ē) in lupos transfigurati*

*Græcię leuis credulitas.*

Euātes inter auctores græciæ non ſpretus tradit archadas ſcribere ex gente Antęi cuiuſdā ſorte familia electuȝ ad ſtagnum quoddam regionis eius duci:veſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare:atq; abire in deſerta trāſfigurariq; in lupum:& cum cæteris eiuſdem generis cōgregari ꝑ annos nouē. Quo in tpe ſi homine ſe abſtinuerit reuerti ad idē ſtagnum:& cum tranauerit effigiē recipere ad priſtinum habitū addito nouē annorum ſenio. Addidit quoq; Fabius eandem recipere veſtem. Mirum eſt q̄ procedat gręca credulitas. Nullum tam impudens mendaciū eſt vt teſte careat. Itaq; Copas qui olympionica ſcripſit narrat Demarchum Parrhaſium in ſacrificio quod archades: Ioui Lyceo humana etiam cū hoſtia faciebant:imolati pueri exta deglutaſſe:& in lupum ſe cōuertiſſe. Eūdem decimo anno reſtitutū athleticæ reſtitiſſe in pugilatu: victorēq; victoria olympia reuerſū. Quin & caudę hu⁹ aīalis creditur vulgo ineſſe armatorium virus exiguo in villo:eumq; capiatur abiȷcere. Nec ideȝ pollere:niſi viuenti direptum.

*Lupi terra fame veſcentes.*

Dies quibus coeant toto anno non amplius .xiȷ. Eundem in fame veſci terra. Inter auguria ad dexteram cōmeantium pręciſo itinere ſi plęno id ore fecerit:nullum omniū præſtātius. Sunt in eo genere qui ceruariȷ vocāť:qualem e gallia in pompei magni harena ſpectatum diximus. Huic q̄uis in fame mandenti ſi reſpexit obliuionem cibi ſurrepere aiunt:degreſſuq; q̄rere alid.

## De ſerpentibus. CA.XXIII.

*Amphesibenæ duorum capitum ſerpens.*

*Aſpidis morſus peſtifer.*

Quod ad ſerpētes attinet vulgatum eſt colores earuȝ plęraſq; terras habere in quas occultentur. In numera eſſe genera. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina: quoꝝ motu reliquo corpore occultato ſollicitent ad ſe aues. Geminuȝ caput amphesibonæ:hoc eſt & ad caput & ad caudam tanq̄ parum eſſe vno ore fūdi venenum. Aliȷs ſquāmā eſſe. aliȷs picturas. Omnibus exitiale virus. Iaculum ex arboꝝ ramis vibrari. Nec pedibus pauēdas tantum ſerpentes:ſed & miſſili volare tormēto. Colla aſpidū intumeſcere nullo ictus remedio: prӕterq̄ ſi cōfeſtim ꝑtes contactæ amputentur. Vnus huic tam peſtifero animali ſēſus vel poti⁹ affectus eſt. Coniuga ferme vaganť:nec niſi cuȝ compare vita eſt. Itaq; alterutra interēpta: incredibilis alteri vltionis cura. Perſequiť interfectorē:vnumq; eum in quātolibet populi agmine noticia quadā infeſtat perrumpit omnes difficultates. ꝑmeat ſpatia:nec niſi amnibus arceť:aut pręceleri fuga. Nō eſt fateri rerum natura largius mala an remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit:eoſq; nō in fronte aut ex aduerſo cernere:ſȝ in tꝑibus. Ita excitať:ſȝ ſæpius auditu q̄ viſu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0148-7

¶De ichneumone. CA.XXIIII.

HAbet deīde interneciuū bellū cū ichneumone. Notū eſt animal hac gloria maxime in ea
dem natum ęgypto. Mergit ſe ī limo ſępius: ſiccatq; ſole. Mox vbi pluribꝰ eodē modo ſe
corijs loricauit in dimicationē pergit. In ea caudā attollens ictus irritos auerſꝰ excipit: do
nec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. Nec hoc cōtentus aliud haud mitius de
bellat animal.

*Ichneumon cum aſpide pugnat.*

¶De crocodilo & hippopotamo. CA.XXV.

CRocodilum habet nilus quadrupes malū: & terra pariter ac flumine infeſtum. Vnuȝ hoc
animal terreſtrē lingue vſu caret. Vnum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſuȝ: ali
ās terribile pectinatim ſtipāte ſe dentium ſerie. Magnitudine excedit plærūq; duodeui=
ginti cubita. Parit oua quanta anſeres: eaq; extra eum locū trāfferens ſemper incubat: p̄=
diuinatione quodam ad quem ſummo auctu eo anno egreſſus eſt nilus. Nec aliud animal ex minori
origine in maiore creſcit magnitudinem. Et vnguibus hic armatus eſt contra omnes ictus cute inui
cta. Dies in terra agit: noctes aqua temporis vtrumq; ratione. Hunc ſaturum cibo piſcium: & ſemp
eſculento ore in littore ſomno datum parua auis quæ trochilos ibi vocatur rex auium in italia: inui
tat ad hiandum pabuli ſui gratia os primum eius adſultim repurgās: mox dentes: & intꝰ fauces quo
q; ad hanc ſcabendi dulcedinem q̄ maxime hiantes. In qua voluptate ſomno preſſum conſpicatus
ichneumon per eaſdem fauces: vt tęlum aliquod immiſſuȝ erodit aluum. Similis crocodilo: ſed mi=
nor etiam ichneumone eſt in nilo natus ſcincos: contra venena pręcipuum antidotuȝ. Itē ad inflam=
mandā virorū venerē. Verū in crocodilo maior erat peſtis q̄ vt vno eſſet eius hoſte natura contenta.
Itaq; & delphini imeātes nilo: quorum dorſo tanq̄ ad hūc vſum cultellata ineſt penna abigētes eos
pręda: ac velut in ſuo tantum amne āregntes alioquin impares viribus ipſi aſtu interimunt. Callent
enim in hoc cuncta animalia: ſciuntq; non modo ſua commoda: verum & hoſtium aduerſa. Norūt
ſua tęla: norūt occaſiones: parteſq; diſſidentium in belli. In ventre mollis eſt: tenuiſq; cutis crocodi=
lo: ideo ſe vt territi immergunt delphini: ſubeunteſq; aluum illā ſecant ſpina. Quin & gens hominū
huic belue aduerſa in ipſo nilo. Tentyritę ab inſula in qua habitant appellata. Menſura eorū parua
ſed pręſentia animi in hoc tantuȝ viſu mira. Terribilis hęc cōtra fugaces bęlua eſt: fugax cōtra inſe=
quentes. Sed aduerſum ire ſoli hi audent. Quinetiam flumini innatant. Dorſoq; equitantium modo
impoſiti hiantibus reſupino capite ad morſuȝ addita in os claua dextra ac leua tenētes extrema eiꝰ
vtrinq; vt fręnis in terrām agunt captiuos: ac voce etiam ſola territos cogunt euomere recētia corpo
ra ad ſepulturam. Itaq; ei vni inſulę crocodili non adnatant. Olfatuq; eius generis hominū: vt pſyl=
lorum ſerpentes fugantur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua: extra acerrimi viſus
Quattuorq; menſes hyemis inedia ſemp tranſmittere in ſpecu. quidam hoc vnuȝ q̄diu viuat creſce=
re arbitrantur. Viuit autem longo tempore. Maior altitudine in eodē nilo bęlua hyppopotamꝰ edi
tur. Vulgus binis quales bubus: dorſo equi: & iuba: & hinnitu: roſtro reſimo: cauda torta: & dētibꝰ
aproruȝ aduncis: ſed minꝰ noxijs. Tergoris ad ſcuta galeaſq; impenetrabilis: præterq̄ ſi humore ma
deat. Depaſcitur ſegetes: deſtinatione ante vt ferūt: determinatas in diem & ex agro ferētibus veſti=
gijs ne quæ reuertenti inſidię comparentur.

*Vnde os crocodilicum*

*Crocodili diu ī terra nōctu in aqua verſantur.*

*Trochilos.*

*Ichneumon crocodilum necat.*

*Delphini. idem faciunt*

*Cōſpecto homine flere dr̄ cro. mox appropiquantē deuorat. hinc lachrymæ crocodili.*

*Hippopotami in ferēdis veſtigijs aſtutia.*

¶Qui primus romæ hippopotamū & crocodilos oſtendit. CA.XXVI.

PRimus eum & quinq; crocodilos romæ ędilitatis ſuæ ludis. M. Scaurus temporario euri=
po oſtendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiaȝ magiſter exiſtit: aſſidua nā=
q; ſatietate obeſus exit in littus: recentes arundinum cæſuras perſpeculatus: atq; vbi acu=
tiſſimum videt ſtipitē imprimens corpus venam quandam in crure vulnerat: atq; ita ꝓfluuio ſāgui=
nis morbidū alias corpꝰ exonerat: & plagam limo rurſus obducit.

*Medici phlebothomiā ab hippopotamo didiſcere Vel incute.*

¶Quæ animalia quas hærbas oſtenderunt cerui lacerti: hirundines:
teſtudines: muſtella: ciconia: aper: anguis: draco: panthera: elephas: vrſi:
cerui: palūbes: colūbæ: grues: coruus. CA.XXVII.

SImile quidam & volucris in eadem ęgypto monſtrauit: quę vocatur ibis roſtri aduncita=
te per eā partem ſe perluens: qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. Nec hæc ſo=
la multis animalibus reperta ſunt vſui futura & homini. Dictamum hærbam extrahēdis
ſagittis cerui monſtrauere percuſſi eo tælo: paſtuq; eius hærbę eiecto. Ideȝ percuſſi a pha
langio quod eſt aranei genus: aut aliquo ſimili cancros edendo ſibi medentur. Eſt & ad ſerpentiuȝ
ictus præcipua: qua ſe lacerti: quotiens cum his cōſeruere pugnam vulnerati refouent. Chelidoniā
viſui ſaluberrimā hirūdines monſtrauere vexatis pullorū oculis illa medētes. Teſtudo cunilæ quaȝ
bubulam vocant paſtu vires contra ſerpētes refouet. Muſtella ruta in murium venatu cum ijs dimi

*Ibis clyſteros modū mōſtrauit dictamuȝ cerui.*

*Chelidoniā hirūdines lapidē viſui ſalubertimam.*

cãtione cõſerta. Ciconia origano. Edera apri in morbis ſibi medeñ: & cãcros veſcẽdo maxime mari
eiectos. Anguis hyberno ſitu mẽbrana corporis obducta fœniculi ſucco impedimẽtum illud exuit:
nitiduſq; vernat. Exuit aũt a capite primũ: nec celerius q̃ vno die ac nocte replicans: vt extra fiat mẽ
branę quod fuerat intus. Ide3 hyberna latebra viſu obſcurato: matathro hęrbę ſeſe affricãs oculos
inũgit ac refouet. Si vero ſquamę obtorpuere: ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Dracovernã nauſeã ſilueſtris
lactucæ ſucco reſtringit pãtheras p̄ carnes fricatas aconito venañ barbari. Occupat ilico fauces ea
rum angor. Quare pardalianches id venenum appellauere quida3. At fera contra hæc excremẽtis
hominis ſibi medetur: & alias tam auida eoru3: vt a paſtoribus eſt induſtria in aliquo vaſe ſuſpẽſa al
tius q̃ vt queat ſaltu cõtingere: iaculando ea petẽdoq; defatigata poſtremo expiret: alioquin viua-
citatis adeo lẽtę: vt eiectis interaneis diu pugnet. Elephas cameleonte cõcolori: frõde deuorato oc
currit oleaſtro huic veneno ſuo. Vrſi cum mãdragoræ mala deguſtauere: formicas lãbunt. Ceruus
hęrba cynare venenatis pabulis reſiſtit. Palumbes: graculæ: merulæ: perdices: lauri folio annuũ fa-
ſtidium purgant. Columbæ: turtures: & gallinacei hęrba quę vocatur helxine. Anates: anſeres: cæ-
teræq; aquaticæ: hærba ſiderite: Grues & ſimiles iunco paluſtri. Coru⁹ occiſo cameleonte: qui etiã
victori nocet lauro infeſtum virus extinguit.

Paſtorum in-
duſtria.

## Prognoſtica animalium. CA.XXVIII.

Millia præterea vtpote cũ plurimis animalibus eadẽ natura reru3. cœli quoq; obſeruatiõe
& ventorum: & hymbriũ: & tẽpeſtatum pręſagia alijs alia dederit: quod perſequi immẽ
ſum eſt: æque ſcilicet: q̃ reliquã cũ ſingulis hominũ ſocietatẽ. Siquidẽ & pericula pręmo
nent: nõ fibris modo extiſq;: circa quod magna mortalium portio hęret: ſed alia quadam ſignifica-
tione. Ruinis imminentibus muſculi præmigrant. Aranei cum telis primi cadunt. Auguria quide3
artem periculis fecere. Apud romanos ſacerdotum collegium: vel maxime ſolemne eſt. In thracia
locis rigentibus & vulpes animal alioquin ſolerti auditu: amnes gelatos: lacuſq; non niſi ad paſtus
ituræ: redituræq; tranſeunt. Obſeruatũ eã aure ad glaciẽ appoſita conectare craſſitudinẽ gelu.

## Ciuitates & gentes a minutis animalibus deletæ. CA.XXIX.

Nec minus clara exitij documenta ſunt etiã ex cõtẽnẽdis animalibus. M. Varro auctor eſt
a cuniculis ſuffoſũ in hiſpania oppidum: a talpis in theſſalia: ab ranis ciuitatem in gallia
pulſã: ab locuſtis in africa. Ex gyaro cycladu3 inſula incolas a muribus fugatos. In italia
amyclas a ſerpẽtib⁹ deletas. Citra cynamulgos æthiopas late deſerta regio eſt a ſcorpio-
nibus & ſolpugis gẽte ſublata: & a ſcolopẽdris abactros otrerietes auctor eſt Theophraſtus. Sed ad
reliqua ferarum genera tranſeamus.

Ex gyaro in-
ſula quũ mu-
res incolas
fugaſſẽt ferrũ
roſere.

## De hyena & crocuta & manticora & fibris & lutris. CA.XXX.

Hyenis vtranq; eſſe natura3: & alternis annis eſſe marem: alternis fœminã fieri. Parere ſine
mare vulgus credit. Ariſtoteles negat. Collum & iuba cõtinuitate ſpinę porrigitur: flecti
q; niſi circũactu totius corporis nequit. Multa præterea mira tradũtur. S3 maxie ſermo-
nẽ humanũ inter paſtorum ſtabula aſſimulare: nomenq; alicuius adiſcere: quẽ euocatu3
foras laceret. Ite3 vomitionem hominis imitari ad ſollicitãdos canes: quos inuadat. Ab vno animali
ſepulchra erui: inquiſitione corporũ. Fœminã raro capi. Oculis mille eſſe varietates: oculorũq; mu
tationes. Præterea vmbrę eius contactu canes obtumeſcere. Et quibuſdam magicis artibus omne
animal quod ter luſtrauerit in veſtigio hęrere. Huius generis coitu leæna ęthiopica parit crocuta3:
ſimiliter voces imitante3 hominum pecorumq;. Acies ei perpetua in vtraq; parte oris: nullis gingi-
uis dente continuo: qui ne contrario occurſu hebetetur: capſarũ modo includitur. Hominũ ſermo-
nes imitari & mãticoram in ęthiopia auctor eſt iuba. Hyenę plurimę gignuntur in africa: quę & aſi
norum ſilueſtrium multitudinẽ fundit. Mares in eo genere ſingulis fœminarũ gregibus imperitãt.
Timent libidinis ęmulos: & ideo grauidas cuſtodiunt. Morſuq; natos mares caſtrãt. Cõtra grauidę
latebras petũt: & parere furto cupiunt: gaudẽtq; copia libidinis. Eaſdẽ partes ſibijpſi pontici ampu
tant fibri periculo vrgente: ob hoc ſe peti gnari. Caſtoreum id vocant medici. Alias animal horren-
di morſus. Arbores iuxta flumina vt ferro cędit. Hominis parte cõpręhẽſa nõ anteq̃ facta cõcrepue
rint oſſa morſu reſoluit. Cauda piſcium ijs: cętera ſpecies lutrę. Vtrunq; aquaticum. Vtriq; mollior
pluma: pilus.

Hyena vtriuſ
q; ſexus dr̃.

Sermonẽ hu-
manũ effigit.

Mirabilis
hyenę aſtutia
Manticora
crocutaq; hu
manos imitã
tur ſermones

## De ranis & vitulis marinis & ſtellionibus. CA.XXXI.

Ranę quoq; rubetæ quarum & in terra & in humore eſt vita: plurimis refertę medicamini
bus deponere ea quotidie: ac reſumere paſtu dicũtur: venena tantũ ſibi reſeruantes. Simi-
lis & vitulo marino victus in mari ac terra. Simile fibro & ingeniu3. Euomit fel ſuũ ad mul
ta medicamẽta vtile. Itẽ coagulũ ad comitiales morbos. Ob ea ſe peti prudẽs. Theophraſt⁹ auctor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0150-7

eſt:angues eodẽ mõ & ſtelliones ſenectutẽ exuere:eaq; ꝓtinus deuorare:pręcipiẽtes cõmitiali morbo remedia. Eoſdem peſtiferos ferunt in gręcia:innocuos eſſe in ſicilia.

¶De ceruis. CA.XXXII.

SEruis quoq; eſt ſua malignitas:quãq̄ placidiſſimo animaliũ:vrgẽte vi canũ vltro cõfugiunt ad hoiem. Et in pariẽdo ſemitas minꝰ cauẽt:humanis veſtigijs tritas:q̄ quę ſecretę ac feris opportunę. Cõceptꝰ earũ poſt arcturi ſydus. Octonis mẽſibꝰ ferũt partꝰ: & interdu3 gẽmos. A cõceptu ſeparãt ſe. At mares:relicti rabię libidinis ſeruiũt. Fodiũt ſcrobes. Tũc roſtra eorũ nigreſcũt:donec aliqui abluant hymbres. Fœminę aũt partũ purgantur hęrba quadam quę ſeſelis dicit:faciliore ita vtẽtes vtero. A partu duas habẽt hærbas quę aros & ſeſelis appellatur. paſtę redeunt ad fœtũ. Illos imbui lactis primo nolunt ſucco quacunq; de cauſa. Editos partus exercẽt curſu:& fugã meditari docẽt. Ad prerupta ducunt:ſaltũq; demonſtrant. Iam mares ſoluti deſiderio libidinis auide petũt pabula. Vbi ſe prępingues ſenſere latebras quęrũt:fatentes incõmodũ pondus:& alias ſemp in fuga acquieſcũt:ſtanteſq; reſpiciunt. Cum prope vẽtum eſt:ruſus fugę p̄ſidia repetẽtes. Hoc fit inteſtini dolore tam infirmi:vt ictu leui rũpatur intus. Fugiũt aũt latratu canũ audito:aura ſemp ſecunda:vt veſtigia cũ ipſis abeant. Mulcẽtur fiſtula paſtorali & cãtu. Cũ erexere aures:accerrimi auditus:cũ remiſere:ſurdi. Cæterum animal ſimplex:& omniũ rerũ miraculo ſtupẽs: i tantũ/vt equo aut bucula accedẽte ꝓprius hominẽ iuxta venantẽ nõ cernãt:aut ſi cernunt: arcum ipſum ſagittaſq; mirẽtur. Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine:& capita imponẽtes præcedentium clunibus:vicibuſq; ad terga redeũtes. Hoc maxime notatur a cilicia cyprũ traijcientibus. Nec vident terras:ſed in odore earũ natant. Cornua mares habent:ſoliq; animaliũ omnibus ãnis ſtatuto veris tempore amittunt. Ideo ſub ipſa die q̄ maxie in via petũt. Latẽt amiſſis velut inermes. Sed & ipſi bono ſuo inuidentes. Dextrũ cornu negant inueniri:ceu medicamento aliquo p̄ditum. Idq; mirabilius fatendum eſt:cum & in viuarijs mutent omnibus annis. Defodi ab ijs putãt. Accenſis autem vtriſlibet odore ſerpentes fugantur:& comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quoq; ętatis in illis gerunt ſingulis annis adijcientibus ramos vſq; ad ſexẽnes. Ab eo tempore ſimilia reuiuiſcũt. Nec poteſt ætas diſcerni. Sed dentibus ſenecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent:nec in cornibus imis ramos:alioquin ante frontem prominere ſolitos iunioribus. Nõ decidũt caſtratis cornua:nec naſcũtur. Erumpunt aũt renaſcẽtibus tuberibus primo aridæ cutis ſilia. Eadem teneris increſcunt ferulis arũdineas in pãniculas molli plumata lanugine. Quãdiu carẽt ijs noctibus procedunt ad pabula. Increſcentia ſolis vapore durant:ad arborem ſubinde experientes. Vbi placuerit robur:in aperta prodeũt. capiti iam ſunt edera in cornibus viridante ex attritu arborum:vt in aliquo ligno teneris dum experiuntur innata. Fiunt aliquando ex cãdido calore qualem fuiſſe traditur. Q. Sertorij ceruam:quam eſſe fatidicam hiſpaniæ gentibus perſuaſerat. Et ijs cũ ſerpente pugna. Inueſtigant cauernas:variumq; ſpiritu extrãhunt renitentes. Ideo ſingulare abigẽdis ſerpentibus odor aduſto cornu ceruino. contra morſu vero pręcipuum remedium ex coagulo hinnuli in vtero occiſi. Vita ceruis in confeſſo longa: poſt cẽtum annos aliquibus carptis cũ torquibus aureis quos alexãder magnus addiderat:adopertis iam cute in magna obeſitate. Febrium morbos nõ ſentit hoc animal. Quin & medetur huic timori. Quaſdã nos pricipes fœminas ſcimus oibꝰ diebus matutinis carnem eã deguſtare ſolitas:& lõgo æuo caruiſſe febribus. Quod ita demũ exiſtimãt ratum ſi vulnere vno interierit.

Paulo ãn p̄tũ cęrue purgant ſe ſeſeli hęrba.

Auditus ceruoꝝ mutabiſ

Cerui flumia traijciẽtes tergo capita ſub leuant ſequẽtium

Cerui mares ſolũ etiã(vt & vult Ariſtoteles)cornua habẽt fœminę nequaq̄.

Cerui cũ ſerpẽtibꝰ pugna

Odor cerui cornu aduſti ſerpentes fugans.

Ceruus ab alexandro captus.

Caro ceruina cõtra febriu3 morbos.

¶De tragelapho:& chameleonte:& reliquis colorem mutantibus. CA.XXXIII.

ESt eadem ſpecie barba tantum & armorum villo diſtans:quem tragelophon vocãt: non alibi q̄ iuxta phaſin amnem naſcens. Ceruos africa propemodum ſola nõ gignit. At chameleontem & ipſa:quãq̄ frequẽtiorem india. Figura & magnitudo erat lacerti: niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera ventri iungũtur & piſcibus & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum vt in paruo ſit haud abſimile ſuillo. Cauda prælonga in tenuitatem deſinens: & implicans ſe viperinis orbibus. Vngues adunci. Motus tardior vt teſtudini. Corpus aſpecu3 vt crocodilo Oculi in receſſu cauo:tenui diſcrimine prægrandes:& corpori cõcolores. Nunq̄ eos operij:nec pupillæ motu:ſed totius oculi verſatione circumaſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore. Solus animaliũ: nec cibo:nec potu:ſemper alitur:nec alio q̄ aeris alimẽto. Circa caprificos ferus: innoxius alioquin. Et coloris natura mirabilior. Mutat namq; eum ſubide & oculis & cauda & toto corpore. Redditq; ſemper quẽcunq; proxime attingit pręter rubrum candidumq;. Defũcto pallor eſt. Caro i capite & maxillis & ad cõmiſſurã caude admodũ exigua. Nec alicubi toto corpore. Sanguis in corde & circa oculos tãtum. Viſcera ſine ſplene. Hybernis mẽſibus latet vt lacerta.

Chameleon ſolo alitur aere.

Proximum ſibi mutat.

¶De tarando & lychaone & thoe. CA.XXXIIII.

Taradi i mutado arboru colore i qbus latet ne capiatur/aſtutia.

MVtat colores ſcitharum tarandus: nec aliud ex ijs quæ pilo veſtiuntur: niſi in indis lycaon: cui iubata traditur ceruix. Nam thoes luporum id genus eſt procerius lõgitudine: breuitate crurum diſſimile: velox ſaltu. Venatu viuens. Innocum homini. Habitum nõ colorez mutat. Per hyemes hirti: æſtate nudi. Tarando magnitudo quæ boui eſt. Caput maius ceruino: nec abſimile. Cornua ramoſa: vngula bifida: villus magnitudine vrſorum. Sed cuz libuit ſui coloris eſſe: aſino ſimilis eſt. Tergori tanta duricia: vt thoraces ex eo faciãt. Colorem omnium arborũ fruticum florũ locorũq; redit metuens in quibꝰ latet. Ideoq; raro capitur. Mirum eſſet habitum corpore taz multiplicem dari: mirabilius & villo.

¶De hyſtrice. CA.XXXV.

Hyſtrix ſpinas i pſequentes iaculatur.

HYſtrices generat india: & africa ſpina cõtectas: ac erinaceoruz genere: ſz hyſtrici lõgiores aculei: & cũ intẽdit cutẽ miſſiles. Ora vrgẽtiũ figit canũ: & paulo lõgius iaculatur. Hybernis autem ſe menſibus condit. Quæ natura multis & ante omnia vrſis.

¶De vrſis & fœtibus eorum. CA.XXXVI.

Vrſæ carnem edũt informẽ Vnde poeta more vrſino ſua effigiebat poemata.

Vrſorũ ſõnus

EOrum coitus hyemis initio: nec vulgari quadrupedũ more: ſed ambobꝰ cubãtibꝰ cõplexiſq;. Deinde receſſus in ſpecꝰ ſepatim: in quibꝰ pariũt triceſimo die: ac plurimuz quinos. Hi ſũt cãdida informiſq; caro: paulo muribꝰ maior: ſine oculis: ſine pilo. Vngues tãtũ pminent. Hãc lãbẽdo paulatim figurãt. Nec quicq̃ rarius hoies q̃ pariẽtẽ videre vrſã. Ideo mares quadragenis diebꝰ latẽt. Fœminę quaternis mẽſibus. Specus ſi nõ habuere: ramorũ fruticũq; cõgerie ędificant: in penetralibus hymbribus molliq; fronde conſtratos. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno præmuntur: vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc miruz immodũ vterno pingueſcunt. Illi ſunt adipes medicaminibus apti: cõtraq; defluuium capilli tenaces. Ab ijs diebus reſidunt: ac priorum pedum ſuctu viuunt. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent: nõ alio incubitu q̃ oua volucres. Mirum dictu credit Theophraſtus per id tempus coactas quoq; vrſorum carnes ſi aſſeruent increſcere. Cibi tunc nulla argumenta: nec niſi humoris minimum in aluo iueniri. Sanguinis exiguas circa corda tãtum guttas: reliquo corpori nihil eſſe. Procedũt vere: ſed mares præpingues. Cuius rei cauſa nõ prompta eſt. Quippe nec ſomno quidem ſaginatis pręter quattuordecim dies vt diximus. Exeuntes hærbam quandam aron nomine laxandis inteſtinis alioquin concretis deuorant. circaq; ſurculos dentioni prædomantes ora. Oculi eorum hebetãtur crebro. Qua maxime fauos cauſa expetũt: vt cõuulneratum ab apibus os leuet ſanguine grauedinem illam. Inualidiſſimũ vrſo caput: quod leoni fortiſſimum. Ideo vrgẽte vi pręcipitaturi ſe ex aliqua rupe: manibus eo operto iaciunt: ac ſæpe in harena colaphis inflictis exanimant. Cerebro veneficiũ eſſe hiſpaniæ credũt occiſorumq; in ſpectaculis capita cremant teſtato quoniam potum in vrſinã rabiẽ agat. Ingrediũtur & bipedes. Arborem auerſi diripiunt. Tauros ex ore cornibuſq; eorum pedibus omnibus ſuſpenſi pondere fatigãt. Nec alteri animalium in maleficia ſtultitia ſolertior. Annalibus notatum eſt. M. Piſone. M. Meſſala cõſ. ad. xiiij. Kalẽ. octob. Domitium Aenobarbum ædilem curulem vrſos numidicos. c. & totidẽ venatores æthiopias in cyrco dediſſe. Miror adiectũ numidicos fuiſſe: cum in africa vrſos non gigni conſtat.

Vrſi caput iualiduz/leõis fortiſſimum

Numidici vrſi forma cæteris præſtãt.

¶De muribus ponticis & alpinis & herinaceis. CA.XXXVII.

COnduntur hyeme & pontici mures dumtaxat albi. Quorũ palatum in guſtu ſagaciſſimũ auctores: quonã modo intellexerint miror. Condũtur & alpini: quibus magnitudo media eſt. Sed hi pabulo ante in ſpecus coniecto: cum quidã narrent alternos: marem ac fœminam ſupra ſe complexo faſce hęrbæ ſupinos cauda mordicus appræhẽſa inuicem detrahere ad ſpecũ. Ideoq; illo tẽpore detrito eſſe dorſo. Sũt his partes & in ægypto: Similiter reſidẽt in clunes: & i binis pedibꝰ gradiũt: prioribuſq; vt manibꝰ vtũt. Præparãt hyemi & herinacei cibos: ac voluptati ſupra iacẽtia poma affixa ſpinis: vnũ nõ ampliꝰ tenẽtes ore portãt in cauas arbores. Idẽ mutationez aquilonis in auſtrum cõdentes ſe in cubile præſagiũt. Vbi vero ſenſere venãtez cõtracto ore pedibuſq;: ac parte omni inferiore: qua rarã & innocuã habẽt lanuginem: cõuoluũtur in formaz pilæ: ne quid cõprehendi poſſit præter aculeos. In deſperatiõe vero vrinam ex ſe reddũt tabiſificaz tergori ſuo ſpiniſq; noxiam: ꝑpter hoc ſe capi gnari. Quãobrem exinanita prius vrina venari ars eſt. Et cum pręcipua dos tergos. Alias corrupta fragilis putribus ſpinis atq; deciduis: etiaz ſi viuat ſub tractus fuga. Ob id non niſi in nouiſſima ſpe maleficio illo perfunditur. Quippe & ipſi odere inſitũ veneficium: ita parcentes ſibi: terminumq; ſupremuz operientes: vt ferme ante captiuitas occupet. Calidæ poſtea aquæ aſperſu reſoluit pila: appręhẽſuſq; pede altero e poſterioribus ſuſpendio: ac fame necatur. Aliter non eſt occidere & tergori parcere. Ipſum animal nõ verẽtur plęriq; dicerę vitę

Mira. Vrina

hominũ ſupuacuum eſſe. Si non ſint illi aculei: fruſtra velleꝝ mollicies in pecude mortalibus data. Hac cute expoliunť veſtes. Magnũ fraus & ibi lucrum monopolio inuenit. De nulla re crebriorıbꝰ ſenatuſconſultis: nulloq; nõ pricipe addito querimonijs ꝓuincialibus.

¶ De leontophone: lynce: melibus: & ſciuris. CA.XXXVIII.

VRina & duobus alijs aĩalibus ratione mira eſt. Leontophonon accepimus vocari paruũ: nec alıubi naſcẽs ꝗ vbi leo gigniť. Quo guſtato tanta illa vis eſt: vt cæteris quadrupeduꝫ imperitans ilico expiret. Ergo corpꝰ eius aduſtum aſpergũt alijs carnibus polẽte modo inſidiantes feræ: necantq; etiaꝫ cinere: tam cõtraria eſt peſtis. Haud immerito igitur odit leo: viſumq; frangit & circa morſum exanimat. ille cõtra vrinam ſpergit prudens: hanc quoq; leoni exitialem. Lyncum humor ita redditus vbi gignũtur: glaciatur: areſcitue in gemmas carbunculis ſimiles: & igneo colore fulgẽtes: lyncurium vocatas: atq; ob id ſucino a plerıſq; ita generari prodito. Nouere hoc ſciuntq; lynces: & inuidentes vrinam terra operiunt: eoq; celerius ſolidatur. Illa alia ſolertia: & in metu melibus ſufflata cute diſtente ictus hominuꝫ: & morſus canum arcẽt: Præuidẽt tẽpeſtatem & ſcyuri: obturatiſq; qua ſpiraturus eſt ventus cauernis: ex alia parte ꝑiũt fores decretos. Ipſis villoſior cauda pro tegumẽto eſt. Ergo in hyemes alijs prouiſum pabulum: alijs pro cibo ſomnus.

Leontophonis exitialis leoni vrina.

Humor lyncum i gẽmas conuertitur

Sciuris ꝓ cibo ſomnus

¶ De vipera cocleis & lacertis. CA.XXXIX.

SErpentium vipera ſola terra diciť condi. Cæteræ arborum aut ſaxoruꝫ cauis. Et alias vel annua fame edurant algore modo dempto. Omnia ſeceſſus tempore veneno orba dormiunt. Simili modo & cocleæ. Illę quidem iterum & ęſtatibus adhęrentes maxime ſaxis: vt etiam iniuria reſupinatę auulſæq; non tamen exeant. In balearibus vero inſulis cauaticæ appellatæ nõ ꝓrepũt e cauis terrę: neq; hęrba viuunt: ſed vuę mõ inter ſe cohęrẽt. Eſt & aliud genꝰ minus vulgare. Adhærent operculo eiuſdẽ teſtæ ſe operientes: obrutæ terra ſemp. Hę & circa maritimas tantum alpes quondam effoſſę: cœpere iam erui & in veliterno. Omniũ tamẽ laudatiſſimæ in aſtypalea inſula. Lacertæ inimiciſſimuꝫ genus cocleis. Negantur ſemeſtrẽ vitẽ excedere. Lacerti arabiæ cubitales. In india vero in niſa mõte. xxiiij. in longitudine pedum: colore fului/ aut punicei/ aut cęrulei.

Vipera ſola ſerpẽtum terra cõditur.

¶ De canibus. CA.XL.

EX ijs quoq; animalibus: quæ nobiſcum degũt multa ſunt cognitu digna. Fideliſſimi ante omnia homini canes atq; equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones caneꝫ pro domino accepimus: cõfectumq; plagis a corpore nõ receſſiſſe: volucres & feras abigentẽ. Ab alio in epiro agnitum in conuẽtu percuſſorẽ domini laniatu & latratu adactum: vt cogeretur fateri ſcelus. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere prœliantes cõtra reſiſtentes. Propter bella colophonij: itemq; caſtabalenſes cohortes canum habuere. Eæ primæ dimicabãt in acie nunꝗ detrectantes. Hęc erant fidiſſima auxilia: nec ſtipẽdiorum indiga. Canes defendere cimbros cęſis dominis eorum plauſtris impoſitis. Canis Iaſone Lycio interfecto cibum capere noluit: inediaq; cõſumptus eſt. Is cui vero nomẽ hyrcani reddidit. Durides accẽſo regis Liſimachi rogo: iniecit ſe flammæ. Similiterq; Hieronis regis. Memorat & pyrrhum Gelonis tyranni canem Philiſtus. Memorať & Nicomedis bithynię regis vxore eius Conſinge lacerata propter laſciuiorẽ cũ marito iocuꝫ. Apđ nos Volcatium nobilẽ qui Ceſeliũ ius ciuile docuit aſturcone e ſuburbano redeuntẽ: cum aduesperauiſſet: canis a graſſatore defẽdit. Itẽ Celium ſenatorẽ ęgrum placẽtiæ ab armatis oppreſſum. Nec prius ille vulneratus eſt ꝗ cane interẽpto. Sed ſup omnia in noſtro æuo actis populi ro. teſtatuꝫ. Appio Iunio & P. Silio conſ. cum animaduerteret ex cauſa Neronis Grammatici filij. in. T. Sabinuꝫ & ſeruitia eius: vnius ex ijs caneꝫ nec a carcere abigi potuiſſe: nec a corpore receſſiſſe: abiecto in gradibus gemonijs mœſtos edentem vlulatus magna populi ro. corona circunſtante: ex qua cum quidaꝫ ei cibum obieciſſet: ad os defũcti tuliſſe. Innatauit idẽ in tyberim cadauere abiecto ſubſtẽtare conatus effuſa multitudine ad ſpectandam animalis fidem. Soli dominum nouere. Et ignotum quoq; ſi repẽte veniat intelligũt. Soli nomina ſua: ſoli vocẽ domeſticam agnoſcunt. Itinera quis lõga meminere. Nec vlli pręter hominẽ memoria maior. Impetꝰ eoꝝ: & ſęuitia mitigatur ab hoie cõſidẽte humi. Plurima alia in his quotidie vita inuenit. Sed ĩ venatu ſolertia: & ſagacitas pręcipua eſt. Scrutať veſtigia atq; perſequitur. Comitantẽ ad ferã inquiſitorẽ loro retrahẽs: quis aquam trãſiliẽs ſe occultaſſet: quam ſignificãs demõſtratio eſt cauda primũ: deinde roſtro. Ergo etiam ſenecta feſſos cęcoſq; ac debiles ſinu ferunt: vẽtos & odorẽ captantes: ꝓtẽteſq; roſtro cubilia. E tigribus eos indi volũt cõcipi. Et ob id ĩ ſyluis coitꝰ tẽpore alligant fœminas. Primo & ſecundo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio demũ educant. Hoc idẽ e lupis galli: quorum greges ſuum quiſq; ductorẽ e canibus & ducẽ habẽt. Illum in venatu comitanť: illi parẽt. Namq; inter ſe exercẽt etiam magiſteria. Certũ eſt

Canes & equi fideliſſimi.

Canes in bello auxiliãtes.

Canis iaſonis inedia mortuus.

Notabile de pietate canis in dominos exemplum Vi genitorijs

Canes cũ tygribꝰ cocũtes

Nota de fortitudine geminorũ canum alexãdro datorum

☞ iuxta nilũ amnẽ currentẽ lambere:ne crocodiloruȝ auiditati occaſionẽ prębeant. Indiã petẽti Alexãdro magno rex albaniæ dono dederat inuſitate magnitudinis vnũ cuius ſpecie delectatus iuſſit vrſos:mox apros:& deinde damas emitti cõtemptu immobili iacẽte. Eaqȝ ſegnicie tãti corporis offenſus imperator generoſi ſpiritus eũ interimi iuſſit. Nunciauit hoc fama regi. Itaqȝ alteruȝ mittẽs addidit mãdata:ne in paruis experiri vellet:ſȝ in leone elephãtoue. Duos ſibi fuiſſe. Hoc interempto pręterea nullum fore. Nec diſtulit alexãder:leonẽqȝ fractum ꝓtinus vidit. Poſtea elephantum iuſſit induci haud alio magis ſpectaculo lętatus. Horrẽtibus quippe ꝑ totuȝ corpus villis ingẽti primum latratu intonuit. Mox in ceruicẽ aſſultans:contraqȝ beluaȝ exurgẽs hinc & illinc artifici dimicatione:qua maxime opus eſſet.infeſtans/atqȝ euitans:donec aſſidua rotarum vertigine afflixit: ad caſum eius tellure cõcuſſa. Canum generibus annui partus. Iuxta ad pariendum annua ætas Gerũt in vtero ſexagenis diebus. Gignunt cæcos:& quo largiore alunť lacte:eo tardiorẽ viſũ accipiũt. Nõ tamẽ nũq̃ vltra viceſimumprimum dieȝ:nec ante ſeptimũ. Quidam tradũt ſi vnus gignať nono die cernere:ſe gemini decimo. Idemqȝ in ſingulos adijci totidẽqȝ eſſe tarditatis ad lucẽ dies. Et ab ea q̃ fœmina ſit ex primipara genita citius cerni. Optimus in fœtu qui nouiſſimꝰ cernere incipit:aut quẽ primum fert in cubile fœto. Rabies canum ſyrio ardente homini peſtifera vt diximus:ita morſis lœtalis aque metus. Qua propter obuiam itur per triginta eos dies gallinaceo maxime fimo mixto canum cibis:aut ſi pręuenerit morbus veratro.

Syrio ardẽte facile in rabiẽ vertuntur.

☞

## ¶Ad canis rabidi morſum. CA.XLI

Cynorhodæ roſæ radix cõtra rabioſi canis morſum

Canis loq̃ns ſerpẽs latrãs

AD morſum vero vnicum remediũ oraculo quodam nuper repertum. Radix ſilueſtris roſe quę cynorhoda appellať Columella auctor eſt:ſi quadrageſimo die.q̃ ſit natus:caſtreť morſu cauda:ſũmuſqȝ eius articulus auferatur ſequenti neruo exempto:nec caudaȝ creſcere:nec canes rabidos fieri Canẽ locutũ in prodigijs:quod equidem annotaueriȝ accepimus:& ſerpentem latraſſe:cũ expulſus eſt regno Tarquinius.

## ¶De natura equorum. CA.XLII.

☞

Bucephala Alexandri equus

Bucephali. tumulus

EIdem Alexandro:& equi magna raritas contingit. Bucephalan eũ vocarũt:ſiue ab aſpectu toruo:ſiue ab inſigni taurini capitis armo ĩpreſſi. Sexdecim talẽtis ferũt ex philonico pharſali grege emptum. etiã tum puero capto eius decore. Neminẽ hic alium q̃ Alexandruȝ regio inſtratus ornatu recepit in ſedem:alios poſſim reijciens. Idem in prœlijs memoratæ cuiuſdẽ perhibetur operę. Thebarũ oppugnatione vulneratus in alium tranſire Alexãdrũ nõ paſſus. Multa pręterea eiuſdẽ modi. Propter quę rex defũcto ei duxit exequias. Vrbem tumulo circũdedit nomine eius. Nec Cæſaris dictatoris:queq̃ aliuȝ recepiſſe dorſo equus traditur:idẽqȝ hominis ſimiles pedes priores habuiſſe. Hac effigie locatus ante Veneris genitricis ędẽ. Fecit & Diuꝰ Auguſtus equo tumulum. De quo Germanici Cęſaris carmẽ eſt. Agrigenti cõpluriũȝ equoꝝ tumuli pyramides habent. Equum adamatum a Semiramide vſqȝ ad coituȝ iuba auctor eſt. Scythæ quidem equitatus & equoꝝ gloria ſtrepunt. Occiſo deniqȝ ipſoꝝ regulo ex ꝓuocatiõe dimicãtẽ hoſtẽ cum victor ad ſpoliandũ veniſſet ab equo eius ictibus morſuqȝ cõfectum. Alium detracto oculoruȝ operimẽto:& cognito:cum matre coitu petiſſe prærupta atqȝ exanimatum. Equã eadẽ ex cauſa in reatino agro laceratumqȝ pariter aurigam inuenimus. Namqȝ & cognationum intellectus in ijs eſt. itaqȝ in grege prioris anni ſorore libẽtius etiã quam matre equa comitatur. Docilitas tãta eſt:vt vniuerſus ſybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantũ ſaltatiõe quadã moueri ſolitus inueniať.

☞

Iulij cæ.equꝰ priores pedes hominis habebat

Quidem tradunt ſmyramidẽ illũ tumulaſſe

☞

Nicomedis equus inedia finiuit

Antiochi equus.

Dionyſij.

Idem præſagiunt pugnam:& amiſſos lugẽt dominos:lachrimaſqȝ interduȝ deſiderio fundũt. Interfecto. Nicomede rege:equus eius inedia vitã finiuit. Philarchus refert Cẽtaretriũ e galatis in pręlio occiſo Antiocho potitum equo eius cõſcẽdiſſe ouãtẽ. At illum indignatiõe accẽſum domitis frenis ne regi poſſet pręcipitẽ in abrupta iſſe:exanimatumqȝ vna. Philiſtus a Dionyſio relictũ in cœno hærentem vt ſeſe euelliſſet:ſecutum veſtigia domini examine apum iubæ ĩhærẽte. Eoqȝ oſtẽto tyrannidem a Dionyſio occupatam. Ingenia eorum inenarrabilia iaculãtes obſequio experiuntur: difficiles conatus corpe ipſo:nixuqȝ inuitãtium. Iam tela humi collecta equiti porrigũt. Nam ĩ cyrco ad currus iũcti nõ dubie ĩtellectum abhortatiõis & gloriæ fatẽtur. Claudij Cæſaris ſæcularium ludorũ cyrcẽſibus excuſſo in carceribus auriga albati equi palmã occupauere:primatũ obtinuere:oppoſita effũdẽtes omnia quæ cõtra æmulos debuiſſẽt:peritiſſimo auriga inſiſtẽte faciẽtes. Cum puderet hominum artes:ab equis vinci:peracto legitimo curſu ad metaȝ ſtetere. Maius augurium circa priſcos plebeijs cyrcẽſibus excuſſo auriga:ita vt ſi ſtaret:ĩ capitolium cucurriſſe equos:ſedemqȝ ter luſtraſie. Maximũ vero eodem perueniſſe a veijs cum palma & corona effuſo Ratumena:qui ibi vicerat. Vñ poſtea nomẽ portæ eſt. Sarmatę lõginqua itinera acturi:inedia pridie p̄parãt eos:exiguũ tãtum potũ ĩpartiẽtes:atqȝ ita ꝑ cẽtena milia & quinquagita cõtinuo curſu eũtibus inſidẽt. Viuũt annis quidẽ quinquagenis. Fœminę minore ſpatio. Eędẽ quiquẽnio finem creſcẽdi capiũt. Mares ãno

Vel ædem.

Sarmatę.

additō. Forma equorū/quales maxime legi oporteat. Pulcherrime quidem Virgilio vate abſoluta ē.
Sed & nos diximus in libro de iaculatione equæſtri cōdito: & fere inter omnes cōſtare video. Diuer
ſa aūt cyrco ratio q̄rit. Itaqꝫ cū bimi in alio ſubigant ipſo: nō ante qnquēnes ibi certamē accipiūt. Par
tum in eo genere vndenis mēſibus ferunt. xij. gignunt. Coitus verno equinoctio bimo vtrinqꝫ vulga
ris. Sed a trimatu firmior partus. Generat mas ad annos. xxxiij. Vtpote cum a cyrco poſt viceſimū an
num mittantur ad ſobolem reparandam. Et ad quadraginta duraſſe tradunt: adiutuꝫ modo in attol
lenda priore parte corporis. Sed ad generādum paucis animalium minor fertilitas. Qua de cauſa p
interualla admiſſurę dantur: nec tamen quindecim initus eiuſdeꝫ anni valet tolerare. Equarum libi
do extinguitur iuba tonſa. Gignūt annis omnibus ad quadrageſimum. Vixiſſe equum ſeptuaginta-
quinqꝫ annis proditur. In hoc genere grauida ſtans parit: pręterqꝫ cęteras fœtū diligit. Et ſane equis
amoris innaſci veneficium: hyppomanes appellatū in frōte: caricæ magnitudīe: colore nigro. Q̄d ſta
tim ędito partu deuorat fœta: aut partum ad vbera nō admittit: ſiqs p̄reptū habeat. Olfatu in rabiē
id genus agit. Amiſſa parēte in grege armenti: reliquæ fœtæ educāt orbū. Terrā attingere ore triduo
proximo q̄ ſit genit⁹ negāt poſſe. Quo qs acrior: in bibēdo ꝓfundius nares mergit. Scythæ per bel-
la fœminis vti malūt. Q̄m vrinam curſu nō impedito reddāt. Conſtat in luſitania circa vlyxipponem
oppidum/& tagum amnem equas fauonio flante obuerſas animalem cōcipere ſpiritum: idqꝫ partuꝫ
fieri: & gigni perniciſſimum ita: ſed triennium vitæ non excedere. In eadem hiſpania gallecia gēs: &
aſturia equi generis. Hi ſunt quos tiheldones vocamus. Minori forma appellatos aſturcones gignūt
Quibus nō vulgaris in curſu gradus: ſed mollis alterno crurū explicatu glomeratio. Vnde equis tol-
lutim carpere in curſu traditum arte. Equo fere qui homini morbi: pręterq̄ veſicæ conuerſio: ſicut oī
bus in genere veterino.

Virg. i. iij. geor. ſic ait. Illi ardua ceruix argutūqꝫ ca-put. &c.

Hyppoma-nes amoris veneficium ī eqs. eoī rabiem vertūtur

In luſitania eq̄ fauonio cōcipiunt.

¶ De aſinis. CA. XLIII.

ASinum quadringētis nummis emptū. Q. Aſio ſenatori auctor eſt. M. Varro: haud ſcio an
omnium p̄cio animalium victo: opa ſine dubio gęruli mirifica arando quoqꝫ. Sꝫ mularuꝫ
maxie ꝓ gñatione patria ēt ſpectat in ijs arcadibus in achaia. In italia reatinis. Ipſum aīal
frigoris maxie ipatiens: ideo nō generat in pōto: nec in eqnoctio verno: vt cętera pauca ad
mittit: ſed ſolſtitio. Mares in remiſſiōe operis deteriores. Partus. xxx. mēſe ociſſimus: ſed a trimatu le
gitimus. Totidē quot æq̄/& eiſdem mēſibus: & ſimili modo. Sed incōtinēs vterus vrinam genitalem
reddit: ni cogat in curſum verberibus a coitu. Raro geminos parit. Paritura lucem fugit: & tenebras
q̄rit: ne cōſpiciat ab hoīe. Gignit tota vita: quæ eſt ei ad. xxx. annū. Partus caritas ſumma: ſed aquarū
tedium magis. Per ignes ad fœtus tendunt. Eę item ſi riuus minimus interſit: horrēt ita: vt pedes om
nia caueant tingere. Nec niſi aſſuetos potant fontes: qui ſunt in pecuarijs. Atqꝫ ita vt ſicco tramite ad
potum eant. Nec pontes tranſeant per raritatem plancarum tranſlucentibus fluuijs. Mirumqꝫ dictu
ſitiunt: & ſi immutētur aquæ vt bibant: cogendæ exonerandeve ſunt. Nec niſi ſpatioſæ incubāt alias
atteruntur. Varia nanqꝫ ſomnio viſa concipiunt: ictu pedum crebro: qui niſi per inane emicuerit re-
pulſu durioris materiæ clauditatem ilico affert. Quęſtus ex ijs opima pręsdia exuperat. Notū eſt ī cel
tiberia ſingulas quadragenis milibus nummorum emi. At mularum maxime partus aurīū referre in
his & palpebrarum pilos aiunt. Quāuis em̄ vnicolor toto reliquo corpore: totidē tn̄ colores quot ibi
fuere reddit pullos earū epulari Mœcenas īſtituit: multū eo tp̄e pręlatos onagris. Poſt euꝫ interijt au
ctoritas ſaporis. Sed aſino moriēte viſo celerrime id genus deficit.

Aſini arcadici/& reatini.

Mœcenas.

¶ De mulis. CA. XLIIII

EX aſino/& equa mulus gignit mēſe. xij. Animal viribus/& labore eximiū. Ad tales partus
equas neqꝫ quadrimis minores: neqꝫ decēnibus maiores legūt: arceriqꝫ vtrūqꝫ genus ab al
tero narrāt: niſi in īfantia eius generis qd ineāt lacte exhauſto. Quapropter ſubreptis ſtatī
pullis in tenebris ęquarū vberi: aſinarūve equuleos admouēt. Gignit aūt mula ex equo/&
aſina ſꝫ effrenis/& tardatis idōitę. Lēta oīa ex vetulis. Cōceptū ex equo ſecut⁹ aſini coit⁹ abortu pimit
Nō item ex aſino equi. Fœmias a partu optime. vij. die ipleri obſeruatū eſt: mares fatigatos meli⁹ im
plere. Quę nō priuſq̄ dentes/quos pullinos appellant: iaciat/conceperit: ſterilis intelligitur. Et quæ
non prio initu generare cœperit. Equo/& aſina genitos mares hinnulos antiqui vocabāt: cōtraqꝫ mu
los: quos aſini/& eq̄ generarēt. Obſeruatū e duobus diuerſis generibus nata tertij generis fieri & neu
tri parentū eſſe ſimilia. Eaqꝫ ipſa quæ ita nata ſunt nō gignere in omni animaliuꝫ genere: idcirco mu-
las nō parere. Eſt in annalibus noſtris peperiſſe ſæpe: verum prodigij loco habitū. Theophraſt⁹ vul-
go parere in cappadocia tradit. Sꝫ eē id animal ibi ſui generis. Mulæ calcitrat⁹ inhibetur vini crebrio
re potu. In plurium gręcorum eſt monumētis cum equa muli coitu natum quem vocauerūt hinum
id eſt paruum mulum. Generātur ex equa/& onagris māſuefactis mulæ veloces in curſu: duricia exi

Hinnuli.

Mulę in cappadocia parientes.

mia peduꝫ:verū rugoſo corpore indomito animo:ſed generoſo Onagro ex aſina genitus oēs antecel
lit. Onagri in phrygia/& lycaonia p̄cipui. Pullis eoꝝ ceu p̄ſtātibus ſapore africa gloriaẜ:quos laliſio-
nes appellant. Mulum.lxxx.annis vixiſſe athenienſium monumētes apparet. Eo gauiſi cum tēplum
in arce facerēt:quod derelictus ſenecta cadentia iuuēta comitatu/niſuqꝫ exhortareẜ:decretuꝫ fecere
quo cauereẜ ne frumētari negociatores ab incerniculis eum arcerent.

¶De bubus. CA.XLV.

BVbus indicis camelorū altitudo tradiẜ:cornua in latitudinē quaternoꝝ pedū. In noſtro or
be epiroticis laus magna a Pyrrhi(vt ferunt)iā īde regis cura. Id cōſecutus eſt nō āte qua-
drimatum ad partus vocādos. Pregrādes itaqꝫ fuere:hodieqꝫ reliquię ſtirpium durāt. At
nunc aniculę ad fœcunditatem poſcunẜ. Tolerātius tñ bimę. Tauri generationem quadri
ni implent.& ſingulis denę eodem anno tradunẜ. Si aūt poſt coitum in dexteram partem habeāt tau
ri:generatos mares eſſe:ſi in lęuam fœmias. Cōceptio vno initu pagitur:qđ ſi forte perrauit.xx.poſt
die marem fœmina reperit. Pariunt mēſe decimo quicqd añ genitum inutile eſt. Sunt auctores ipſa
complēte.x.mēſe duos parere:nūc raro geminos. Coitus a delphini exortu ad pridie nonas ianuariȷ̈
diebus.xxx.aliquibus & autumno:gentibus quidem q̃ lacte viuūt:ita fœtus diſpenſantibus:vt omni
Paſcēdo boues retro ambulantes.
tempore anni ſuperſit id alimentum. Tauri non ſæpius q̃ bis die ineunt. Boues animalium ſoli/& re-
tro ambulantes paſcuntur. Apud garamantas quidem haud aliter. Vita fœminis.xv. annis longiſſi-
ma. Maribus.xx. Robur in quimatu. Lauatione calidæ aquæ tradūtur pingueſcere:& ſiquis inciſa cu
te ſpiritum in viſcera arundine adigat. Non degeneres exiſtimari etiam minus laudato aſpectu:pluri
mum lactis alpinis:quibus minimum corporis:plurimū laboris capite/non ceruice iunctis. Syriacis
non ſunt palearia:ſed gibber in dorſo. Carici quoqꝫ in parte Aſiæ fœdi viſu tubere ſuper armos a cer-
uicibus eminēte:laxatis cornibus excellentes in opere narrātur. Cęteri nigri coloris/cādidi ue ad la-
borem damnātur. Tauris minora q̃ bubus cornua/tenuioraqꝫ. Domitura boum in trimatu:poſtea ſe
ra:ante præmatura. Optime cum domito iuuēcus imbuitur. Socium enim laboris/agriqꝫ culturę ha
bemus hoc animal tantæ apud priores curę:vt ſi inter exempla damnatus a populo romano die di-
Tauri dimicaturi pedib⁹ ſpargunt harenam.
cta:qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negāti occiderit bouem:actuſqꝫ in exilium tanq̃ co
lono ſuo interempto. Tauris in aſpectu generoſitas torua fronte:auribus ſetoſis:cornibus in p̄cinctu
dimicatonem poſcentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat:ira gliſcente alternos re-
plicans:ſpargenteſqꝫ in altum harenam:& ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens. Vidimus de impe-
rio dimicantes:& ideo demonſtratos rotari cornibus cadētes excipi:iterumqꝫ reſurgere:modo iacē-
quivituli maxie ad ſacrificādū apti.
tes ex humo tolli:bigarumqꝫ etiam curru citato velut aurigas inſiſtere. Theſſalorum gentis inuētum
eſt equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Primus id ſpectaculum dedit ro
mæ Cæſar dictator. Hinc victimę optimę/& lautiſſima deorum placatio. Huic tātum animali omni
um/quibus procerior cauda non ſtatim nato cōſumatę:vt cęteris mēſuræ:creſcit vni donec ad veſti-
gia ima perueniat. Quamob rem victimarum probatio in vitulo:vt articulū ſuffraginis cōtingat:bre
uiore non litant. Hoc quoqꝫ notatum vitulos ad aras humeris hominis allatos nō fere litare:ſicut nec
claudicantem:nec aliena hoſtia deos placari:nec trahēte ſe ab aris. Eſt frequens in prodigiȷ̈s priſco-
rum bouem locutum. Quo nunciato ſenatum ſub diuo haberi ſolitum.

¶De Api boue. CA.XLVI.

Macula apis modo lunæ creſcens.

BOs in ægypto etiam numinis vice colitur. Apim vocant. Inſigne ei in dextro latere cādicās
macula cornibus lunæ creſcere incipientis. Nodus ſub lingua:quem cantarum appellant.
Non eſt fas eum certos vitæ excedere annos:merſumqꝫ in ſacerdotum fonte enecant quæ-
ſituri luctu alium:quem ſubſtituant:donec inueniāt mœrēt. Deraſis etiam capitibus:nec tamen vſqꝫ
Apis bos his ex quib⁹ ſūi t cibū rñſa dat
diu quęritur. Inuentus deducitur a ſacerdotibus memphim. Sunt delubra ei gemina:quę vocāt tha
lamos auguria populorum. Alterum intraſſe lætum eſt:in altero dira portēdit. Reſpōſa priuatis dat
e manu cōſulentium cibum capiendo. Germanici Cęſaris manum auerſatus eſt haud multo poſt ex
tincti. Cætero ſecretius cum ſe prorupit:in cœtus incedit:ſummoto ſtrepitu lictoruꝫ:grexqꝫ pueroꝝ
comitatur carmen honori eius canētium:intelligere videtur:& adorari velle. Hi greges repente lym
phati futura præcinunt. Fœmina bos ſemel ei anno oſtenditur ſuis & ipſa inſignibus:q̃q̃ aliȷ̈s: ſemp
qꝫ eodem die/& inueniri eam:extinguiqꝫ tradunt. Memphis eſt locus in nilo:quē a figura vocāt phia
lam. Omnibus annis ibi aurem pateram/argenteamqꝫ mergētes diebus/quos habent natales apis.
Septem hi ſunt. Mirumqꝫ neminem per eos a crocodilis attingi. Octauo poſt horaꝫ diei.vi.redire be
luæ feritatem.

¶De natura pecudum/& pecorum. CA.XLVII.

MAgna & pecori gratia:vel in placamētis deorum/vel in vſu vellerum. vt boues ſumptū hoī
nem excolūt:ita corpoꝝ tutela pecori debetur. Generatio bimis vtrinqꝫ ad nouenos ānos


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0156-1
DFG

quibuſdam & ad.x.primiparę minores fœtus. Coitus omnibus ad arcturi occaſum: id eſt a tertio id⁹
maias ad aquillæ occaſum id eſt.xiij.kalen.auguſti. Gerũt partũ diebus.cl.poſtea concępti inualidi
Cordos vocabant antiqui poſt id tp̃s natos. Multi hybernos agnos p̃ferunt vernis: qm̃ magis intersit
ante ſolſtitium: q̃ ante brumam firmos eſſe: ſolumq; hoc animal vtiliter bruma naſci. Arieti naturale
agnas faſtidire: ſenectam ouium cõſectari: & ipſe ſenecta melior: illis quoq; vtilior. Ferocia eius co=
hibetur cornu iuxta aurem terebrato. Dextro teſte p̃ligato fœminas generat: leuo mares. Tonitr⁹ ſo
litarijs ouibus abortus inferunt. Remedium eſt cõgregare eas: vt cœtu iuuẽtur: Aqlonis flatu mares
concipi dicunt: auſtri fœminas. Atq; in eo genere arietum maxie ſpectanť ora. Quia cuius coloris ſub
lingua habuere venas eius: & lanicium eſt in fœtu: variumq; ſi plures fuere: & mutatio aquaꝶ: potuſ
q; variat. Ouium ſumma genera duo rectum/ & colonicum. Illud mollius. Hoc in paſcuo elegantius
Quippe cum tectum rubis veſcať. Opimẽta eis ex arabicis p̃cipua. Lana autem laudatiſſima apula:
& quæ in italiá græci pecoris appellať: alibi italica. Tertium locum mileſię oues obtinẽt. Apulæ bre
ues villo: nec niſi penulis celebres. Circa tarentum/ canuſiumq; ſummam nobilitatem habẽt. In aſia
vero eodem genere laodiceæ. Alba circũpadanis nulla præfertur: nec libra centenos nũmos ad hoc
æui exceſſit vlla. Oues nõ vbiq; tondentur. Durat quibuſdam in locis mos vellendi. Colorum plura
genera. Quippe cum deſint etiam nomina eis quas natiuas appellant aliquot modis.

Aries dextro teſte vincto fœmias lęuo mares gignit

## ❡De generibus lanarum/ & veſtium. CA.XLVIII.

HIſpania nigri velleris præcipuas habet: pollentia iuxta alpes: canuſia rutili: quas erythras
vocãt. Item betica vt canuſium. Fuluas tarentum/ ac pulliginis ſuæ: & ſuccidis oı̃bus vſus
medicatus. Hyſtriæ/ liburniæq; pilo proprior q̃ lanę pexis aliena veſtibus: & quẽ ſola ars
ſcutulato textu commendat. In luſitania ſimilis circa piſcinas ꝓuinciæ narbonenſis. Siſis
& in ęgypto ex qua veſtis detrita vſu tingiť: ruſuſq; æuo durat. Eſt & hirtæ filo craſſo in tapetis anti
quiſſima gratia. Iam certe priſcos iſvſos Homerus auctor ẽ. Aliter hæc galli tingũt: aliter parthorũ
gentes. Lanę & per ſe coactę veſtez faciunt: & ſi addatur acetum etiam ferro reſiſtunt: immo vero ẽt
ignib⁹. Nouiſſimo ſui purgamẽto: quippe ahenis coquẽtiũ extractę indumẽtis vſu veniũt galliaꝶ (vt
arbitror) inuẽtum. Certe gallicis hodie noı̃bus diſcernuntur: nec facile dixerim qua id ætate cœpe=
rint. Antiquis enim thorus e ſtramẽto erat: qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memo=
ria cœpere amphimala noſtra: ſicut viloſa/ & etiam ventralia. Nam tunica lati claui in modum gauſa
pe texi nunc primum incœpit lanarum nigrę nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu ſuis lo
cis dicemus. In conchylijs marinis/ aut herbarum natura: lanam colo/ & fuſo Tanaquilis q̃ eadẽ Ca=
ia Cecilia vocata eſt: in templo. M. Anci duraſſe prodẽte ſe auctor eſt. M. Varro: factumq; ab ea to=
gam regiam vngulatam in ęde fortunę: qua Seruius Tullius fuerat vſus. Inde factuz vt nubẽtes virgi
nes comitaretur colus compta/ & fuſus cum ſtamine. Ea prima texuit rectam tunicam: qua ſimul cuz
toga pura tyrones induũtur: nouæq; nuptæ. Vngulata veſtis primo lautiſſimis fuit: ide ſuriculata de
fluxit. Togas raſas: phrygianaſq; diui Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe ſcribit, Feneſtella. Cre
brę papaueratæ antiquiorem habent originẽ. Iam ſub Lucilio poeta in Torquato notate. Pretextæ
apud hetruſcos originem inuenere. Trabeis vſos accipio reges. Pictas veſtes iam apud homerũ fuiſ
ſe: vnde triumphales natæ. Acu facere idęi phryges inuenerũt: ideoq; phrygiões appellati ſunt. Au=
rum intexere in eadem aſia inuenit Attalus rex: vnde nomen attalicis. Colores diuerſos picturæ ite=
xere Babylon maxie celebrauit: & nomẽ impoſuit. Plurimis vero licijs texere: quæ polyimita appel=
lant: alexãdria inſtituit. Scutulis diuidere gallia. Metellus Scipioni triclinaria babylonica ſeſtertium
octingentis milibus veniſſe: iam tunc poſuit in capitalibus criminibus: quę Neroni principi quadrin
gentis milibus ſeſtertium nuper ſtetere. Serui Tullij prætexere: quibus ſignum fortunæ ab eo dicatę
cooptum erat durauere ad Seiani exitum. Mirumq; fuit nec defluxiſſe eas: nec teredonum iniurias
ſenſiſſe annis.d.lx. Vidimus iam/ & bidentium vellera purpura: cocco: conchylio: ſeſquipedalibus li
bris infecta: velut illa ſic naſci cogẽte luxuria. In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate cru
rum vẽtris veſtitu: quibus nudus eſſet apicas vocabat: damnabãtq;. Syrię cubitales ouiuz caudę: plu
rimumq; in ea parte lanicij. Caſtrari agnos niſi quinq; meſtres pręmaturũ exiſtimant.

Mos virginũ nubentium, vel virgulata vel ſeroticu=lata.

## ❡De muſimonio. CA.XLIX.

ESt & in hiſpania: & maxime corſica nõ maxime abſimile pecori genus muſimonuz capri=
no villo q̃ pecoris velleri propius. Quorum e genere & ouibus natos prici vmbros vocaue
runt. Infirmiſſimum pecori caput. Quamobrem auerſum a ſole paſci cogendum. Quam
ſtultiſſima animalium lanata. Qua timuere ingredi vnum cornu rapto ſequuntur. Vita lõ=
giſſima annis.x.in æthiopia.xiij. Capris eodem loco.xi. In reliquo orbe plurimum octo. Vtrũq; gen⁹
intra quartum coitum impletur.

Vel muſmo=num.

Pec⁹ auerſuz paſciť.

¶ De capris/ & generatione earum. CA.L

*[Margin:] Capræ auribꝰ/ & nõ naribꝰ ſpirãtes: continuo febricitant ac noctu vident q̃ vtiliſſimuʒ capn̄ũ iecur*

Capræ pariunt & quaternos: ſed raro admodum. Ferunt quinq; menſibus vt oues. Capre pinguedine ſterileſcunt. Trimæ minus vtiliter generant: & in ſenecta: nec vltra quadriẽnium. Incipiunt ſeptimo mẽſe/ & adhuc lactantes. Mutilum in vtroq; ſexu vtilius. Primus in die coitꝰ non implet: ſequens efficatior: ac deinde concipiunt nouembri menſe: vt martio pariant: turgeſcẽtibus virgultis. Aliqñ anicule: ſemꝑ bime: in trimatu inutiles pariunt octonis annis. Abortus frigori obnoxius. Oculos capra ſuffuſos iunci puncto ſanguine exonerat. Caper rubi. Solertiam eius aĩalis Mutianus viſam ſibi prodidit in ponte prætenui duabus obuijs e diuerſo cum circumactum anguſtie nõ caperent: nec reciprocationem longitudo in exilitate. ceca torrente rapido minaciter ſubterfluẽte alteram decubuiſſe: atq; ita alteram proculcate ſupgreſſam. Mares q̃ maxĩe ſimos longis auriculis/ infractiſq; armis q̃ veliſſimos probãt. Fœminarum generoſitatis inſigne lacinie corporibus: & ceruice binæ dependentes. Nõ omnibus cornua: ſed quibus ſunt: in his/ & indicia annorũ ꝑ incremẽta nodorum. Mutilis lactis maior vbertas. Auribus eas ſpirare non naribus: nec vnq̃ febri carere Archelaꝰ auctor eſt. Ideoq; fortaſſis: ꝙ anima his q̃ ouibus ardentior: calidioreſq; cõcubitus. Tradũt & noctu nõ minus cernere q̃ interdiu. Et ideo caprinum iecur ſi veſcaꝛ: reſtituit veſpertinam aciẽ his: quos nyctalopas vocant. In cilicia/ circaq; ſyrtes villo tõſili veſtiuntur. Capras in occaſum decliui ſole in paſcuis negant cõtueri inter ſeſe: ſed auerſas iacere. Reliquis aũt horis iter ſe aduerſas/ & cognitiores. Depẽdet omnium mẽto villus: quem aruncum vocant. Hoc ſiquis apprehẽſam ex grege vnã trahat: cæteræ ſtupentes ſpectãt. Id etiã euenire cum quandã herbam aliqua ex eis momorderit. Morſus earum arbori exitialis. Oliuam lambẽdo quoq; ſterilem faciunt. Eaq; ex cauſa Mineruæ immolatur.

*[Margin:] cur capra Mineruæ imoletur.*

¶ De ſuibus/ & natura earum. CA.LI.

Suilli pecoris admiſſura a fauonio ad equinoctium vernuʒ ætatis. viij. menſe. Quibuſdã in locis etiam a. iij. vſq; ad. vij. annum. Partus bis in anno. Tempus vtero. iij. mẽſiũ. Numerus fœcunditatis ad vicenos. Sed educare tam multos nequeũt. Diebus. x. circa brumam ſtatim dẽtes naſci. Nigidius tradit. Implentur vno coitu: qui & geminatus ꝓpter facilitatẽ abortiẽdi remediũ ne prima ſubatione: neq; ante flacidas aures coitus fiat. Mares nõ vltra trimatũ generãt. Fœminæ ſenectute feſſæ cubãtes coeũt. Comeſſe fœtus his nõ eſt ꝓdigiũ. Suis fœtus ſacrificio die quinta purus eſt. Pecoris die ſeptima. Bubus. xxx. corũcanius ruminalis hoſtias donec bidẽtes fierent: puras negauit. Suem oculo amiſſo putãt cito extingui: alioquin vita ad quidecim annos: quibuſdam vicenos. Verum efferanꝛ: & alias obnoxium genus morbis anginæ maxime: & ſtrume. Index ſuis inualide cruor in radice ſete/ dorſo euulſæ: caput obliquum in ĩceſſu. Penuriam lactis præpingues ſentiũt: & primo fœtu minus ſunt numeroſe. In luto volutatio generi grata. In torta cauda. Id etiam notatum facilius iacere in dexterum q̃ leuum detortam. Pingueſcũt. lx. diebus: ſed magis tridui inedia ante ſaginationem orſa. Animalium hoc maxime brutum: animamq; ei pro ſale datã nõ illepide exiſtimabaꝛ. Cõpertum agnita voce ſuarij furto abactos merſo nauigio inclinatiõe lateris vnius remeaſſe. Quin & duces in vrbe forũ/ nundinarum/ domoſq; petere diſcunt: & feri ſapiũt veſtigia palude cõfundere: vrina fugam leuare: Caſtrãtur fœmine ſic quoq; vti cameli poſt bidui inediam ſuſpẽſæ pernis prioribꝰ vulua reciſa celerius. Ita pingueſcunt. Et adhibetur ars iecoriuʒ fœminaꝛ ſicut anſerum. Inuẽtum. M. Apicij fico carica ſaginatis a ſatietate necatis repẽte mulſi potu dato. Neq; alio ex aĩali numeroſior materia ganeæ: quinquaginta ꝓpe ſapores cum cæteris ſinguli. Hinc cẽſoriaꝝ legum paginæ: iter dictaq; cœnis abdomina: glãdia: teſticuli: vuluæ ſincipita verrina: vt tamẽ publij minoruʒ poetæ cœna poſtq̃ ſeruitutem exuerat: nulla memoretur ſine abdomĩe: etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere autem & feri veſice. Catonis cẽſoris oratiões aprinũ exprobãt callum. In tres tamẽ partes diuiſo apro media ponebãt lumbos aprunos appellata. Solidum aprum romanorũ primus in epulis appoſuit. P. Seruilius Rullus pater eius Rulli: qui ciceronis in cõſulatu legem agrariam ꝓmulgauit. Tam ꝓpinqua origo tũc quotidianæ rei eſt. Et hoc annales notarũt horũ. ſ. ad emẽdationẽ morum: quibus notata quidem eẽt cœna: ſed in principio bini/ terniq; pariter mãdebantur apri.

*[Margin:] Quo tp̃e hoſtie ſacrificijs cõueniant.*

*[Margin:] P. Seruilius aprũ in ſcena ſolidũ primꝰ appoſuit.*

¶ De viuarijs beſtianum. CA.LII

Viuaria eoꝝ/ ceterorũq; ſilueſtriuʒ primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinius qui in tarquẽſi feras paſcere iſtituit. Nec diu imitatores defuere. L. Lucullꝰ &. Q. Hortẽſius. Sues fere ſemel anno gignũt. Maribus in coitu plurima aſpitas. Tũc inter ſe dimicãt indurãtes attritu arborũ coſtas: lutoq; ſe tergorãtes. Fœmine in partu aſpiores: & fere ſimiliter in oĩ genere beſtiarũ. Apris maribus nõ niſi ãniculis generatio. In india cubitales dẽticm flexꝰ gemini ex roſtro. Totidem a fronte ceu vituli cornua exeũt. Pilus æreo ſimilis agreſtibus: ceteris niger. At in arabia ſuillũ genus nõ viuit in vllo genere.

*[Margin:] In apris cubitales dentes.*

¶De ſemiferis animalibus. CA.LIII.

NEque facilis mixtura cum fero: qualiter natos antiqui hibridas ſues vocabāt ſemiferos; ad hoies quoq; vt in Caium Antonium Ciceronis in conſulatu collegam appellatione trāſlata non in ſuibus tātum: ſed in oībus quoq; aīalium cuiuſcūq; generis vllum eſt placidum. Eiuſdem inuenit & ferum: vt pote cum hominum etiam ſilueſtrium tot genera pdicta ſint Capręe tñ in plurimas ſimilitudines transfigurātur. Sunt capræ: ſunt rupicapreę: ſunt ibices pnicitatis mirandę: qq onerato capite vaſtis cornibus gladiorūq; vaginis in hęc ſe librāt: vt tormento aliquo rotati in petris potiſſimum: e monte aliquo in alium tranſilire cupientes: atq; recurſu pernici quo libuerit: exulant. Sunt & origes ſoli a quibuſdam dicti cōtrario pilo veſtiti: & ad caput verſo. Sūt & damę: & pigardi: & ſter pſicerotes. multaq; alia haud diſſimilia. S; illa alpes: hæc trāſmarini fluctus mittūt.

Soli cōtrarīo veſtiti pilo.

¶De ſimijs CA.LIIII

SImiarū quoq; genera hominis figuræ pxīa caudis inter ſe diſtinguntur. Mira ſolertia viſco inūgunt laqueos: calceariq; imititatione venātium traduntur. Mutianus/ & latrūculis luſiſſe fictis cera: nuces viſu diſtinguere. Cornelius luna caua triſtes eē quibus in eo genere canda ſit Noua exultationem adoriri. Nāq; defectum ſyderum/ & cæteræ pauent quadrupedes. Simiarū generi præcipua erga fœtum affectio. Geūaot catulos: quos manſuefactę intra domos peperere: omnibus demonſtrant: tractariq; gaudent: tractu gratulationem intelligētes. Itaq; magna ex parte cōplectendo necāt. Efferatior cynocephalis natura: ſicut mitiſſima ſatyris. Callitriches pene aſpectu differunt. Barba eſt in facie: cauda late diffuſa priori parte. Hoc animal negatur viuere in alio niſi in ęthiopiæ: quo gignitur: cœlo.

¶De leporibus. CA.LV.

LEporum plura ſunt genera: in alpibus candidi: quibus hybernis menſibus p cibatu niues credunt eſſe. Certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus. Et eſt alioquin aīal intollerādi rigoris alumnum leporum generis. Sunt & quos hiſpania cuniculos appellat fœcūditatis innumeræ. famēq; balearibus inſulis populatis meſſibus afferens. Fœtus ventre exectos vel vberibus ablatos nō repurgatis interraneis gratiſſimo in cibato hñt: laurices vocāt. Certum ē balearicos aduerſus prouētum eorum auxilium militare a diuo Auguſto petiſſe. Magna pter venatū eorum viuerris gratia eſt. Inijciunt eas in ſpecus: qui ſunt multifores in terris: vnde & nomen animali/ atq; ita eiectos ſuperne capiūt. Archelaus auctor eſt quod ſint corporis cauernę: ad excremēta lepori totidem annos eſſe ętatis. Varius certe numerus reperitur. Idē vtrāq; vim ſingulis ineſſe: ac ſine mare ęque gignere. Benigna circa hoc natura innocua: & eſculenta animalia fœcunda generauit. Lepus omnium prędæ naſcens ſolus: pręter daſipodem ſupfœtat. aliud educās: aliud in vtero piliſ veſtitum: aliud implume: aliud inchoato generis partu. Necnō & veſtes leporino pilo facere tentatum eſt tactu non perinde molli vt in cute: propter breuitatem pili dilabi.

Lepores candidi.

Viuerre muſtellę ruſticę

Lepores vtrīuſq; ſexꝰ generādi vī hēt

¶De damis. CA.LVI.

DAmę manſueſcunt raro: cum ferę iure dici non poſſint. Complura nanq; ſunt: nec placida nec fera: ſed mediæ inter vtrunq; naturæ: vt in volucribus hirundines: apes in cāpo: in mari delphini.

¶De muribus/ & gliribus. CA.LVII.

QVo in genere multi & hos incolas domus impoſuere. Mures haud ſpernēdum in oſtentis etiam publicis animal. Arroſis lauini clypeis argenteis marſicum portendere bellū. Carboni impatori apud cluſium faſcijs quibus in calciatu vtebatur exitium. Plura eorūm genera in cyrenaica regiōe: alij lata fronte: alij acuta: alij herinaceorum genere pungētibus pilis. Theophraſtus auctor eſt in gyaro inſulas cum incolas fugaſſent: ferrum quoq; roſiſſe. Conſtat id quod iacturam quidam/ & ad calybas fecere in ferrarijs officinis. Aurarijs quidam in metallis ob hoc aluos eorum excidi: ſemperq; id furtū dephendi: tantam eſſe dulcedinem furandi. Veniſſe murem. cc. nūmis caſilinū obſidendete Hannibale: eumq; qui vendiderat fame interiſſe: emptorem vixiſſe annāles tradunt. Cum candidi prouenere: lętum faciunt oſtentū. Nam ſoricū occētu dirimi auſpicia annales refertos habemus. Sorices & ipſos hyeme condi auctor eſt Nigidius: ſicut glires: quos cenſoriæ legis principes. Q. Scaurus/ & M. in conſulatu nō alio modo cœnis ademere q̄ cōchylia. aut ex alio orbe conuectas aues. Semiferum & ipſum animal: cui viuaria in dolijs idem: qui apris inſtituit. Qua ī re notatum non congregari niſi populares eiuſdē ſiluę: & ſi miſceantur alienigenę: niſi amne/ vel mōte diſcreti interire dimicando genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate ſenium finitur hyberna quiete. Conditi enim & hi cubant: rurſus æſtate iuueneſcunt: ſimili & muſtellis quiete.

Aiaduerte ī colas a muribꝰ fugatos.

Soricū occētu. f. maxius &. c. flaminiꝰ priuati.

¶Quæ animalia quibus in locis non ſint. CA.LVIII.

SIc mirum rerum naturam non ſolum alia aliſs dediſſe terris animalia:ſed in eodē quoq; ſitu
quędā aliquibus locis negaſſe. In meſia ſilua italiæ nō niſi in parte repiunt̄ hi glires. In licia
dorcades nō tranſeūt montes ſyris vicinos. Onagri mōtem/qui capadociam a lycia diuidit.

Vel argēnuſ ſam.

In helleſponto in alienos fines nō cōmeant cerui:& circa argninuſam elatum montem nō excedunt
auribus etiam in monte fiſſis. In pordoſolene inſula vicinam muſtellę nō tranſeunt. In bœotia leba=
dia illatę ſolum ipſum fugiunt:quę iuxta in orchomeno tota ſubruūt arua talpę:quarū e pellibus cu
bicularia vidimus ſtragula. Adeo ne religio quidē a portētis ſummouet delitias. In ithaca lepores il
lati moriunt̄ externis quidem in littoribus. In ebuſo cuniculi non ſunt:ſcatēt in hiſpania/balearibuſ=
q; Cyrenis mutæ fuere ranę:illatis e cōtinente vocalibus durat genus eaꝝ. Mutæ ſunt etiam nūc in
ſeripho inſula: Eædem alio tranſlatæ canunt. Qđ accidere/& in lacu theſſaliæ ſicendo tradunt:in ita
lia muribus araneis venenatus eſt morſus. Eoſdem vlterior appennina regio nō habet. Iidem vbi cū=
q; ſint orbitam ſi tranſire moriūtur:in olympo macedoniæ mōte nō ſunt lupi. Nec in creta inſula:ibi
quidem nō vulpes/vrſiue:aut oīno vllum maleficum aīal:pręter phalāgium. Aranei id genus de quo
dicemus ſuo loco. Mirabilius in eadē iſula ceruos pręterq̄ in cydoneatarū regionē nō eſſe. Itē apros

Nota.

& attagenas/herinaceos:in africa aūt nec apros:nec ceruos:nec capreas:nec vrſos.

¶Quæ aduenis noceant. CA.LIX.

IAm quędam animalia innoxia indigenis/aduenas interimūt ſicut ſerpētes. Parcunt ī my
rinthe:quos terra naſci ꝓdit̄. Item in ſyria angues circa eufratis maxime ripas dormiētes
ſyros nō attingunt. Aut etiā ſi calcati/momordere:nō ſentiūt maleficia: alios cuiuſq; gētis
infeſti auide & cum cruciatu exanimātes. Quāobrē/& ſyri nō necat eos. Cōtra in aletenio

Mirabile.

cariæ mōte Ariſtoteles tradit a ſcorpionibus hoſpites nō ledi:indigenas interimi. Sꝫ reliquorū quoq;
animalium/& præterea terreſtrium dicemus genera.

## ¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER NONVS.

¶De aquatili um natura. CA.I.

ANIMALIVM QVAE TERRESTRIA APPELLAVIMVS hominū qua=
dam conſortione degētia indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe volucres
conuenit. Quamobrem prius æquorum:amnium:ſtagnorumq; dicētur.

¶Quare in mari maxima animalia. CA.II.

SVnt autem complura in his maiora etiā terreſtribus. Cauſa euidēs hu
moris luxuria alia ſors alitum. Quibus vita pēdentibus. In mari autem
tam late ſupino/molliq;/ac fertili accremēto accipiēte cauſas genitales
ſublimi/ſemperq; pariente natura:plæraq; etiam mōſtrifera reperiūt̄:
perplexis:& in ſemet/aliter/atq; aliter nūc flatu nūc fluctu cōuolutis ſeminibꝰ atq; pricipiſs. Vt vera
fiat vulgi opinio:quid naſcitur in parte naturæ vlla:& in mari eſſe:ꝑterq; multa/quæ nuſq̄ alibi rerū
quidem nō ſolum aīalium ſimulachra ineſſe:licet intelligere intuētibus vuam:gladium:ſerras. Cu=
cumim vero/& in colore/& in odore ſimilē. Quo minus miremur equorum capita in tam paruis emi
nere cocleis.

¶De indici maris beluis. CA.III.

Balenę quatuor iuger ū. priſtes ducē toꝝ cubitoꝝ

PLurima autem/& maxima in indico mari aīalia:e quibus balenę quaternū iugerum :pri=
ſtes ducenum cubitorum. Quippe vbi locuſtę quaterna cubita impleant. Anguilæ quoq;
in gange amne tricenos pedes. Sed in mari beluę circa ſoſtitia maxime viſuntur. Tūc illic
ruunt turbines:tūc imbres/tūc deiectę mōtium iugis ꝓcellæ ab imo vertūt maria:pulſataſ
q; ex profundo beluas cum fluctibus voluūt:& alias tanta tynnorū multitudine: vt magni Alexādri
claſſis haud alio modo:q̄ hoſtium acie obuia cōtrarium agmen aduerſa fronte direxerit. Aliter ſpar
ſis nō erat euadere:qui nō voce:nō ſonitu:nō ictu:ſed fragore terrentur:hæc niſi ruina turbantur Ca
dara appellatur rubri maris peninſula. Huius obiectu vaſtus efficitur ſinus duodecim dierum/& no
ctium remigio enauigatus Ptolemæo regi:quādo nullius auræ recipit aflatum. Huius loci quiete ꝑ
cipua ad immobilem magnitudinem beluę adoleſcūt. Gedroſi:qui arbin amnem accolūt alexandri

fores ex beluarū maxilī Piſces variarū figuraꝝ in trā exeūtes.

magni claſſium præfecto prodidere in domibus fores maxillis beluarum facere :oſſibus tecta conti=
gnare. Ex quibus multa quadragenum cubitorum lōgitudinis reperta. Exeunt & pecori ſimiles be
luę ibi in terrā:paſteq; radices fruticum remeāt:& quędam equorum:aſinorum:taurorum capitibus
quæ depaſcūtur ſata. Maximum animal in indico mari priſtis/& balena eſt.

¶Quę in quoq; oceano maxima. CA.IIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0160-2
DFG

IN gallico oceano phyſeter ingẽtis columnę modo ſe attollẽs :altiorq; nauiũ velis diluuiẽ quandam eructãs. In gaditano oceano arbor in tãtum vaſtis diſpenſa ramis:vt ex ea cauſa fretum nunq̃ intraſſe credat̃. Aparent & rotæ appellatę a ſimilitudine quaternis diſtinctæ radijs modiolos earum oculis duobus vtrinq; claudentibus.

## De tritonum/& Nereidum/& elephãtoꝝ maritimorum figuris. CA.V.

TIberio principi nunciauit oliſiponenſium legatio/ob id miſſa viſum/auditũq; in quodam ſpecu cõcha canentem Tritonem qua noſcitur forma. Et Nereidum falſa opinio non eſt ſquamis modo hiſpido corpore etiam in quo humanam effigiem habent. Nãq; hæc in eodem ſpectata littore eſt. Cuius moriẽtis etiam gannitu𝔷 triſtem accolę audiuere longe. Et diuo Auguſto legatus gallię cõplures in littore apparere exanimes Nereidas ſcripſit. Auctores habeo in equeſtri ordine ſplendẽtes viſum ab his in gaditano oceano marinum hominem toto corpore abſoluta ſimilitudine aſcendere nauigia nocturnis tẽporibus:ſtatimq; degrauari quas inſederit partes:& ſi diutius ꝑmaneat etiam mergi. Tiberio principe cõtra lugdunẽſis prouinciæ littus inſularum trecentas amplius beluas reciprocans deſtituit oceanus miræ varietatis/& magnitudinis. Nec pauciores in ſãtonũ littore. Interq; reliquas elephãtos/& arietes cãdore tantũ cornibus aſſimilatis. Nereidas vero multas. Turanius vero ꝓdidit expulſam beluam in gaditana littora:cuius inter pinnas duas vltimæ caudę cubita.xvi.fuiſſent:dentes eiuſdem.cxx. Maximi dodrãtium mẽſura:minimi ſemipedu𝔷. Beluæ cui dicebat̃ expoſita fuiſſe Andromeda oſſa romæ apportata ex oppido iudeę ioppe oſtẽdit iter reliqua miracula:ædilitate ſua. M. Scaurus:longitudine pedum.xl.altitudine coſtarum indicos elephãtos excedẽte ſpinæ craſſitudine ſexquipedali.

Nereides humanã hñtes figuram.

Marinus homo viſus.

Belua mirabilis.

## De balenis/& orcis. CA.VI

BAlenę in noſtra maria penetrãt. In gaditano oceano non ante brumam cõſpici eas tradũt Condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido/& capaci mire gaudẽtes ibi parere. Hoc ſcire orcas infeſtam his beluam. & cuius imago nulla repreſentatione exprimi poſſit alia:q̃ carnis immẽſę dẽtibus truculẽtæ. Irrumpunt ergo iu ſecreta/ac vitulos earũ/& fœtas vel etiamnum grauidas lacerat morſu:incurſuq; ſeu liburnicaꝝ roſtris fodiunt. Illę ad flexũ immobiles:ad repugnãdum inertes:& põdere ſuo oneratæ. Tunc quidem & vtero graues:pariendi ue pœnis inualidæ ſolum auxilium nouere:in altum ꝓfugere:& ſe toto defendere oceano. Contra orcæ occurrere labororãt:ſeſeq; opponere:& cautium anguſtijs trucidare:in vada vrgere:ſaxis illidere. Spectant̃ ea prelia ceu mari ipſo ſibi irato nullis in ſinu ventis. Fluctibus vero ad anhelit⁹/ictuſq; quãtos nulli turbines voluãt. Orca & in portu hoſtienſi viſa eſt oppugnata a Claudio principe. Venerat tunc exædificãte eo portum inuitata naufragijs tergorũ euectoꝝ e gallia:ſatianſq; ſe ꝑ complures dies alueum in vado ſulcauerat:accumulata fluctibus in tãtum:vt circunagi nullo modo poſſet. Et dum ſaginam ꝑſequitur in littus fluctibus propulſa eminẽte dorſo multum ſup aquas carinę vice inuerſæ. Protendi iuſſit Cæſar plagas multiplices inter ora portus:ꝓfectuſq; ipſe cum prætorianis cohortibus populo romano ſpectaculum p̄buit:lanceas cõgerente milite e nauigijs aſſultãtibus:quorum vnum mergi vidimus reflatu beluæ oppletum vnda. Ora balenę habent in frõtibus. Ideoq; ſumma aqua annatantes in ſublime nimbos efflant.

Orcę balenis infeſtæ.

## An ſpirent piſces/an dormiant. CA.VII.

SPirant aũt cõfeſſione oĩ𝔷 & pauciſſima aĩalia in mari:q̃ internorũ viſcerũ pulmonẽ hñt. Q̃m ſine eo nullum aĩal putat̃ ſpirare:nec piſcium brãchias hñtes anhelitu𝔷 reddere:ac per vices recipere exiſtimãt:quorũ hæc opinio eſt. Nec multa alia genera etiam branchijs carentia. In qua ſnĩa fuiſſe Ariſtotelẽ video:& multis ꝑſuaſiſſe doctrinę indaginib⁹. Nec me protinus huic opiõi eorũ accedere haud diſſimulo:q̃m & pulmonũ vice alijs poſſunt alia ſpirabilia ĩeſſe viſcera ita volẽte natura ſicut:& ꝓ ſanguĩe multus alius humor. In aquas quidẽ penetrare hũc vitalẽ halitũ qs miret̃:qui etiã reddi ab his eũ cernat:& in terras tãto quoq; ſpiſſiorẽ naturę partẽ penetrare argumẽto aĩaliũ q̃ ſemp defoſſa viuũt ceu talpæ. Accedit apd̃ me certæ efficacię vt credã oĩa in aq̃s ſpirare naturę ſuę ſorte:primũ ſępe annotata piſciũ æſtiuo calore q̃da𝔷 anhelatio:& alia trãquillo velut oſcitatio. Ipſorũ quoq; q ſunt in aduerſa opiniõe de ſomno piſciũ cõfeſſio. Quis.n.ſine reſpiratiõe ſõno loc⁹? Præterea bullãtiũ aquarũ ſuffiatio:lunęq; effectu cõcharũ quoq; corpora augeſcẽtia:ſup oĩa eẽ auditũ:& odoratũ piſcibus nõ erit dubiũ ex aeris vtrũq; materia. Odorẽ q̃dẽ nõ aliud q̃ ĩfectũ aera ĩtelligi poſſe Quãobrẽ de his opinent̃:vt cuiq; libitũ erit. Brãchię nõ ſunt balenis/nec delphinis. Hęc duo gecera fiſtulis ſpirant:q̃ ad pulmonẽ pertinẽt. Balenis a frõte:delphinis a dorſo:& vituli marini:quos vocant phocas:ſpirãt/& dormiũt in terra. Item teſtudines de quibus mox plura.

Piſces q̃ pulmõe carent.

Alij ꝓ ſãguiẽ hũorẽ habẽt

## De delphinis. CA.VIII.

Oīz animāti/ um velociſſimū delphin⁹

VElociſſimum oīz aīaliū nō ſolum marinorū delphinus: ſꝫ ocior volucre: acrior tęlo: ac niſi multum infra roſtrum os illi foret medio pene in vētre: nullus piſciū celeritatē eius euaderet. Sed affert morē ꝓuidētia naturę: qa niſi reſupini/ atq; cōuerſi nō corripiūt q̄ cauſa p̄cipue velocitatē eorū oſ̄dit. Nā cū fame cōcitati fugiētē in vada ima pſecuti piſcem diutius

Delphi. fœt⁹ vberibus nutriētes / geſtāteſq;.

ſpiritum continuere: vt arcu emiſſi ad reſpirandum emicauit. Tanta vi exiliūt: vt plærūq; vela nauium traſuoluent vento. Agunt vere cōiugia: pariunt catulos. x. menſe: æſtiuo tp̄e. Interdū & binos nutriunt vberius ſicut Balena. Atq; etiā geſtāt fœtus in infantia infirmos. Quinetiā adultos diu comitātur magna erga partū caritate. Adoleſcūt celeriter. X. annis putant̄ ad ſummā magnitudinē puenire

☞ Viuunt ēt tricenis. Qđ cognitū p̄ciſa cauda in expimētum. Addunt̄ tricenis diebus circa canis ortū

Soli delphīo līgua mobil'.

occultāturq; incognito mō. Qđ eo magis mirum eſt: ſi ſpirare in aqua nequeūt. Solēt in terrā erūpere incerta de cauſa. Et ſtatim tellure tacta moriūtur: multoq; ocius fiſtula obturata. Lingua eſt his cōtra naturam aquatilium mobilis: breuis: atq; lata: haud differēs ſuillæ. Pro voce gemitus humano ſi

Simō vocari gaudet.

milis: dorſum repādum: roſtrū ſimū. Qua de cauſa nomē ſimonis oſ̄s miro modo agnoſcūt: malunt q; ita appellari. Delphinus nō tm̄ hoīs amicum animal: verꝫ & muſica arte mulcet̄ ſymphonię cantu

Muſica mulcentur. ☞

& præcipue hydrauli ſono. Hoīeꝫ nō paueſcit vel alienū. Obuiam nauigijs euenit. Alludit exultans: certat etiam: & q̄uis plena p̄terijt vela. Diuo aūt Auguſto principe lucrinum lacū inuectus pauperis

Delphi puerorūꝫ amore ducūtur. ☞

cuiuſdam puerū ex baiano puteolos in ludum lr̄aꝵ itātem: cum meridiano immorās appellatum eū Simonis noīe ſæpius fragmētis panis quē ob id ferebat allexiſſet: miro amore dilexit. Pigeret referre: ni res Mœcenatis/ & Flauiani/ & Flauij Alfij/ multorūq; eſſet litteris mādata. Quocunq; diei tempore inclamatus a puero/ q̄uis occultus/ atq; abditus ex imo aduolabat: paſtuſq; e manu p̄bebat aſcēſu

Is puer & delphin⁹ eodeꝫ tumlati ſepl'chro dicūtur

ro dorſum pennæ aculeos velut vagina condēs: receptumq; puteolos per magnum æqnor in ludū ferebat. Simili modo reuehēs pluribus annis donec morbo extincto puero ſubinde ad conſuetum locū ventitans triſtis/ & merenti ſimilis ipſe quoq; (quod nemo dubitaret) deſiderio expirauit. Alius inter hos annos in africo littore hipponis diarrhyti ſimili modo ex hominum manibus veſcē/ fereſq; ſe tra

Varia amoris in pueros delphini exempla.

ctandū: & alludēs natātib⁹: īpoſitoſq; portans: vnguēto punctus a Flauiano ꝓconſule africæ: & ſopitus vt apparuit odoris nouitate/ fluctuatuſq; ſilis exanimi caruit hoīꝫ cōuerſatione: vt iniuria fugat⁹ p aliquot mēſes: mox reuerſus in eodem miraculo fuit. Iniuriæ ptātū inhoſpitales ad viſendum veniētium hypponēſes in necem eius cōpulerunt. Ante hæc ſimilia de puero in iaſſo vrbe memorāt̄. Cui⁹ amore ſpectatus lōgo tp̄e dum abeuntem in littus auide ſeqnitur: in harenā inuectus expirauit. Puerum Alexāder magnus babylone. Neptuni ſacerdotio pręfecit: amorem illum numinis propitij fuiſſe interpretatus. In eadem vrbe Iaſſo egeſidemus ſcribit & alium puerum Hermiā nomine: ſimiliter maria p̄equitātem: cū repētine ꝓcellæ fluctib⁹ exaīmat⁹ eſſet relatū: delphinūq; cauſam lœti fatēteꝫ non reuerſum in maria: atq; in ſicco expiraſſe. Hoc idem & Naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit.

☞ Nec modus exēplorū. Eadē Amphilochij/ & tarētini de pueris/ delphiniſq; narrāt. Quæ faciūt/ vt cre

Ariō delphini dorſo īuectus.

datur Arionē quoq; citharedicę artis inteficere nautis in mari parātibus ad intercipiēdos eius queſt⁹ eblāditū: vt prius caneret cithara: cōgregatis cantu delphinis cum ſe ieciſſet in mare: exceptū ab vno tenarum in littus puectū. Eſt ꝓuinciæ narbonēſis/ & in nemauſiēſi agro ſtagnū laterna appellatū: vbi cū hoīes delphini ſocietate piſcātur: innūera vis mugilū ſtatuto tp̄e anguſtis/ faucib⁹ ſtagni ī mare erū

Nota/

pit obſeruata æſtus reciprocatiōe. Qua de cā p̄tendi nō queūt retia: q̄ molē ponderis nullo modo tolerēt etiā ſi nō ſolertia inſidietur tēpori ſimili rōne in altū ꝓtinus tendunt quod vicino gurgite efficere: locūq; ſolum pandendis retibus habilem effugere feſtināt. Quod vbi animaduertere piſcātes: concurrit aūt multitudo temporis gnara: & magis etiā voluptatis hui⁹ auida: totuſq; popul⁹ e littore quāto pōt clamore conciet Simonē ad ſpectaculi euētum. Celeriter delphini exaudiūt deſideria aquilonum flatu vocem ꝓſequente auſtro vero tardius ex aduerſo referente. Sed tūc quoq; improuiſo in auxiliū aduolant. Propere apparet acies: quę ꝓtinus diſponitur in loco: vbi cōiecta eſt pugna. Opponūt ſeſe ab alto: trepidoſq; in vada vrgent. Tunc piſcatores circundāt retia: furciſq; ſubleuāt. At mugilū nihilominus velocitas tranſilit/ At illos excipiunt delphini: & occidiſſe ad præſens contenti cibos in victoriam differunt. Operæ prælium feruet: includiq; retibus ſe fortiſſime vrgentes gaudent. Ac ne id ipſum fugam hoſtium ſtimulet: inter nauigia/ & retia/ natantēſue hoīes ita ſenſim elabūtur: vt exit⁹ nō appareat. Saltu: quod eſt alias blādiſſimum. His nullus conatur euadere. ni ſumitantur ſibi retia. Egreſſi protinus ante vallū p̄liantur. Ita pacta captura/ quos interimere: diripiūt. Sed enixioris operę: q̄ in vnius diei p̄miū: vt conſcij ſibi operiūtur in poſteruꝫ: nec piſcibus tātum. ſed interiectu panis/ ac vino ſatiātur. Quæ de eodem genere piſcandi in iaſſio ſinu conſul Mutianus tradit: hoc differunt q; vltro neq; inclamāti præſto ſint: parteſq; e manibus accipiāt: & ſuum quēq; cubātes/ cū delphinis ſocium habeāt: q̄uis noctu & ad faces. Ipſis quoq; iter ſe ē publica ſocietas. Capto a rege carię alliga

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0162-4
DFG

toq; in portu delphino ingẽs reliquoꝝ cõuenit multitudo mœſtitia quadã:quæ poſſet itelligi miſerationẽ petẽs:donec dimitti rex eum iuſſit. Quin & paruos ſẽper aliquis grandior comitaſ vt cuſtos Cõſpectiq; ſunt iam defunctum portantes:ne laceretur a beluis.

Defunctos portant.

## De turſionibus aquatilibus. CA.IX.

DElphinorum ſimilitudinem habẽt qui vocanſ turſiones. Diſtant & triſtitia quidẽ aſpect⁹ Abeſt eñi illa laſciuia:maxime tamen roſtris caniculaꝝ maleficẽtia aſſimulati.

Vel thyrſiones

## De teſtudinibus quomodo capiantur. CA.X.

TEſtudines tantæ magnitudinis indicu; mare emittit vt ſingularum ſupficie habitabiles caſas integant. Atq; inter iſulas rubri præcipue maris his nauigẽt cymbis. Capiũſ multis quidẽ modis ſed maxie euectę in ſũma pelagi:aut meridiano tẽpore blãdito eminẽte toto dorſo per tranquilla fluitãtes. Quæ voluptas libere ſpirãdi in tantum fallit oblitas ſui: vt ſolis vapore ſiccato cortice nõ queant mergi. inuitæq; fluitẽt opportunæ venãtium prædæ. Ferũt & paſtum egreſſas noctu:auideq; ſaturatas laxari. Atq; vt remearint matutino ſũma in aqua obdormiſcere:id ꝑ diſtertẽtiũ ſonitu. Tumq; leuiter capti. Annatare enim ſingulis ternos a duob⁹ in dorſum verti a tertio laqueũ inijci ſupinę:atq; ita ad terrã a plurib⁹ trahi. In phœnicio mari haud vlla difficultate capiunſ:vltroq; veniũt tẽpore ſtatuto anni in amnẽ eleutherũ effuſa multitudine. Dentes nõſũt teſtudini:ſed roſtri margines acuti ſupna parte inferiorẽ claudẽte pixidum mõ. In mari viuunt cõchylijs tãta oris duritia:vt lapides cõminuant. In terrã egreſſæ in hęrbis pariunt oua auium ouis ſimilia ad cẽtena numero. Eaq; defoſſa extra aquas & cooperta terra ac pauita pectore: & complanata incubant noctibus:educãt fœtus annuo ſpatio. Quidam oculis ſpectando quoq; oua foueri ab ijs putant. Fœmina coitum fugere:donec mas feſtucam aliquam imponat aduerſæ. Troglodytæ cornigeras habent:vt in lyra annexis cornibus latis:ſed mobilibus:quorum in natando remigio ſe adiuuãt. Celtiu; genus id vocatur eximię teſtudinis:ſed raræ. Namq; quaſi ſcopuli præacuti chelonophagos terrẽt. Troglodytæ autẽ ad quos adnatant vt ſacras adorant. Sunt & terreſtres:quę ob id in operibus cherſinæ vocantur in aphricę deſertis:qua parte maxime ſitientibus harenis ſqualẽt roſido(vt creditur)humore viuẽtes. Neq; ibi aliud animal prouenit.

Teſtudinum ſuperficies cãſas ſingulæ iſtegunt.

## Qui primus teſtudines ſecare inſtituit. CA.XI.

TEſtudinum putamina ſe care in laminas:lectoſq;/& repoſitoria his veſtire Carbilius Pollio inſtituit:ꝓdigi & ſagacis ad luxurię inſtrumenta ingenij.

## Tegmenta aquatilium. CA.XII.

AQuatiliũ tegmẽta plura ſũt. Alia corio & pilis teguñ vt vituli hippopotami. Alia coriotãtũ vt delphini. Cortice vt teſtudines. Silicu; duricia vt oſtreę & cõchę. Cruſtis vt locuſtæ. Cruſtis & ſpinis vt echini. Squãmis vt piſcis. Aſpera cute vt ſquatia:qua lignũ & ebora poliũtur. Molli vt murenæ. Alia nulla vt polypus.

## De vitulo marino. CA.XIII.

QVæ pilo veſtiũtur animal pariunt vt priſtis:balena:vitulis. Hic parit in terra pecudũ more ſecũdo partus reddit initu. Canũ modo cohęret: & parit nũq̃ geminis plures. Educat mãmis fœtum. Nõ ante.xij.diẽ deducit in mare:ex eo ſubinde aſſuefaciẽs. Interficiũtur difficulter niſi capite eliſo. Ipſi in ſomno mugitus. Vnde nomẽ vituli accipiũt. Tenẽt diſciplinã:voceq; pariter & viſu populũ ſalutãt. Cõdito fremitu noĩe vocati reſpõdent. Nullũ aĩal grauiore ſomno premitur. Pẽnis quibus in mari vtunſ:humi quoq; vice pedũ ſerpũt. Pelles eorũ etiam detractas corpi ſenſũ æquoꝝ retinere tradũt:ſempq; æſtu maris recedẽte ĩhorreſcere. Præterea dextrę pennæ vim ſoporiferã ineſſe ſõnoſq; allicere ſubditam capiti.

Vitulus.m. mãmis fœtu; educat.

Vituli vocati reſpondent.

Vituli pẽnæ. ſõnũ alliciũt.

## De piſcibus pilo carentibus: & quomodo pariant: & quot eorum genera. CA.XIIII.

PIlo carẽtium duo omnino animalia pariunt:delphinus ac vipera. Piſciũ ſpecies ſũt.lxxiiij præter cruſtis intecta quæ ſũt.xxx. De ſingulis alias dicemus. Nunc enim naturæ tractantur inſignium.

Vipera inter piſces.

## De nominibus & naturis multorum piſcium. CA.XV

PRæcipua magnitudine thynni. Inuenim⁹ talẽta.xv.pependiſſe.eiuſdem caudę latitudinem duo cubita & palmum. Sũt & in quibuſdã amnibus haud minores. Sylurus in nilo: eſos in rheno:attil⁹ in pado inertia pingueſcẽs ad mille aliquãdo libras cathenato capt⁹ hamo:nec niſi boum iugis extractus. Atqui hunc minimus appellatus clupea venã quãdam eius in faucibus mira cupidine appetẽs morſu exanimat. Sylurus graſſatur vbicunq; eſt omne animal appetẽs:equos innatãtes ſæpe demergens:præcipue ĩ rheno germaniæ amne ꝓpter liſboũ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0163-0 DFG

Piſcis ſpinis oſſibuſq; carens.
In gãge vermes.lx.cubitorum.
Vetus lectio clidio.

Et in danubio mari extrahit porculo marino ſimillim⁹. Et in boriſthene memoratur præcipua ma
gnitudo nullis oſſibus ſpiniſue interſitis: carne prędulci. In gange indiæ plataniſtas vocẽt roſtro del
phini & cauda: magnitudine aũt.xv.cubitoꝝ. In eodẽ eſſe ſtatius Seboſus haud modico miraculo
affert vermes brachijs binis.lx.cubitorum ceruleos: qui nomen a facie traxerunt. His tantas eſſe vi-
res: vt elephãtos ad potum venientes mordicus compręhenſa manu eorum abſtrahant. Tynni ma-
res ſub ventre nõ habent pinnã. Intrant magno mari pontũ verno tempore gregatim: nec alibi fœ
tificant. Cordilla appellatur partus/qui fœtas redeuntes in mare autũno comitat. Limoſæ vero a lu
to pelamides incipiunt vocari: & cum annuum exceſſere tempus thynni. Hi mẽbratim cæſi ceruicẽ
& abdomine commendãtur: atq; edulio recenti dumtaxat: & tum quoq; graui ructu: cætera parte
plenis pulpamẽtis ſale aſſeruant. Melãdrya vocatur cęſis quernis aſſulis ſimillima. Viliſſima ex his
quę caudæ ꝓxima quia pingui carẽt: probatiſſima ea quæ faucibus. At in alio piſce circa caudã ex
ercitatiſſima. Pelamides in apolectos particulatimq; conſectę: in genera cybioꝝ diſpartiunt. Piſciũ
genus omne pręcipua celeritate adoleſcit: maxime in ponto. Cauſa multitudo amniũ dulces infe-
rentium aquas: amiam vocant: cuius incremẽtum ſingulis diebus intelligitur. Cum thynnis hæc &
pelamides in pontũ ad dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quæq; ducibus: & primi omniũ
ſcõbri. Quibus & in aquis ſulphureus color: extra qui cęterij. Hiſpanię cętarias hi replẽt thynnis nõ
cõmeantibus. Sed in pontum nulla intrat beſtia piſcibus malefica: præter vitulos & paruos delphi-
nos. Tynni dextera ripa intrãt: exeunt leua. Id accidere exiſtimatur: quia dextro oculo plus cernũt
vtroq; hebete natura. Eſt in euripo thracij boſphori: quo propontis euxino iungitur in ipſis europã
aſiamq; ſeparantis freti anguſtijs ſaxum miri candoris a vado ad ſũma perlucẽs: iuxta calcedonẽ in
latere aſiæ. Huius aſpectu repente territi ſemp̄ aduerſum bizantij ꝓmontorium ex ea cauſa appel-
latum auricornu pręcipiti petunt agmine. Itaq; omnis captura bizãtij eſt magna calcedõis penuria

Vel.d.p.
Thynni nauigia cõmitantes.

d.c.P.medij interfluẽtis euripi. Operiuntur autem aquilõis flatum: vt ſecundo fluctu exeant ex põ
to: nec niſi intrãtes pontum bizantij capiũtur. Bruma nõ vagãtur. Vbicunq; depręhẽſi viſq; ad æqui
noctium ibi hybernãt. Iidẽ ſæpe nauigia velis euntia comitantes mira quadam dulcedine ꝑ aliquot
horarum ſpatia & paſſuum milia a gubernaculis nõ ſeparantur: nec tridente quidem in eos ſæpius
iacto territi. Quidam eos qui hoc e tynnis faciant pompilos vocãt. Multi in ꝓpontide æſtuant pon-
tum nõ intrant. Item ſoleæ: cum rombi intrent. Nec ſæpia eſt cum loligo reperiatur. Sexatilũ turd⁹
& merula deſunt: ſicut conchylia. cum oſtreę abundent. Omnia autem hybernant in ægęo. Intrãti-
um pontum ſoli nõ remeant trichiæ. Græcis enim in pleriſq; nominibus vti par erit: quãdo alijs at-
q; alijs eoſdem diuerſi appellauere tractus. Sed hi ſoli hiſtrũ amnẽ ſubeũt ex eo ſubterrancis eius ve
nis in adriaticũ mare defluũt. Itaq; & illi deſcẽdẽtes nec vnq̃ ſubeũtes e mari viſunt. Tynnoꝝ captu
ra eſt a vergiliaꝝ exortu & acturi occaſũ. Reliquo tẽpore hyberno latẽt in gurgitibus imis: niſi tepo
re aliquo euocati: aut plęnilunijs. Pingueſcunt & in tantũ vt dehiſcant. Vita lõgiſſima his biennio.
Animal eſt paruum: ſcorpionis effigie: aranei magnitudine. Hoc ſe & tynno & ei qui gladius vocat:
crebro Delphini magnitudinem excedẽti ſub pĩna affigit aculeo: tãtoq; infeſtat dolore: vt in naues
ſepenumero exiliãt. Quod & alias faciũt alioꝝ vim timẽtes. mugiles maxime tam præcipue veloci
tatis: vt tranſuerſa nauigia interim ſuperiectent.

## De augurijs & diuerſitate piſcium. CA.XVI.

Auguſti augurium
Piſcium fœminę maiores.

Svnt & pſcibus præſcita in hac parte auguria. Siculo bello ambulante in littore Auguſto
piſcis e mari ad pedes eius exiliſt. Quo argumẽto vates reſpõdere Neptunum patrẽ ado
ptãtem eum ſibi Sexto Pompeio repudiato. Tãta erat naualis rei gloria: ſub pedibus Cę
ſaris futuros qui maria tẽpore illo tenerẽt. Piſcium fœminę maiores q̃ mares. In quodam
genere omnino nõ ſunt mares: ſicut in erythinis & chromibus. Omnes enim ouis grauidę capiũtur.
Vagãtur gręgatim fere cuiuſq; generis ſquãmoſi. Capiũtur ante ſolis ortum. Tum maxime piſcium
fallitur viſus. Noctib⁹ quidẽ illuſtribus equæ q̃ die cernũt. Aiũt & ſi iteret gurges intereſſe capturę
Itaq; plures ſecundo tractu trahi q̃ primo: guſtu olei maxime. Dein modicis imbribus gaudent alũ
turq;. Quippe & harũdines q̃uis in paludæ ꝓgnatæ: nõ tamẽ ſine imbre adoleſcũt. Et alias vbicũq;
piſces in eadẽ aqua aſſidui/ſi nõ affluat/exanimãtur. Pręgelidã hyemẽ oẽs ſẽtiũt: ſ; maxĩe qui lapi-
dẽ in capite exiſtimãtur vt lupi: coracini: ſciena: pagri. Cũ aſpere hyemes fuere multi cęci capiũtur
Itaq; his mẽſibus iacẽt in ſpelũcis cõditi: ſicut in terreſtrium genere rettulimus. Maxime hippurus
& coracinus hyeme nõ capi: præterq̃ ęſtatis diebus paucis & iiſdem ſemper. Item munera & orph⁹
cõger: percæ: & ſaxatiles oẽs. Terra quidẽ hoc eſt vado maris excauato cõdi per hyemes torpedi
nem pſittam ſoleamq; tradũt. Quidã ruſſus æſtus ĩpatiẽtia medijs feruorib⁹ ſexagenis dieb⁹ latent
vt glauc⁹: aſelli: auratę. Fluuiatiliũ ſylur⁹ caniculę exortu ſyderat: & alias fulgure ſopit. Hoc ĩ mari

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0164-5
DFG

accidere cyprino putant: & alioquin totũ mare sentire exortũ eiꝰ ſyderis. Quod maxīe in boſphoro apparet. Algę em̃ & piſces ſuperferuntur: ab imo verſa omnia.

℄De mugili & aliȷ́s piſcibus: & ꝙ non iȷ́dem vbiqꝫ placeant. CA.XVII.

Mvgilum natura ridet: in metu capite abſcondito toto ſe occultari credentiũ. Iiſdē tamē tāta facilitas: vt in phœnice & narbonēſi prouincia coitus tempore e viuariȷ́s marē linea longinqua per os ad brāchias religata emiſſum in mare: eademqꝫ linea retractum fœminæ ſequantur ad littus: rurſuſqꝫ fœminam mares partus tempore. Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus accipenſer: vnus omnium ſquamis ad os verſis cōtra aquam nādo meat: nullo nunc in honore eſt. Quod quidem miror: cum ſit rarus inuentu. Quidam eum elopē vocant. Poſtea præcipuam auctoritatem fuiſſe luppo & aſellis Cornelius Nepos & Laberius poeta minorum tradidere. Luporum laudatiſſimi/ qui appellātur lanati a candore mollitiaqꝫ carnis. Aſellorũ duo genera collyri minores & bacchi: qui nō niſi in alto capiunť. Ideoqꝫ prelati priorībꝰ. At in lupis in amne capti pręferunť. Nunc ſcaro dať: principatus qui ſolus piſciũ dicitur ruminare: hęrbiſqꝫ veſci nō aliȷ́s piſcibus. mari carpathio maxime frequēs. Promontorium troadis lectum ſponte nunq̄ tranſit. Inde aduecto Tiberio Claudio principe Optatus Elipertius præfectus claſſis inter hoſtiēſem/ & campaniæ oram ſparſos diſſeminauit. Quīquēnio fere cura eſt adhibita: vt capti redderenť mari. Poſtea frequētes inueniuntur italiæ littore nō ante ibi capti. Admouitqꝫ ſibi gula ſapores/ piſcibus ſatis: & nouũ incolam mari dedit: ne quis peregrinas aues romę parere miretur. Proxima eſt his mēſa generis dũtaxat muſtellarum: quas mirum dictu inter alpes lacuſqꝫ retiæ bigrātinus æmulas marinis generat Ex reliqua nobilitate & gratia maxīa eſt & copia mullis: ſicutꝫ magnitudo modica: binaſqꝫ libras pōderis raro admodum exuperāt: nec in viuariȷ́s piſciniſqꝫ creſcunt. Septentrionalis tantum hos & ꝓxima occidentis parte gignit oceanus. Cętera eorum genera plura. Nam & alga veſcũtur & oſtreis & limo & aliorum piſcium carne: barba gemina inſigniũtur inferiori labro. Lutarium ex his viliciſſimi generis appellant. Hũc ſemp comitatur ſargus nomine alius piſcis/ & cœnum fodiente eo excitatum deuorat pabulum: nec littoralibus gratia. Laudatiſſimi conchlium ſapiunt. Nomē his Feneſtella a colore mulleorum calciamentorum datum putat. Pariũt ter anno. His certe totiens fœtura apparet. Mullum expirātem verſicolori quadam & numeroſa varietate ſpectari proceres gullę narrant/ rubentium ſquāmarum multiplici mutatione palleſcenteꝫ: vtiqꝫ ſi vitro ſpectetur incluſus. M. Apicius ad omnem luxũ ingenio mirus in ſociorum garo (nam ea quoqꝫ res cognomen inuenit) necari eos pręcellēs putauit: atqꝫ e iecore eorum alecem excogitare prouocauit. Id enĩꝫ ect facilius dixiſſe: q̄ quis vicerit. Aſinus Celer e conſularibus hoc piſce prodigus Claudio principe vnum mercatus octo milibus nũmum. Mullus æque reputatione aufert tranſuerſum animum ad contēplationē eorūꝫ: qui in conquęſtione luxus cocos emi ſingulos pluris q̄ equos querebātur. Adhuc coci triumphorum preciȷ́s parantur: & equorum piſces. Nulluſqꝫ prope iam mortalis æſtimatur pluris: quã q peritiſſime cenſum domini mergit.

Vbi mugil cāput abſcōderit: totum crēdit ocultũ eē.
Accipenſer ſquāmis ad os verſis
Vel banchi.
Scarus piſciũ principatum tenet.
Vel luxus ingeniũ mirꝰ.
Hominum luxus.

℄De mullo: ſalpa: & ſalmone. CA.XVIII.

Mvllum. lxxx. librarum in mari rubro captum Licinius Mutianus prodidit. Quanti mercatura eum luxuria ſuburbanis littoribus inuentum? Et hæc natura/ vt aliȷ́ alibi piſces principatum optineant. Coracinus in ægypto. Zeus idē faber appellatur gadibus. Circa ebuſum ſalpa. Obſenꝰ alibi: & qui nuſq̄ percoqui poſſit: niſi ferula verberatꝰ. In aquitania ſalmo fluuiatilis marinis omnibꝰ præferť. Piſcium aliȷ́ branchias multiplices habēt. aliȷ́ ſimplices: aliȷ́ duplices. His aquam acceptam ore remittunt. Senectutis indicium ſquāmarum duritia: quæ nō ſũt omnibus ſimiles. Duo lacus italiæ in radicibus alpium larius & verbanus appellanť: in quibꝰ piſces oībus annis vergiliaꝝ ortu exiſtũt ſquāmis cōſpicui crebris/ atqꝫ præacutis clauoꝝ caligariuꝫ effigie: nec amplius q̄ circa eum menſem viſuntur.

℄De exocœto. CA.XIX.

Miratur archadia ſuuꝫ exocœtum appellatuꝫ ab eo/ quod in ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa clitorium vocalis hic traditur & ſine branchiȷ́s. Idem aliquibus adonis dictus. Exeunt in terraꝫ & qui marini mures vocantur: polypi & murenæ. Quin & ĩ indiæ fluminibꝰ certum genus piſciuꝫ: ac deinde reſilit. Nam ſtagna & amnes tranſeũt: plęriſqꝫ & euidēs ratio eſt: vt tuto fœtus edāt: quia nō ſint ibi/ qui deuorēt fœtꝰ: fluctuſqꝫ minus ſeuiant. Has intelligi ab his cauſas ſeruariqꝫ tēpoꝝ vices magis mireť: ſi quis reputet quoto cuiqꝫ hoīm noſci vberrimā eſſe capturā ſole tranſeunte piſcium ſignum.

℄Digeſtio piſcium in figuras corporum. CA.XX.

Pennæ piſcibus pedũ loco datæ.

AEthiopes/atq; indi diſcolores maxime/& inenarrabiles ferunt aues. Et ante omnes nobilem arabię phœnicem. Haud ſcio an fabuloſe vnum in toto orbe: nec viſum magnopere. Aquilę narratur magnitudine: auri fulgore circa colla: cętera purpureus: cęruleam roſeis caudam pennis diſtinguētibus. Criſtis facieʒ: caputq; plumeo apice honeſtare. Primus/atq; diligētiſſimus togatoꝝ de eo ꝓdidit Manilius ſenator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo. Auctor eſt neminē extitiſſe/q viderit veſcentē. Sacrū in arabiæ ſolo eſſe. Viuere annis ſexcētis ſexaginta. Seneſcētē caſia/thuriſq; ſurculis cōſtruere nidū: replere odoribus: & ſup emori. Ex oſſib⁹ deinde ac medulis naſci primo ceu vermiculū: inde fieri pullū. Principioq; iuſta funeri priori reddere: & totū deferre nidū ꝓpe pancaiā in ſolis vrbē/& in ara ibi deponere. Cū huius alitis vita magni cōuerſionē anni fieri ꝓdit idem Manilius. Iterūq; ſignificationes tempeſtatū: & ſyderum eodem reuerti. Hoc autem circa meridiē incipe. Quo die ſignum arietis ſol intrauerit. Et fuiſſe eius conuerſionis annum ꝓdente ſe. P. Licinio. M. Cornelio conſ. ducenteſimū quintūdecimū. Corneli⁹ Valerian⁹ phœnicem deuolauiſſe in ægyptum tradit. Q. Plautio. Sex. Papinio cōſ. allatumq; eſſe in vrbem Claudij principis cēſura: anno vrbis. dccc. & in comitio ꝓpoſitū. Qđ actis teſtatū eſt. Sed q falſa eſſe nemo dubitarit.

Phœnix in arabia hic Ply. dubitat an vnicus fuerit.

Vita Phœnicis: eiuſq; mors.

Vide quō regeneretur phœnix.

phœnix claudij tp̄ib⁹ romā ex ęgypto allatus.

### De aquilis. CA.III.

EX ijs quas nouimus: aqlę maximus honos/maxia & vis. Sex earū genera. Melenętos a græcis dicta: eadēq; Valeria minima magnitudine: virib⁹ p̄cipua: colore nigricans. Sola aqlaꝝ fœtus ſuos alit. Cæterę (vt dicem⁹) fugāt. Sola ſine clandore: ſine murmuratiōe. Cōuerſat̄ autem in montibus. Secūdi generis pygargus ī oppidis māſitat: & in cāpis albicāte cauda. Tertij morphnos: quā Homerus/& parcnō vocat: aliqui & plancū/& anatariā: ſcđa magnitudine/& vi: huicq;

Sex aqlarū genera. vel clangum

*Æſchylus po. teſtudis caſu interēptus.*

vita circa lacus. Phœmonę Apollinis dicta filia dentes ei eſſe prodidit: mutæ alias carēti lingua. Eademq; aquilarum nigerrimam: prominētiore cauda. Conſenſit & Boetius. Ingenium eſt ei teſtudies raptas frangere e ſublimi iaciendo. Quę ſors interemit poetam Aeſchylum: prędictā ſatis (vt ferunt) eius diei ruinam ſecura cœli fide cauentem. Item quarti generis eſt percopterus: eadeʒ moratur ꝑ lacus: vulturina ſpecie: alis minimis: reliquas magnitudine antecellens: ſed imbellis/ & degener: vtpote quam verberet coruus. Eadem ieiunę ſemper auiditatis: & quęrulę murmurationis. Sola aquilarum exanima ferit corpora. Cæteræ/ cum occidere/ conſidunt. Hæc facit vt quintum genꝰ gneſion vocet: velut verum/ ſolumq; incorruptę originis: media magnitudine: colore ſubrutilo: rarum cōſpectu. Supereſt halietus: clariſſima oculorum acie: librans ex alto ſeſe: viſoq; in mari piſce p̄ceps in eum ruēs: & diſcuſſis pectore aquis rapiens. Illa quam tertiā diximus: circa ſtagna aquaticas aues appetit: mergentes ſe ſubinde: donec ſopitas/ laſſataſq; rapiat. Spectanda dimicatio aue ad perfugia littorum tendente: maxime ſi condenſa harundo ſit: Aquila in deiectu abigente ala: & cum appetit iu lacus cadēte: vmbramq; ſuam nāti ſub aqua a littore oſtendente. Rurſus aue in diuerſa/ & vbi minime ſe credat ſpectari emergente. Hæc cauſa eſt gregatim auibus natandi: quia plures ſimul nō infeſtant: reſperſu pennarum hoſtem occæcātes. Sępe/ & aquilæ ipſę nō tolerantes pondus appręhenſum/ vna mergūtur.

*Halieti aquilę i pullos ex piētia mira.*

Halietus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens ſubinde cogit aduerſos intueri ſolis radios: & ſi cōniuentem/ flentēq; animaduertit: p̄cipitat e nido velut adulterinum/ & degenerem. Illum cuius acies firma contra ſteterit: educat. Halieti ſuum genus nō habent: ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur. Id quidem quod ex ijs natum eſt in oſſifragis genus habet: e quibus vultures ꝓgenerantur minores. Et ex ijs magni/ qui omnino nō generant. Quidam adijciunt genus aquilę: quā barbatam vocāt: thuſſi vero oſſifragam: tribus primis: & quinto aquilarum generi inedificatur. Nido lapis ætites: quē aliqui dixere gagiten: ad multa remedia vtilis: nihil igne depdēs. Eſt autē lapis iſte prægnans: intus cum quatias alio velut in vtero ſonāte. Sed vis illa medica: non niſi in nido direptis. Nidificant in petris/ & arboribus. Pariunt oua terna. Excludūt pullos binos: viſi ſunt & tres aliquādo Alterum expellūt: tędio nutriendi. Quippe eo tempore ipſis cibum negauit natura ꝓſpiciens: ne oīs ferarum fœtus raperentur. Vngues quoq; earum inuertuntur diebus ijs. Albeſcunt inedia pennæ: vt merito partus ſuos oderint. Sed eiectos ab ijs cognatum genus oſſifragi excipiunt: & educāt cum ſuis

*Aquilę ſenio cōfectę ſoluʒ putāt: hinc aquilę ſenectꝰ*

Verum adultos quoq; ꝑſequitur parens: & longe fugat æmulos ſcʒ rapinę. Et alioqui vnum par aquilarū magno ad populandū tractu: vt ſatiet indiget. Determināt ergo ſpatia: nec in ꝓximo p̄dant. Rapta nō ꝓtinus ferunt: ſed primo deponūt: experteq; pōdus tūc demuʒ abeūt. Oppetunt nō ſenio nec ægritudine: ſed fame: in tantum ſupiore accreſcente roſtro. vt aduncitas apiri nō queat. A meridiano

*aqla nunꝗ fulmie icta: ob id ales Iouis credita.*

autem tempore operātur: & volāt. Prioribus horis diei donec impleātur hoīm cōuentu fora ignauæ ſedent. Aquilarum pēnæ mixtas reliquarum auium pennas deuorāt. Negāt vnꝗ ſolam hanc alitem fulmine exanimatā. Ideo armigeram Ioui cōſuetudo iudicauit.

## ¶ Qn̄ legionum ſigna eſſe cœperint. CA. IIII.

*romani ibello aqlę i ſigne habebant.*

Romanis eam legionibus. C. Marius in ſecūdo cōſulatu ſuo ꝓprie dicauit. Erat/ & antea prima cū. iiij. alijs lupis: minotauris: equis: apris: q̄ ſingulos ordines anteibāt. Paucis ante annis ſola i acie portari cœperat: reliq̄ in caſtris relinq̄bātur. Marius in totū ea abdicauit. Ex eo notatū nō fere apd̄ legiōes vnꝗ hybernatū eſſe in caſtris: vbi aquilarū nō ſit iugū.

*aquila cū ceruis/ & dracōibus pugnat.*

Primo & ſcdo generi nō minoꝝ tm̄ quadrupedū rapina: ſʒ etiā cū ceruis ꝑlia. Multū puluerē volatu collectū inſidēs cornibus excutit in occulos pēnis ora verberās: donec p̄cipitet in rupes. Nec vnus hoſtis illi ſatis eſt. Acrior eſt cum dracōe pugna: multoq; magis anceps etiam ſi in aere. Oua hic cōſectatur aquilæ auiditate malefica. At illa ob hoc rapit vbicūq; viſū. Ille multiplici nexu alas ligat: ita ſe implicās vt ſimul decidat.

## ¶ Mirū de aquila. CA. V.

*Mira aqlę i virginem dilectio.*

Eſt percelebris apd̄ feſton vrbē aqlę gloria. Educatam a virgine retuliſſe gratiam aues primo mox deinde venatus aggerētem. Defūcta poſtremo in rogū accenſū eius inieciſſe ſeſe: & ſimul cōflagraſſe. Quam ob cauſam incolę q̄d vocāt herotum/ i eo loco fecere appellatū Iouis/ & virginis: quoniam illi deo ales aſcribitur.

## ¶ De vulturibus. CA. VI.

*Vmbricius vulturis ꝑſēſio.*

Vulturum p̄ualēt nigri. Nidos nemo attingit. Ideo etiam fuere q putarēt illos ex aduerſo orbe aduolare falſo. Nidificāt. n. in excelſiſſimis rupibꝰ. Fœtꝰ quidē ſępe cernūtur fere bini Vmbricius aruſpicum in noſtro æuo pitiſſimus parere tradit oua. xiij. Duo ex ijs reliqua oua/ nidumq; luſtrare: mox abijcere. Triduo autem ante/ vt biduo volare eos vbi cadauera futura ſunt.

## ¶ De ſanquale. CA. VII

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0176-3
DFG

SAanqualem auem/atq; immuſulum augures romani magnæ q̄ſtioni hn̄t. Immuſulum aliqui vulturis pullum arbitrātur eſſe: & ſanqualem oſſifragam. Maſſurius ſanqualem oſſifragam dicit eſſe. Immuſulum autē pulum aquilæ priuſq̄ albicet cauda. Quidā poſt Mutium augurē viſos nō eſſe romæ confirmauere. Ego (quod veriſimilius eſt) in deſidia rerū oīum non arbitror agnitos.

## ¶De accipitribus. CA.VIII.

ACcipitrum genera ſexdecim inuenimus Ex iįs circon claudū; altero pede proſperrimi augurij nuptialib⁹ negocijs/& pecuariæ rei. Triorchē a numero teſtiū: cui principatū in augurijs Phœmonœ dedit. Buteonē hūc appellāt romani. Familia ēt ex eo cognominata cū ꝓſpero auſpicio in ducis naui ſediſſet. Eſalona græci vocāt:q ſolus oī tp̄e apparet. Cęteri hyemeabeunt. Diſtinctio generum ex auiditate. Alij nō niſi ex terra rapiunt auem. Alij non niſi circa arbores volitantem. Alij ſedentē in ſublimi. Aliquivolantē in aperto. Itaq; & colūbæ nouere ex iįs pericula: viſoq; conſidunt: vel ſubuolant: contra naturam eius auxiliantes ſibi: in inſula Africæ cerne in oceano. Accipitres totius maſſilię humi fœtificant: nec alibi naſcuntur illis aſſueti gētibus. In thracię parte ſup amphipolim homines/atq; accipitres ſocietate quada; aucupātur. Hi ex ſiluis/& harūdinetis excitant aues. Illi ſupuolantes deprimūt. Rurſus captas aucupes diuidūt cū iįs. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipe eos: & cum tp̄s ſit capturæ: clāgore/acvolatus genere inuitare ad occaſionem. Simile quidam lupi apud męotin paludē faciunt. Nam niſi partem a piſcantibus ſuā accepere: expanſa eorum retia lacerāt. Accipitres auium nō edunt corda. Nocturnus accipiter cybindus vocatur. Rarus etiam in ſiluis: interdiu minus cernens. Bellum internecium gerit cum aquilla: cohęrenteſq; ſępe præhenduntur.

Vel egicum.

maſſiliæ acci pitres.

Lupi męotis paludis.

Bellū acci. & aquilę.

## ¶De cocyce quę a ſuo genere interimitur. CA.IX.

COcyx ex accipitre videtur fieri: temporcanni figuram mutans: quoniam tunc non apparēt reliqui: niſi pq̄ paucis diebus. Ipſeq; modico tēpore æſtatis viſus nō cernitur poſtea. Eſt autem neq; adūcis vnguibus ſolus accipitrū: nec capite ſīlis illis: neq; alio q̄ colore/ ac rictu columbi potius. Quin abſumitur ab accipitre: ſi quādo vna apparuere. Sola omnium auis a ſuo genere interēpta. Mutat aute; & vocem. Procedit vere. Occultat̄ caniculę ortu: ſemperq; parit in alienis nidis: maxime palumbiu; maiori ex parte ſingula oua: qđ nulla alia auis: raro bina. Cauſa ſubijciēdi pullos putatur: ꝙ ſciat ſe inuiſam cunctis auibus. Nā minuta quoq; infeſtāt. Ita nō fore tutam generi ſuo ſtirpē opinatur ni fefellerit. Quare nullum facit nidum: alioquin trepidum animal. Educat ergo ſubditum adulterato fœta nixu. Ille auidus ex natura præripit cibos reliquis pullis. Itaq; pingueſcit: & nitid⁹ in ſe nutricem cōuertit. Illa gaudet eius ſpecie. miraturq; ſeſe ipſam: ꝙ talē peperit. Suos cōparatiōe eius damnat vt alienos: abſumiq; etiam ſe inſpectante patit̄: donec corripit ipſam quoq; iam volandi potens. Nulla tum auium ſuauitate carnis comparatur illi.

Cocix in alienū parit nidū

Aīaduerte.

## ¶De miluis. CA.X.

MIlui ex eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notatū in iįs rapaciſſimā/ & famelicā ſemp alitē: nihil eſculenti rapere vnq̄ ex funerum ferculis: nec olympiæ ex ara. Ac ne ferentiū qdem manibus: niſi lugubri municipiorū immolātiū oſtēto. Ijdē videnť artem gubernādi docuiſſe cauda flexibus in cœlo monſtrāte natura: qđ opus eſſet in ꝓfundo. Milui/& ipſi hybernis menſibus latent: nō tn̄ ante hirundines abeūtes. Tradunť aūt & ſolſticijs affici podagra.

milu⁹ cauda nauigādi artem docuit.

## ¶Digeſtio auium per genera. CA.XI

VOlucrum prima diſtinctio pedibus maxīe cōſtat. Aut em̄ adūcos vngues habent: aut digytos: aut palmipedū in genere ſunt: vti anſeres/& aquaticę ferę aues. Adūcos vngues habentia carne tn̄ veſcuntur ex parte magna.

## ¶De inauſpicatis auibus cornice: coruis: bubone. CA.XII.

COrnices & alio papulo. Vtq; duriciā nucis roſtro repugnātem volātes in altū in ſaxa/tegulaſue iaciūt iteꝝ ac ſępi⁹: donec quaſſatā ꝑfringere q̄ant. Ipſa ales ē inauſpicatę garrulitatis: a qbuſdā tn̄ laudata. Ab arcturi ſydere ad hirūdinū aduentū notat̄: eam in mineruę lucis/tēpliſq; raro: alicubi oīno nō aſpici: ſicut athenis. Pręterea ſola hęc etiā volātes pullos aliquādiu paſcit. Inauſpicatiſſima fœtus tp̄e: hoc eſt poſt ſolſtitiū. Cęterę omnes ex eodē genere pellunt nidis pullos: ac volare cogunt: ſicut & corui: qui & ipſi nō carne tn̄ alunt̄: ſed robuſtos quoq; fœtus ſuos fugant longius. Itaq; paruis in vicis nō plus bina coniugia ſunt. Circa cranonem quidē theſſaliæ ſingula ꝑpetuo. Genitores ſoboli loco cedunt. Diuerſa in hac/& ſupradicta alitę quędam corui ante ſolſtitium generāt. Item ægreſcunt ſexagenis diebus: ſiti maxime ante q̄ fici coquantur autumno. Cornix ab eo tp̄e corripitur morbo. Corui pariūt cum plurimos quinos. Ore eos parere/āt coire vulgus arbitratur. Ideoq; grauidas ſi ederint coruinū ouum per eos partum reddere: atq; in totū diffi

Nullę athēis cornices.

Coruus ore parere/& coite creditur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0177-8

culter parere: ſi tecto inferãtur. Ariſtoteles negat. Nõ hercule magis q̃ in ęgypto ibim. Sꝫ illã ex oſculationem quę ſæpe cernitur: qualem in columbis eſſe. Corui in auſpicijs ſoli videntˀ intellectum habere ſignificationũ ſuarum. Nã cũ medię hoſpites occiſi ſunt: omues e peloponneſo/ & attica regione volauerunt. Peſſima eorũ ſignificatio cũ glutiũt vocem velut ſtrangulati. Vncos vngues/ & nocturnæ aues hñt: vtrꝫ nocturnę: bubo: vlulę. Oĩꝫ ho hebetes iterdiu oculi. Bubo funebris/ & maxie ab oĩh⁹ publicis ꝑcipue auſpicijs. Deſerta incolit: nec tm̃ deſolata: ſed dira etiaꝫ/ & inacceſſa. Noctis monſtrum nec cãtu aliquo vocali: ſed gemitu. Itaqꝫ in vrbibus/ aut omnino in luce viſus dirũ oſtentũ ẽ. Priuatorꝫ domibus inſidẽtem plurimũ ſcio nõ fuiſſe feralẽ. Volat nunq̃ quolibet: ſed trãſuerſus aufertur. Capitolij cellam ipſam intrauit Sex. Papellio Iſtro. L. Pediano cõſ. propter qđ nonis martijs vrbs luſtrata eſt eo anno.

Medias vir.
Bubo auis infauſta.
☞ Aduerte

¶ De incendiaria aue. CA.XIII.

INauſpicata eſt/ & incẽdiaria auis: propter quã ſępenumero luſtratã vrbem in annalib⁹ iuenimus: ſicut. L. Craſſo. C. Mario cõſ. Quo anno & bubone viſo luſtrata ẽ. Quę ſi auis ea nec reperitˀ: nec traditˀ. Quidam ita interpretantˀ incendiariã eſſe quęcũqꝫ apparuerit carbonẽ ferens ex aris/ vel altaribus. Alij ſpinturnicem eam vocãt. Sed hęc ipa q̃ eſſet inter aues: q ſe ſcire dicere nõ inuenit.

Romanorũ vanitas.
Cur incẽdiaria auis dicta

¶ De cliuina. CA.XIIII.

CLiuinam quoqꝫ auem ab antiquis nominatam aiaduerto ignorari. Quidam clamatoriam dicunt. Labeo ꝓhibitoriam. Et apđ Nigidium ſubis appellatˀ auis: q̃ aquilarũ oua frãgat.

¶ De auibus incognitis. CA.XV.

SVnt præterea alcõplura genera depicta in hetruſca diſciplina ſęculis nõ viſa: q̃ nunc defeciſſe mirum eſt cum abundẽt etiam quæ gula humana populatˀ.

¶ De auibus nocturnis. CA.XVI.

EXternorum de augurijs peritiſſime ſcripſiſſe illapſas noie putatˀ. Is tradit noctuam: bubonem picũ arbores cauantẽ: trigoneꝫ: cornicem a cauea de ouo exire: quoniã pondere capitum peruerſa oua poſteriorẽ partẽ corporũ fouẽdam matri appẽdit.

Quid hilas:

¶ De noctuis. CA.XVII.

NOctuarꝫ cõtra aues ſolers dimicatio. Maiore circũdatæ multitudine reſupinæ pedibus repugnent: collectæqꝫ in arctũ roſtro/ & vnguibus rotæ tegũtur. Auxiliatˀ accipiter collegio quodã naturę: bellũqꝫ partitˀ. Noctuas ſexagenis diebus hyemis cubare/ & nouẽ voces habere tradit Nigidius.

Noctua nouem ædit voces.

¶ De pico martio. CA.XVIII

SVnt & paruæ aues vncorũ vnguiũ: vt picus Martius: cognoie iſignes/ & in auſpicijs magnæ Quo in genere arborũ cauatores ſcãdẽtes in ſubrectum ſtellionũ mõ. Illi vero & ſupini ꝑcuſſi corticis ſono pabulum ſubeſſe itelligũt. Pullos in cauis educãt auiũ ſoli. Adactus cauernis eorũ paſtore cuneus admata quędã herba ab ijs elabi creditˀ vulgo. Trebius auctor eſt clauũ/ vel cuneum adactũ quãta vi libeat in arbores: in quibus nidũ habeat ſtatim exilire cũ crepitu arboris: cum inſederit clauo/ aut cuneo. Ipſi principales latio ſũt in augurijs: a rege qui nomẽ huic aui dedit. Vnũ eorũ pręſcitũ trãſire nõ queo. In capite pretoris vrbani. L. Tuberonis in foro iura ꝓ tribunali reddẽtis ſedit ita placide vt manu apprehẽderetur. Reſpondere vates: exitium imperio portendi ſi dimitteretur. At ſi exanimaretˀ ꝓtori. Et ille auem protinus cõcerpſit. Nec multo poſt impleuit prodigiũ. Veſcuntur & glãde in hoc genere: pomiſqꝫ multæ: ſed quę carne tãtum nõ viuũt. Excepto miluo: qđ ipſum in augurijs dirum eſt.

Mirabilis pici virtus
Pici i latio a pico ſaturni filio dicti.

¶ De vncos vngues habentibus/ & digytos. CA.XIX.

VNcos vngues habẽtes omnino nõ congregãtur: & ſibi quoqꝫ prædãtur. Sũt autem omnes fere altiuolæ præter nocturnas/ & magis maiores. Oĩb⁹ qbus alę grãdes corpus exiguum Ambulãt difficulter. In petris raro cõſiſtunt curuatura vnguium ꝓhibente. Nunc de ſecũdo ordine dicam⁹: qui in duas diuiditˀ ſpecies: oſcines: & alites. Illarꝫ generi cãtus oris: his magnitudo differẽtiam dedit. Itaqꝫ præcedẽt ordine omnes reliquas.

¶ De pauonibus/ & quis eos primus comederit. CA.XX.

IN his pauonum genus cũ formã/ tũ intellectũ eius & gloriam geminãtes. Laudatus expandit colores: aduerſo maxime ſole: qa ſic fulgẽtius radiat. Simul vmbræ quoſdã repcuſſus cęteris/ qui in opaco clarius micãt. Cõcauo q̃rit cauda. Oẽſqꝫ in acetuũ cõtrahit pẽnarꝫ: quos ſpectari gaudet oculos. Idẽ cauda ãnuis vicibus amiſſa cũ folijs arborũ: donec renaſcatˀ iterũ cũ flore: pudibundus/ ac mœrẽs q̃rit latebrã. Viuit annis. xxv. Colores incipit fũdere in trimatu. Ab auctoribus nõ glorioſum tantum animal traditur: ſed & maliuolum: ſicut anſerum verecũdum. Quoniam has quoqꝫ quidam addiderũt notas in his: haud probatas mihi. Pauonem cibi gratia romę prim⁹ occidit orator Hortẽſius a Dialiciali cœna ſacerdotij. Saginare prim⁹ inſtituit circa nouiſſimũ piraticũ

Vel cocata
☞ Hortẽſi⁹ prim⁹ pauonem in cœna appoſuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0178-4
DFG

bellū.M.Aufidius Lurco:exq; eo quæſtus redditus is ſeſtertium ſexagena milia habuit.

¶De gallis & quomodo caſtrentur:& de gallinaceo locuto. CA.XXI.

PRoxime gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni:quos excitādis in opera mortalibꝰ
rūpendoq; ſomno natura genuit.Norunt ſydera:& ternas diſtingunt horas interdiu can=
tu.Cū ſole eunt cubitū.Quartaq; caſtrenſi vigilia ad curas laboreq; reuocāt. Nec ſolis or
tum incautis patiuntur obrepere. Diemq; venientem nuntiant cātu.Ipſum vero cantum
plauſu laterꝝ.Imperitant ſuo generi:& regnum in quacunq; ſunt domo exercēt.Dimicatione pariť
hoc quoq; inter ipſos:velut ideo tela agnata cruribus ſuis intelligētes.Nec finis ſæpe cōmoriētibus.
Quod ſi palma cōtingit:ſtatim ī victoria canunt:ſeq; ipſi pꝛincipes teſtanť.Victus occultať ſilēs:ęgre
q; ſeruitium patiť.Et plebs tamē æque ſupba gradiť:ardua ceruice:criſtis celſa. Cœlumq; ſola vo=
lucrum aſpicit crebro.In ſublime quoq; caudam falcatam erigens.Itaq; terrori ſūt etiam leonibus
generoſiſſimis ferarꝝ.Iam ex his quidam ad bella tantum & prælia aſſidua naſcunť:quibus etiā pa=
trias nobilitarunt rhodū ac tanagram.Secundus eſt honos habitus melicis & calcidicis: vt plane di
gnę aliti tātum honoris prębeat romana purpura.Horꝝ ſunt tripudia ſolliſtima.Hi magiſtratus no
ſtros quotidie regūt:domoſq; ipſi ſuas claudunt:aut referant.Hi faſces romanos impellunt aut re=
tinēt.Iubent acies aut ꝓhibent.Victoriarꝝ omnium toto orbe partarꝝ auſpices.Hi maxime terrarꝝ
imperio impitant.Ex iis etiam fibræ ſunt:quę haud aliter q̃ optime victimę diis gratę.Habent oſtē
ta ex ſe & præpoſteri eorū veſptiniq; cantꝰ.Namq; totis noctibus canēdo boetiis nobilem illam ad=
uerſus lacedęmonios p̄ſagiuere victoriam.Ita coniecta interpꝛætatione:quoniam victa ales illa nō
caneret.Deſinūt canere caſtrati.Quod duobus fit modis:lumbis aduſtis cādēte ferro:aut imis cruri
bus.Mox vlcere oblito figulina creta.Facilius ita pingueſcunt.Pergami omnibus annis ſpectaculuꝫ
gallorū publice editur ceu gladiatorꝝ.Inuenitur in annalibus in ariminenſi agro.M.Lepido.Q.Ca
tulo coſ.in villa Galerii locutum gallinaceum ſemel quod equidem ſciam.

Inde gallini=cium noctis pars.

Galli de re=gno dimican=tes.

Solus gallus cœlū reſpici=ens.

Gallinaceus locutus.

¶De anceribus & quis primus iecur anſerinum comederit:
& de adipe anſerino comageno. CA.XXII.

ESt & anſeri vigil cura capitolio teſtata defenſo: per id tempꝰ canum ſilētio ꝑditis rebus
Quamobrem cibaria anſerum cenſores imprimis locāt.Quin & fama amoris.Argis dile
cta forma pueri nomine oleni:& Glauces Ptolomęo regi cithara canētis quam eodeꝫ tē=
pore & aries amaſſe ꝓdiť.Poteſt & ſapiētię videri intellectus iis eſſe:ita comes perpetuo
adhęſiſſe Lacydi philoſopho diciť:nuſq̃ ab eo non in publico nō in balneis:non noctu:non interdiu
digreſſum.Noſtri ſapientiores qui eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnam amplitudinē
creſcit:exemptum quoq; lacte mulſo augeť.Nec ſine cauſa in quęſtione eſt. Quis primus tātum bo
num inuenerit.Scipio an Metellus vir cōſularis:an.M.Seſſius eadem ætate:eques Ro.Sed(qđ con
ſtat)Meſſalinus Cotta Meſſalæ oratoris filius palmas pedum ex iis torrere:atq; parinus cū gallina
ceorum criſtis condire repperit.Tribueť enim a meculinis cuiuſq; palma cuꝫ fide.Mirum in hac ali
te:a morinis vſq; romaꝫ pedibus venere.Feſſi proferunť ad primos.Ita cæteri ſtipatione naturali ꝓ
pellūt eos.Candidorum alterū vectigal in pluma.Vellunť quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumi
geri veſcuntur:molliorq; quę corpori q̃ ꝓxima.Et e germania laudatiſſima.Candidi ibi:verum mi
nores.ganzæ vocātur.Pręciū plumę eorū in libras denarii quini.Et inde crimina plerūq; auxiliariū
præfectis a vigili ſtatiōe ad hæc aucupia dimiſſis cohortibus totis.Eoq; delitię ꝓceſſere:vt ſine hoc
īſtrumēto durare iam ne virorum quidem ceruices poſſint. Aliud reperit ſyriæ pars quę comagene
vocať.Adipe eorū in vaſe æreo cū cinnamo niue multo obrutum:ac rigore gelido maceratū ad vſū
præclari medicaminis quod ab gente diciť comagenū.Anſerum generis ſūt penelopes:& quibꝰ lau
tiores epulas nō nouit britannia chenalopeces fere anſere minores.Decet & erythrotaonas ſuus ni=
tor:abſolutaq; nigritia:in ſupciliis cocci rubor.Alterū eorū genus vulturum magnitudinē excedit:
quorū & colorē reddit.Nec vlla auis excepto ſtrutio camelo maius corpore implēs pōdus in tātum
aucta vt ī terra quoq; imobilis p̄hēdať.Gignūt eos alpes:& ſeptētrionalis regio. In auiariis ſaporeꝫ
ꝑdūt.Moriūť cōtumacia ſpiritu reuocato.Proximę eis ſūt quas hiſpania aues tardas appellat.Grę=
ci otidas:dānatas in cibis.Emiſſa eni oſſibus medulla odoris tedium extēplo ſequitur.

Capitolium ab anſeribus ſeruatum.

Lacydꝰ philo=ſophus ab an=ſere nuſq̃ de=relictus.

Meſſallinus.

Anſerū mors cōtumacia.

¶De gruibus:ciconiis:oloribus:& peregrinis:auibus:
& coturnicibus de glotte. CA.XXIII.

INducias habēt gens pygmeorū abſceſſu gruū(vt diximus)cū iis dimicātiū. Immēſus eſt
tractus quo veniūt ſi quis reputet a mari eoo.Quādo ꝓficiſcūť cōſentiūt.Volant ad ꝓſpi
ciendū altę.Ducē quē ſequāť eligūt.In extremo agmine ꝑvices qui acclament diſpoſitos
habēt:& qui gregē voce cōtineant.Excubias habēt nocturnis tēporibꝰ lapillū pede ſuſti=

Ordo gruum in volatu.

nentes: qui laſſatis ſomno decidēs in diligentiam ſono coarguat. Cęterę dormiunt capite ſubter alā cōdito alternis pedibus inſiſtētes. Dux erecto ꝓuidet collo: ac prædicit. Eæ eædem manſuefactæ laſciuiunt: gyroſqꝫ quoſdam in decoro curſu vel ſingulę peragūt. Certū eſt pōthum trāſuolaturas primū omnium anguſtias petere inter duo ꝓmōtoria criumetopū & caramben. Mox ſaburra ſtabiliri. Cum medium trāſierint: abijci lapillos e pedibus. Cum attingerint cōtinētem: & e gutture harenā. Cornelius Nepos qui Diui Auguſti principatu obijt: cuꝫ ſcriberet turdos pauloante cœptos ſaginari: addidit ciconias magis placere q̄ grues: cum hæc nunc ales inter primas expetat̄: illam nemo velit tetigiſſe. Ciconię quonam e loco veniāt: aut quo ſe referant incōpertum adhuc eſt. E longinquo venire nō dubiū eodē quo grues modo. Illas hyemis: has æſtatis aduenas. Abiturę cōgregant̄ in loco certo: comitatæqꝫ ſic: vt nulla ſuis generis relinquat̄: niſi captiua & ſerua: ceu lege prędicta die recedūt. Nemo vidit agmē diſcedētiū: cū diſceſſurū appareat: nec venire: ſꝫ veniſſe cernim⁹. V trūqꝫ nocturnis fit tēporib⁹: & q̄uis vltra citraue ꝓuolēt: nūq̄ tñ aduēiſſe vſq̄: niſi noctu exiſtimāt̄. Pitōis comē vocant in aſia patentibus cāpis: vbi cōgregatę inter ſe cōmurmurāt. Eam deniqꝫ quę nouiſſimo aduenit lacerant: atqꝫ ita abeūt. Notatū poſt idus auguſtas nō temere viſas ibi. Sunt qui ciconijs nō ineſſe linguas cōfirment. Honos ijs ſerpentium exitio tātus: vt in theſſalia capitale fuerit occidiſſe: eadem legibus pœna: quę in homicida. Simili anſeres quoqꝫ & olores ratiōe cōmeant. Sed horuꝫ volatus cernitur: liburnicarum more roſtrato impetu feruntur: facilius ita fidentes aera: q̄ ſi recta fronte impellerent a tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigit̄ agmen: largeqꝫ impellenti prębetur auræ. Colla imponunt p̄cedentibus. Feſſos duces ad terga recipiunt. Ciconię nidos eoſdem repetūt. Genitricum ſenectam inuicem educant. Olorum morte narrat̄ flebilis cātus falſis (vt arbitror) aliquot experimētis. Idē mutua carne veſcuntur inter ſe. V erū hæc cōmeantium per maria/terraſqꝫ peregrinatio nō patit̄ deferri minores quoqꝫ quib⁹ eſt natura ſimilis. V trumqꝫ enim ſupradictas magnitudo & vires corporum inuitare videri poſſunt. Coturnices etiam ſemp anteueniunt q̄ grues. Parua auis & cum ad nos venit terreſtris potiuſq̄ ſublimis. Aduolāt & eæ ſimili modo nō ſine periculo nauigātium: cuꝫ appropinquauere terris. Quippe velis ſępe incidūt: & hoc ſemp noctu: mergūtqꝫ nauigia. Iter eſt ijs ꝑ hoſpitia certa. Auſtro nō volant humido ſcilicet & grauiore vento. Aura tamē vehi volunt ꝓpter pondus corporum: vireſqꝫ paruas. Hinc volantiū illa cōqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo maxime volant ortygometra duce. Primam earꝫ terrę appropiquantē accipiter rapit. Et ſemper hinc remeātes comitatum ſollicitāt. Abeuntqꝫ vna per ſua ſigna glottis & ottus & cenchramus. Glottis per longam exerit: linguam vnde ei nomē. Hanc in initio blandita peregrinatione auide ꝓuectam pœnitentia in volatu cum labore ſcilicet ſubit. Reuerti incomitataꝫ piget: & ſequi: nec vnq̄ plus vno die peragit. In proximo hoſpitio deſerit. Verum inuenitur alia antecedēte anno relicta. Simili modo in ſingulos dies. Cēchramus perſeuerātior feſtinat etiaꝫ peruenire ad expetitas ſibi terras. Itaqꝫ noctib⁹ is eas excitat: admonetqꝫ itineris. Othus bubone minor eſt: noctuis maior: aurib⁹ plumeis eminentibus. vnde & nomen illi. Quidam latine aſionē vocāt. Imitatrix alias auis ac paraſita: & quodam genere ſaltatrix. Capit̄ haud difficulter vt noctuę: intenta in aliquo circumeūte alio. Quod ſi ventus agmen aduerſo flatu cœperit inhibere: ponduſculis lapiduꝫ appręhēſis: aut gutture harena repleto ſtabilitę volant. Coturnicibus veneni ſemen gratiſſim⁹ cibus. Quā ob cauſam eas damnauere menſis. Simulqꝫ comitialem propter morbum deſpui ſuetum: quem ſolę animaliuꝫ ſentiunt præter hominem.

Aïaduerte.

Ciconiaꝝ vltima congregata diſcerpitur.

Qui in theſſalia ciconiā occidit grauiſſime mulctat̄.

Olor moriturus canit.

Coturnices nauigia mergunt.

Vł cichram⁹.

Othus.

Sunt q̄ velint & paſſeres ſimiliter illum pati.

## De hyrūdinibus: merulis: turdis: & ſturnis: turturibus: & palumbis. CA.XXIIII.

ABeunt & hyrundines hybernis mēſibus ſola carne veſcēs auis. ex ijs quę aduncos vngues non habent: ſed in vicina abeunt: africos ſecutę mōtium receſſus. Inuentæqꝫ iam ſunt ibi nudę atqꝫ deplumes. Thebarum tecta ſubire negantur: quoniaꝫ vrbs illa ſæpius capta ſit. Nec biziæ in thracia propter ſcelera Torei. Cecina volaterran⁹ equeſtris ordinis quadrigarum dominus depræhenſas in vrbem ſecum afferens victoriæ nuncias amicis mittebat: in eundē nidum remeātes illito victoriæ colore. Tradit & fabius pictor in annalibus ſuis: cū obſideretur prę ſcidiū romanū a liguſtinis hyrundinē a pulis ad ſe cū epiſtola allatā: vt lino ad pedē eius alligato nodis ſignificaret quotodie aduenięte auxilio eruptio fieri deberet. Abeūt & merulæ turdiqꝫ & ſturni ſimili mō in vicina. Sed ij plumam nō amittūt: nec occultant̄ niſi ſpe cibi: quo hybernū pabuluꝫ petant. Itaqꝫ in germania hyeme maxime turdi cernunt̄. Vere turtur occultat̄: pēnaſqꝫ amittit. Abeūt & palumbes quonam & in ijs incertum. Sturnorū generi propriuꝫ cateruatim volare: & quodā pilæ orbe circumagi omnibus in medium agmen tendentibus. Volucruꝫ ſoli hirundini flexuoſi volatus: velox celeritas: quibus ex cauſis neqꝫ rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt. Eadem demum

Hyrundines abeuntes africæ petunt receſſus.

Hirū. victorię indicatrices.

Sola hi. volādo paſcitur.

ſola auium nonniſi in volatu paſcitur.

Quę auium perennes: quę ſemeſtres: quę trimeſtres. CA.XXV.

TEmpoꝝ magna differētia auib⁹. Perēnes vt colūbæ. Semeſtres vt hirūdines. Trimeſtres vt turdi: & turtures: & quæ cum fœtū eduxere abeunt: vt galguli: vpupę.

De auibus mira. CA.XXVI.

AVctores ſunt omnib⁹ annis aduolare iliū ex ęthiopia aues: & cōfligere ad Mēnonis ſepulchrum quas ob id memnonidas vocāt. Hoc idem quinto quoq; anno facere eas in æthiopia circa regiam Mēnonis exploratum ſibi Cremutius tradit. Simili mō pugnāt meleagrides in boetia: africę hoc eſt gallinarum genus giberium: varijs ſparſū plumis: quæ nouiſſimę ſunt peregrinarum auium in menſas recepte propter nigratum virus. Veruꝫ meleagri tumulus nobiles eas fecit.

Mēnonidæ aues quotānis ad mēnonis aduolant ſepulchrum

De auibus ſeleucidibus. CA.XXVII.

SEleucides aues vocanť: quarum aduētū ab Ioue pręcibus īpetrant caſij mōtis incolę fruges eoꝝ locuſtis vaſtantib⁹ nec vnde veniant: quoue abeant cōpertū: nunq̄ conſpectis niſi cum pręſidio darum indigent

Seleucides aues cōtra locuſtas.

De Ibi. CA.XXVIII.

INuocant & ægyptij ibes ſuas contra ſerpentium aduentum. Et cyrenaici Achorem deum muſcarum multitudine peſtilentiam afferente: quæ protinus intereunt q̄ litatum eſt illi deo.

Achor: deus muſcarum.

Quę aues in quibus locis non ſūt: & quę mutāt colorē: & vocem: & luſinijs. CA.XXIX.

SEd in ſeceſſu auium & noctuæ paucis diebus latere traduncť. Quarum genus in creta inſula nō eſt: & etiam ſi qua inuecta ſit emoriť. Nā hæc quoq; mira naturę differētia. Alias alis locis negat: tanq̄ genera frugum fructicumue: ſic & animaliū non naſci: tranſlatitiorūq; inuecta mori. Mirum quidem eſt illud vnius generis aliti aduerſum. Quę naꝫ eſt ijs naturæ inuidia? aut qui terrarum dicati auibus termini? Rhodus aquilam nō habet. Tranſpadana italia iuxta alpes larium lacum appellat amœnum arbuſto agrum: ad quem ciconię nō tranſmeant. Sicuti nec octauum circa lapidem ab eo. Immenſa alioquin finitimo inſubrum tractu examina gracculorum monedularum: cui ſoli aui furacitas auri argentiq; p̄cipue mira eſt. Picus maritus in tarentino agro negatur eſſe. Nuper & adhuc tamē rara ab apēnino ad vrbem verſus cerni cœpere picarum genera: quæ longa inſignes cauda variæ appellātur. Proprium ijs calueſcere omnibus annis cum ſeriť rapa. Perdices nō tranſuolant boetię fines in attica. Nec vlla auis in ponto inſula in qua ſepultus eſt Achilles infeſtat ſacratam ei ędem. In fide natę agro iuxta vrbem ciconię nec pullos nec nidum faciunt. At in agrum volaterranum palumbiū vis e mari qnotannis aduolat. Romę in ędem Herculis in foro boario nec muſcæ nec canes intrent. Multa p̄terea ſimilia: quę prudens ſubindę omitto ī ſingulis generibus faſtidio parcens. Quippe cum Theophraſtus tradat inuectitas eſſe in aſia etiaꝫ columbas: & pauones: & ceruos: & in cyrenaica vocales ranas. Alia admiratio circa oſcines: fere mutāt colorem vocēq; tempore anni ac repente fiūt aliæ. Quod in grādiore alitum genere grues tātuꝫ. Eæ enim ſenectute nigreſcūt. Merula ex nigra ruffeſcit. Canit æſtate: hyeme balbutit: circa ſolſtitiū muta Roſtrum quoq; āniculis in ebur tranſfiguratur dumtaxat maribus. Turdis color ęſtate circa colſum varius: hyeme cōcolor. Luſinijs diebus ac noctibus cōtinuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cātus: denſante ſe frondium germine non in nouiſſimum digna miratu aue. Primum tanta vox tā paruo in corpuſculo: tam p̄tinax ſpiritus. Deinde in vna perfecta muſicę ſciētia modulat⁹ ęditur ſonus: & nūc continuo ſpiritu trahitur in longum: nunc variatur inflexo: nunc diſtinguitur conciſo: copulatur in torto: p̄mittitur: reuocatur: infuſcatur ex inopinato. Interdum & ſecum ipſa murmurat: plenus: grauis: acutus: creber: extentus: vbi viſum eſt vibrās: ſummus: medius: imus. Breuiterq; oīa tam paruulis in faucibus: quæ tot exquiſitis tibiarum tormētis ars hominum excogitauit. Vt non ſit dubium hanc ſuauitatem præmonſtratam efficaci auſpicio: cum in ore Sterſicori cecinit infātis. At ne quis dubitet artes eſſe plures: ſingulis ſunt cātus: & non idem omnibus: ſed ſuus cuiq;. Certāt inter ſe: palamq; animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſæpe vitam ſpiritu prius deficiente q̄ cantu. Meditantur aliæ iuniores: verſuſq; quos imitentur: accipiunt. Audit diſcipula intentione magna: & reddit: vicibuſq; recitēt. Intelligitur emēdatę correctio: & in docēte quædam repręhenſio. Ergo ſeruorum illis præcia ſūt: & quidem ampliora q̄ quibus olim armigeri parabātur. Candidam ſcio incōditam: alioquin quod eſt prope inuſitatum veniſſe: quæ Agrippine Claudij principis coniugi dono daretur. Viſum iam ſæpe iuſſas canere cœpiſſe: & cum ſyphonia alternaſſe. Sicut homies repertos q ſonum earum audit in trāſuerſas aquas frōde arumdi nea quaſi foramine inſpirātis linguæ: vt parua

Gracculi auri & argenti fures.

Achillis tumulus in pōto. inſula.

Muſcę & canes ædeꝫ her. fugiētes

Ranæ vocales.

Roſtrū eburneum.

Luſinia prius vita q̄ cātu deficit

Luſinia agrippinę data.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0181-9 DFG

aliqua oppoſita mora indiſcreta redderent ſimilitudine. Sed eæ tantæ tanq̃ artifices argutiæ a.xv. diebus paulatim deſignunt: nec vt fatigatas poſſis dicere/aut ſatiatas. Mox ęſtu aucto in totum alia vox fit: nec modulata aut varia. Mutatur & color. Poſtremo hyeme ipſa nõ cernitur. Linguis earũ tenuitas illa prima nõ eſt: quę cęteris auibus. Pariunt vere primo: cum plurimum ſena oua. Alia ratio ficedulis. Nam formam ſimul coloremq̃ mutant. Hoc nomen nõ niſi autumno habent: poſtea melanchoryphi vocãtur. Sic & erythacus hyeme: idem phœnicurus ęſtate. Mutat vt & vpupa. vt tradit Aechilus poeta. Obſcęna alias paſtu auis. Criſta viſenda plicatili: cõtrahens eam ſubrigenſq̃ per longitudinẽ capitis. Oenanthe quidem etiam ſtatos latebrę dies habet: ex oriente ſyrio occultata: ab occaſu eiuſdem ꝑdit. Quod miremur ipſis diebus vtrũq̃. Chlorion quoq̃ qui tot⁹ eſt lute⁹: hyeme non viſus circa ſolſtitia procedit.

## ❡ De merulis. CA.XXX.

MErulę circa cyllenẽ archadię nec vſq̃ alibi cãdidę naſcũtur. Ibis circa peluſium tantum nigra eſt cæteris omnibus locis candida.

## ❡ Tempus auium geniturae. CA.XXXI.

OScines ꝓ̃ter exceptas nõ temere fœt⁹ faciũt ante ęquinoctium vernũ: aut poſt autũnale. Ante ſolſtitium autem dubio: poſt ſolſtitium vitales.

## ❡ De halcyonibus: & de diebus earum nauigabilibus: & gauię: & reliquo aquaticarum genere. CA.XXXII.

EOq̃ maxime ſũt inſignes halcyones. Dies earum partus qui maria quoq̃ nauigant nouere. Ipſa auis paulo amplior paſſere: colore cyaneo ex parte maiore tantũ purpureis & cãdidis admixtis pennis collo gracili: ac procero. Alterum genus earũ magnitudine diſtinguitur & cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rariſſimũ eſt: nec niſi vergiliarum occaſu: & circa ſolſtitia brumãue naue aliquando circũuolata ſtatim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma qui dies halcyonides vocãtur: placido mari per eos & nauigabili ſiculo maxime. In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus. Siculum vtiq̃ tractabile. Faciunt aũt ſeptem ante brumam diebus nidos: & totidem ſequentibus pariunt. Nidi earum admirationẽ habẽt: pilę figura paulum eminẽti: ore perq̃ anguſto: grandium ſpongiarũ ſimilitudine. Ferro intercidi nõ queunt. Franguntur q̃ ictu valido: vt ſpuma arida maris. Nec vnde cõfingantur inuenit̃. Putãt ex ſpinis aculeatis. Piſcib⁹ em̃ viuunt. Subeunt & in amnes. Pariũt oua quina. Gauię ĩ petris nidificãt. Mergi in arboribus. Pariũt plurimum terna. Sed gauiæ æſtate: mergi incipiente vere.

Vel roſtro: Halcyones raro vidẽtur.

## ❡ De diuerſitate nidificantium auium argathylis cinnamulgis & perdicibus. CA.XXXIII.

HAlcyonum nidi figura reliquarum quoq̃ ſolertiæ nos admonet. Neq̃ alia parte ingenia auium magis admiranda. Hyrundines luto conſtruũt: ſtramento roborant. Si quãdo inopia eſt luti: madefactum multa aqua pennis puluerem ſpargunt. Ipſum vero nidũ mollibus plumis flocciſq̃ cõſternunt tepefaciendis ouis ſimul: ne durus ſit infantibus pullis. In fœtu ſumma ęquitate alternant cibum. Notabili mundicia egerunt excremẽta pullorũ. Adultioreſq̃ circũagi docent: & foras ſaturitatẽ emittere. Alterum genus hirundinũ eſt ruſticarum & agreſtium: quæ raro in domibus diuerſos figura. ſed eadẽ materia cõfigunt nidos totos ſupinos faucibus porrectis in anguſtũ vtero capaci. Mirum qua peritia occultãdis habiles pullis: & ſubſternẽdis molles. In ęgypti heracleotico oſtio molẽ cõtinuatione nidorus euagãti nilo ĩ expugnabilẽ opponũt ſtadij fere vnius ſpatio: quod humano opere perfici nõ poſſet. In eadem ęgypto iuxta oppidũ copton inſula eſt ſacra Iſidi: quã ne laceret amnis idem muniunt opere incipientibus vernis diebus palea & ſtramẽto roſtro firmãtes cõtinuatis ꝑ triduum noctibus tanto labore: vt multas in opere emori conſtet. Eaq̃ militia illis cũ anno redit ſemp̃. Tertiũ eſt earũ genus quæ ripas excauant atq̃ ita in terrã fœtificant. Harũ pulli ad cinerẽ ambuſti mortifero fauciũ malo multiſq̃ alijs morbis humani corporis medent̃. Nõ faciunt hæ nidos. Migrantq̃ multis diebus ante ſi futurũ eſt vt auctus amnis attingat. In genere rupararum eſt: cui nidus ex muſco arido ita abſoluta perficit̃ pila: vt inueniri nõ poſſit aditus. Agatylis appellat̃: eadem figura ex lino intexẽs. Picorũ aliquis ſuſpẽditus in ſurculo primis in ramis cyathi modo: vt nulla quadrupes poſſit accedere. Galgulos quidẽ ipſos repẽdẽtes pedibus ſomnũ capere cõfirmant: quia tutiores ita ſe ſperãt. Iam publicum quidẽ omniũ eſt: tabulata ramorũ ſuſtinẽdo nido ꝓuide eligere: camerare ab hymbri aut frõde ꝓtegere denſa. In arabia cinnamulgus auis appellatur. Cinnami ſurculis nidificat. Plumbatis igitur eos ſagittis decutiũt indigenę mercis gratia. In ſcythis auis magnitudine otidis binos parit in leporia pelle ſemp̃ in cacuminib⁹ ramorũ ſuſpẽſa. Picę cũ diligẽtius viſũ ab hoĩe nidũ ſenſere: oua transferunt alio. Hoc in his auib⁹ quarũ

Vel acãthilis

Ab ari. cynnamomus vocatur.

digyti nõ ſint accõmodati cõplectendi transferendiſq; ouis miro traditur modo. Namq; ſurculo ſuper bina oua impoſito ac ferruminato alui glutino ſubdita ceruice medio ęque vtrinq; libra de portent alio. Nec vero iis minor ſolertia: quę cunabula in terra faciunt corporis grauitate ꝓhibitę ſublime petere. Meros vocatur genitores ſuos recõditos paſcẽs pallido intus colore pennarũ: ſupne cyaneo: priori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudie. Perdices ſpina & frutice ſic muniunt receptaculum: vt cõtra feras abunde vallentur. Ouis ſtragulũ molle puluere cõtumulant: nec in quo loco peperere incubant. Neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta transferunt alio. Illæ quidẽ & marinos ſuos fallunt: quoniam intẽperãtia libidinis frangunt earum oua: ne cubando detineanť. Tũc inter ſe dimicãt mares deſiderio fœminarum. Victum aiũt venerem pati. Id quidem & coturnices. Trogus inquit & gallinaceos aliquãdo. Perdices vero a domitis feros & nouos haud victos iniri ꝓmiſcue. Capiunť quoq; pugnacitate eiuſdẽ libidinis cõtra aucupis indicẽ exeũte in prælium duce totius gregis. Capto eo ꝓcedit alter: ac ſubide ſinguli. Rurſus circa cõceptũ fœminę capiũtur cõtra aucupem fomia exeũte: vt rixando abigat eum. Nec in animali alio par opus libidinis Si cõtra mares ſteterint fœminę: aura ab iis flãte pręgnantes fiunt. Hiantes aũt exerta lingua per id tẽpus ęſtuãt: cõcipiũtq; ſupuolãtium afflatu: ſæpe voce tantuȝ audita maſculi. Adeoq; vincit libido etiam fœtus caritatem: vt illa furtim & in occulto incumbans cum ſenſit vt fœmina aucupe accedẽte: ac marem recanat: reuocetq;: & vltro prębeat ſe libidini. Rabie quidem tanta ferunt: vt in capite aucupãtiũ ſæpe cęcæ metu ſedeãt. Si ad nidum is cœperit accedere ꝓcurrit ad pedes eiꝰ fœta prægrauẽ aut delũbẽ ſeſe ſimulãs: ſubitoq; in ꝓcurſu aut breui aliquo volatu cadit fracta: aut ala: aut pedibꝰ. Aut ꝓcurrit iteꝝ iãiam prehẽſurũ effugiẽs ſpe fruſtrãs: donec in diuerſũ abducat a nidis. Eadẽ iã pauore libera ac materna vocãte cura in ſulco ruſupina glęba ſe terra pedibꝰ apprehenſa operit. Perdicum vita ad .xvi. annos durare exiſtimatur.

Mira auis ſolertia.

Vel aut

Mirabilis ꝑdicuȝ libido: fœminę eniȝ marium afflatu fœtę fiunt.

De columbis. CA.XXXIIII.

AB iis columbarum geſta ſpectantur maxime ſimili ratione. Mores in idẽ: ſed pudicitia illis prima: & neutri nota adulteria. Cõiugii fidẽ non violant: communemq; ſeruant domũ. Niſi celebs aut vidua domũ nõ relinqui. Et imperioſos mares ſubinde etiã iniquos ferũt. Quippe ſuſpitio eſt adulteri: q̃uis natura nõ ſit. Tunc plenum querela guttur: ſęuiq; roſtro ictus: mox in ſatiſfatiõe oſculatio: & circa veneris pręceps crebris pedũ orbibus adulatio. Amor vtriq; ſobolis æqualis. Sæpe & ex hac cauſa caſtigatio pigriꝰ intrante fœmina ad pullos. Parturienti ſolatia: & miniſteria ex mare. Pullis primo falſiorem terram collectam gutture in ora inſpuunt: p̄parantes tempeſtiuitatem cibo. Proprium generis eius & turturum cum bibant colla non reſupinare: large bibere iumentorum modo.

Colũbę nulla nouere adulteria.

De palumbibus & differentia columbarum. CA.XXXV

VIuere palumbes ad triceſmũ annũ: aliquos ad .xl. Ariſtoteles auctor eſt. Vno tamẽ incõmodo vngiũ: eodẽ & argumento ſenectæ: qui citra pernicem reciduntur. Cantus oibꝰ ſimilis atq; idẽ: terno cõficiť verſu: præterq̃ in clauſulæ gemitu. Hyeme mutis: vere vocaliť bus Nigidius putat cũ oua incũbãt ſub tecto noiata palũbẽ relinquere nidos. Pariunt aũt poſt ſolſticia. Columbæ & turtures octonis annis viuunt.

De paſſeribus. CA.XXXVI

COntra paſſeri minimũ vitę: cui ſalacitas par. Mares negant anno diutiꝰ durare. Argumẽto quia nulla veris initio appareat nigritudo in roſtro: quę ab ęſtate incipit. Fœminis lõgiuſculum ſpatium. Verũ columbis ineſt quidã gloriæ intellectus. Noſſe credas ſuos colores: varietatemq; diſpoſitã: quę etiaȝ ex volatu creduntur plaudere in cœlo: varieq; ſulcare. Qua in oſtentatione vt victę prębẽtur accipitri implicatis ſtrepitu pennis: qui nõ niſi ipſis alarum humeris editur. Alioquin ſoluto volatu in multum velociorẽ ſpeculatur occultus fronde latro: & gaudentem in ipſa gloria rapit.

De tinungulo. CA.XXXVII.

OB id cum iis habenda eſt auis quę tinungulus vocatur. Defẽdit eniȝ illas terretq; acipitres naturali potẽtia in tãtum vt viſum vocẽq; eius fugiant. Hac de cauſa pręcipuus columbis amor eoꝝ. Feruntq; ſi in quattuor angulis defodiãtur in ollis nouis oblitis nõ mutare ſedẽ colũbas. Quod auro iſectis alaꝝ articulis quęſiere aliqui nõ aliter inoxiis vulneribꝰ: multiuaga alioquin aue. Eſt enim ars illis inter ſe blandiri: & corrũpere alias: furtoq; comitatiores reuerti. Quin & internuncię in rebus magnis fuere: & epiſtolas adnexas eaꝝ pedibus obſidiõe mutinẽſi in caſtra cõſulũ ꝓtulere. D. Bruto mittẽte. Quid vallũ & vigillũ obſidio: atq; etiã rhetia amneẽ pręterta profuere Antonio ꝑ cœlum eunte mutio? Et harũ amore iſaniũt multi: ac ſup̄ tecta exędificãt turres iis: nobi

Tinunguli ſæpe in bello nuncii.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0183-1

litatemqꝫ ſingularꝫ & origenes narrant vetere iam exẽplo. L. aſſius eques romanus ante belluꝫ ciuile põpeianũ denarijs quadringentis ſingula paria vẽdicauit: vt. M. Varro tradit. Quin & patriã nobilitauere. In cãpania grandiſſimę ꝓuenire exiſtimatę. Harum volatus in reputationem cæteratuꝫ quoqꝫ volucrum nos impellit.

¶De volatu & inacceſſu auium. CA.XXXVIII.

OMnibus animalibus reliquis certus & vniuſmodi: & in ſuo cuiqꝫ genere in ceſſꝰ eſt. Aues ſolæ vario meatu ferũtur & in terra & in aere. Ambulãt aliquæ vt cornices. Saliũt aliquæ vt paſſeres: merulę. Currũt vt perdices ruſticulæ. Ante ſe pedes iaciunt: vt ciconiæ & grues. Expandũt alas: pandanteſqꝫ raro interuallo quatiunt. Alię crebrius: ſed & primas dũtaxat pennas. Aliæ & tota latera pandũt. Quædam vero maiore ex parte compreſſis volant. Percuſſoqꝫ ſemel aliquę: & gemino ictu aere feruntur: velut incluſum eũprementes. Iaculãtur ſeſe in ſublime: i rectũ: in pronũ: in pingui putes aliquas. Aut rurſꝰ ab alto cadere has: illas ſalire. Anates ſolę q̃qꝫ ſunt eiuſdem generis in ſublime protinus ſeſe tollũt: atqꝫ e veſtigio cœlum petũt: & hoc etiam ex aqua. Itaqꝫ in foueas quibus feras venamur delapſæ ſolę euadũt. Vultur & feræ grauiores niſi ex ꝓcurſu aut altiore tumulo immiſſæ nõ euolant. Cauda teguntur alię. Circũſpectant aliæ: flectũtqꝫ colla. Nõnullę veſcuntur ea quę rapuere pedibus. Sine voce nõ volant multæ. Aut e contrario ſemper in volatu ſilent. Subreptę: pronę: obliquæ: in latera: in ora. Quædã & reſupinę feruntur: vt ſi pariter cernanť: plura genera nõ in eadẽ natura meare videantur.

Anates ſolę extẽplo cœlũ petunt.

☞

¶De apodibus. CA.XXXIX.

Apodes vſu carent peduꝫ & ideo his nulla quies.

PLurimum volãt quę apodes vocantur: quia careant vſu pedum. Ab alijs cypſelli appellãtur hirundinum ſpecie. Nidificãt in ſcopulis. Hę ſunt quę toto mari cernuntur. Nec vnq̃tam longo naues/tamqꝫ cõtinuo curſu recedunt a terra: vt circũuolitant eas apodes. Cętera genera reſidunt & ſiſtunt. His quies niſi in nido nulla. Aut pendent aut iacent: & ingenia æque varia ad paſtum maxime

¶De caprimulgis & plateis. CA.XL.

Aci. platalea ab Ari. pelacanis dicitur.

CAprimulgi appellãtur grandiores merulæ aſpectu: fures nocturni. Interdiu enim viſu carent. Intrant paſtorꝫ ſtabula: caprarũqꝫ vberibus aduolãt ſuctuꝫ propter lactis. Qua iniuria vber emoriť: capriſqꝫ cæcitas quas ita mulſere oboritur. Platea noiať aduolãs ad eas: quæ ſe in mari mergũt: & capita illarꝫ morſu corripiẽs: donec capturã extorqat. Eadẽ cũ deuoratis ſe ĩpleuit cõchis: calore vẽtris coctas euomit: atqꝫ ita ex ijs eſculenta legit teſtas execreãs.

¶De ingenijs auium. CA.XLI.

VIllaribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt ędito ouo: excutiũtqꝫ ſeſe: & circũactæ purificãt: aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

¶De carduele: & pſytaco & auibus quę loquuntur. CA.XLII.

Mira vocum imitatio

Pſytacus volans roſtro ſe excipit.

MInimæ auium cardueles imperata faciunt: nec voce tãtum: ſed pedibus & ore pro manibus. Eſt quæ boũ mugitus imitetur in arelatẽſi agro taurus appellata: alioquin parua Eſt quæ equorum quoqꝫ hinnitus anthus nomine: hęrbę pabulo aduẽtu eorum pulſa imitatur ad hunc modum ſe vlciſcens. Super omnia humanas voces reddunt pſytaci: & quidem ſermocinantes. India auem hanc mittit. Pſytacem vocant: viridem toto corpore torque tantum miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat: & quæ accipit verba pronunciat. In vino pręcipue laſciua. Capiti eius duricia eadem quę roſtro. Hæc cum loqui diſcit ferreo verberatur radio. Non ſentit aliter ictus. Cum deuolat roſtro ſe excipit. Illi inititur: leuiorem ſe ita peduꝫ infirmitati facit. Minor nobilitas: quia nõ ex longinquo venit: ſed expreſſior loquacitas certo generi picarum eſt. Adamant verba: quæ loquũtur. Nec diſcunt tantum: ſed diligunt: meditãteſqꝫ intra ſemet cura/atqꝫ cogitatione intentionem non occultant. Cõſtat emori victas difficultate verbi: ac niſi ſubinde eadem audiãt: memoria falli: quęrenteſqꝫ mirum in modum hylarari: ſi interim audierint id verbũ. Nec vulgaris ijs forma: q̃uis nõ ſpectanda. Satis illis decoris in ſpecie ſermonis humani eſt. Verum adiſcere alias negant poſſe: q̃ quæ ex genere earum ſunt: quę glande veſcuntur. Et inter eas facilius quibus quini ſunt digyti in pedibus. Ac ne eas quidẽ ipſas primis duobus vitæ annis. Latior ijs eſt lingua omnibꝰ in ſuo cuiqꝫ genere: quę ſermoneꝫ imitatur humanum: q̃q̃ id pene in omnibus contingit. Agrippina coniunx. Claudij Cęſaris turdum habuit (quod nunq̃ ante) imitãtem ſermones hominum cum hæc proderem. Habebant & cęſares iuuenes item ſturnum: luſcinias gręco atqꝫ latino ſermone dociles. Pręterea meditantes in diem: & aſſidue noua loquentes longiore etiam contextu. Doceſť ſecreto: & vbi nulla alia vox miſceať: aſſidẽte qui crebro dicat ea: quæ condita velit adiſci aliquo blãdiente.

Agrippina turdum habuit hũano loquens ſermone.

¶De coruorum intelligentia. CA.XLIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0184-7
DFG

REddatur & coruis ſua gratia indignatione quoq; populi Ro.atteſtata:non ſolum cõſcia Tiberio principe ex fœtu ſupra caſtorum ædem genitus pullus in oppoſitã ſutrinaʒ deuolauit:etiam religione cõmẽdatus officinę domino. Is mature ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolans in roſtra:in forũ verſus Tiberium:deinde Germanicũ: & Druſum Cęſares nominatim:mox tranſeuntẽ populum Ro.ſalutabat. Poſtea ad tabernam remeãs plurium annorum aſſiduo officio meritus. Hunc ſiue ęmulatione incitatus manceps proxime ſutrinæ: ſiue iracũdia ſubita:vt voluit videri:excremẽtis eius poſita calceis macula exanimauit: tãta plebei conſternatiõe:vt primo pulſus ex ea regione:mox & interẽptus ſit:funuſq; innumeris aliti celebratum exequijs. Conſtratũ lectum ſuper ęthiopum duorum humeros pręcedente tibicene:& coronis omnium generum ad rogum vſq;:qui cõſtructus dextra vię appię ad ſecundum lapidum in campo rediculi appellato fuit. Adeo ſatis iuſta cauſa populo Ro.viſa eſt exequiarũ ingenium auis.aut ſupplici de ciue romano in ea vrbe qua multorum principium nemo deduxerat funus. Scipionis vero Aemiliani poſt carthaginem numantiamq; deletas ab eo nemo vindicauerat mortem. Hoc geſtuʒ. M.Seruilio.C.Ceſtio conſ.ad.v.Kalen.april. Nũc quoq; erat in vrbe Roma hæc prodiente me equitis.Ro.cornix e betica primum colore mirã admoduʒ nigro:deinde plura cõtexta verba exprimẽs: & alia atq; alia crebro addiſcẽs. Necnon & rẽcens fama. Crateri monocerotis cognomine in trœzena regione aſię coruorum opera venantis:eo q deuehebat in ſiluis eos conſidentes humeris. Atq coruiculos illi veſtigabant agebantq;:eo perducta conſuetudine:vt exeuntem ſic comitarẽtur & feri. Tradendum putauere memorię quidam viſu p ſitim lapides congerentem in ſitulam monumẽti in qua pluuia aqua durabat:ſed quę attingi non poſſet. Ita deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie:quæ poturo ſufficeret.

Mirabile de coruo.

crebriore etiam ignauia earum excitatur ad opera. Nam vbi incubauere fauos liuidos faciunt. Rur
ſus nimio fumo inficiuntur:quarum iniuriam celerrime ſentiunt mella:vel minimo contactu roris
aceſcẽtia. Et ob id inter genera ſeruatur quod acapnon vocant. Albuꝫ mel nõ fit quod bithymũ eſt:
ſed oculis & vlceribus aptiſſimũ. Fœtus quo nam mõ ꝓgenerarẽt:magna inter eruditos & ſubtilis
queſtio fuit. Apum enim coitus viſus eſt nũq̃. Plures exiſtimauere oportere cõfici floribus cõpoſitis Vel aportari.
apte atq; vtiliter. Aliqui coitu vniꝰ:qui rex in quoq; appellať examine. Hũc eẽ ſolum mareꝫ:ꝑcipua
magnitudine:ne fatiſcat. Ideo fœtũ ſine eo nõ edi:apeſq; reliquas tã q̃ marẽ fœminas comitari:non
tanq̃ ducẽ. Quã ꝓbabilẽ alias ſentẽtiam fucorum euentꝰ coarguit. Quæ enim ratio vt idem coitus
alios ꝑfectos:impfectos generet alios? Proprior vero prior exiſtimatio fieret:ni ruſ ꝰ alia difficultas
occurreret. Quippe naſcunť aliq̃n in extremis fauis apes grãdiores:quę cęteras fugãt. Oeſtrꝰ vocať
hoc malum:quo nam mõ naſcẽs:ſi ipſæ ſe fingũt? Quod certũ eſt gallinaꝝ mõ incubãt. id quod ex- Rex apum eligitur.
cluſum eſt primũ vermiculꝰ videť candidus:iacens tranſuerſus:adhęrenſq; ita:vt paſcere videatur.
Rex ſtatim mellei coloris vt electo flore ex omni copia factus neq; vermiculus:ſed ſtatim penniger
Cætera turba cum formam capere cœpit nymphæ vocantur:vt fuſci:ſirenes:atq; cephenes. Si quis Nymphæ apes perfectę
alterutris capita demat:priuſq̃ pennas habeant:pro gratiſſimo ſunt pabulo matribus. Tempore
procedente inſtillant cibos:atq; incubant tum maxime murmurantes coloris vt putant faciẽdi gra-
tia neceſſarij excludentes pullis:donec ruptis membranis:quæ ſingulos cingunt:ouoruꝫ modo vni
uerſum agmen emergat. Spectatum hoc romæ conſularis cuidem ſuburbano alueis cornu laternæ:
tranſlucido factis. Fœtus intra.xlv.diem peragitur. Fit in fauis quibuſdam qui vocatur clerus ama-
ræ duricia cæræ:cum fœtũ inde non eduxere morbo aut ignauia:aut infœcũditate naturali. Hic eſt
abortus apum. Protinus autem educti operantur quadam diſciplina cum matribus. Regemq; iuue
nem æqualis turba comitatur. Reges plures inchoantur ne deſint. Poſtea ex iſs ſoboles cum adulta
eſſe cœpit concordi ſuffragio deterrimos necant:ne diſtrahãt agmina. Duo autem genera eoꝝ:me
lior ruffus q̃ niger variuſq;. Omnibus forma ſemper egregia:& duplo q̃ cæteris maior. Pẽnę breuio
res:crura recta:ingreſſus celſior. In fronte macula quõdam diademate cãdicans. Multum etiam ni
tore a vulgo differunt.

Quę regiminis ratio. CA.XVII

QVerat nunc aliquis vnus ne Hercules fuerit? & quod Liberi patris ſepulchrũ? & reliqua
vetuſtatis ſint obruta? Ecce in re parua:villiſq; noſtris annexa:cuius aſſidua copia eſt:nõ Nõ cõſtat an Rex apũ aculeo careat necne.
cõſtat inter auctores. Rex nullum ne ſolus habeat aculeum/maieſtate tantum armatꝰ:an
dederit eũ quidem natura:ſed vſum eſſe tantum negauerit. Illud conſtat imperatorẽ acu
leo nõ vti. Mira plebei circa eũ obedientia:cum ꝓcedit vna eſt. Totum examẽ circa eum cõgloba-
tur:cingit:ꝓtegit:cerni nõ patitur. Reliquo tempore cum populus in labore eſt:ipſe opera intꝰ cir-
cuit ſimilis exortanti:ſolus immunis. Circa eũ ſatelites quidam:lictoreſq; aſſidua cuſtodiẽtes aucto Solus apum rex immunis
ritate. Procedit foras nõ niſi migraturo examine. Id multo intelligitur ante aliquot diebꝰ murmure
intus ſtrepẽte apparatus inditio diẽ tempeſtiuuꝫ eligentiũ. Si quis alam ei detruncet:nõ fugiet exa
men. Cum proceſſere ſe quæq; proximã illi cupit eſſe:& in officio cõſpici gaudet. Feſſuꝫ hũeris ſub-
leuant. Validius fatigatũ ex toto portãt. Si qua laſſatus deficit:aut forte aberrauit:odore proſequiť. Mira res: Apes volando regẽ feſſuꝫ portant
Vbicunq; ille cõſedit:ibi cunctarum caſtra ſũt. Tũc oſtẽta faciũt priuata ac publica vna dependẽte
in domibus tẽpliſue ſæpe expiata magnis euẽtibus. Sedere in ore infãtis Platonis:tunc etiam ſuaui
tatẽ illã ꝑdulcis eloqui portẽdẽtes. Sedere in caſtris ducis. Druſi imperatoris:cuꝫ ꝓſperime pugna-

tum apud arbalonem eſt: haud quāq̄ perpetua aruſpicū cōiectura qui dirum id oſtētum exiſtimant:
Semꝑ duce preheſo totum tenet̃ agmen. Amiſſo dilabit̃: migrantqꝫ ad altos. Eſſe vtiqꝫ ſine rege nō
poſſunt. Inuite aūt interimūt eos cū plures fuere: potiuſqꝫ naſcētiū domos dirimūt. Si ꝓuentꝰ deſpe
ratur: tūc & fucos abigūt. Quāq̄ de iſs video dubitari: ꝓpriumqꝫ iſs genꝰ eſſe aliquos exiſtimare. Si-
cut furibus grandiſſimis inter illas: ſed nigris: lataqꝫ aluo. Ita appellatis: quia furtim deuorent mel-
la. Certuꝫ eſt ab apibus fucos interfici. Vtiqꝫ regē nō habēt. Sꝫ quomodo ſine aculeo naſcant̃ i que-
ſtione eſt. Humido vere melior fœtꝰ: ſicco mel copioſius. Quod ſi defecerit alicuius aluei cibus: im
petuꝫ in proximas faciunt rapinę ꝓpoſito. At illæ cōtra dirigūt aciē: & ſi cuſtos adſit alterutra pars
quem ſuis fauere ſentit: non appetit eum. Et aliſs quoqꝫ ſæpe dimicant cauſis: eaſqꝫ acies contrarias
duo imperatores inſtruunt. Maxima rixa: & incōuehendis floribus exorta: & ſuos quibuſqꝫ euocan
tibus. Quæ dimicatio iniectu pulueris: aut fumo tota diſcutit̃. Recōciliant̃ vel lacte vł aqua mulſa.

### De genere apum: & quæ inimica apibus. CA.XVIII.

APes ſūt & ruſticę ſilueſtreſqꝫ: horridę aſpectu: multo iracūdiores. ſꝫ ope ac labore ꝓſtātes
Vrbanoꝝ duo genera. Optimæ breues: varięqꝫ: & in rotūditatē compactiles. Deteriores
lōgę: & quibꝰ ſimilitudo veſpaꝝ: etiānum deterrimę ex iſs piloſę. In pōto ſunt quædam

Apes aculeo infixo moriūt̃

albæ: q̄ bis in mēſę mella faciūt. Circa thermodoontē aūt fluuiū duo genera. Aliaꝝ q̄ i ar
boribꝰ mellificāt. Aliarū q̄ ſub terra: triplici cæraꝝ ordine vberrimi ꝓuētꝰ. Aculeū apibꝰ natura de
dit vētri cōſertum eſt: ad vnū ictū hoc infixo. Quidā eas ſtatim emori putāt. Aliqui nō niſi in tantuꝫ
adacto: vt in teſtinuꝫ ſępe aſſequat̃. Sꝫ fucos poſtea eſſe: nec mella facere: velut caſtratis viribus. Pa-
riterqꝫ & nocere & ꝓdeſſe: dein deſinere. Eſt in exēplis equos ab iſs occiſos. Odere fœdos odores: ꝓ

Equi frequē-ter ab apibus occiſi:

cul. fugiunt: ſꝫ & infectos. Itaqꝫ vnguenta redolētes infeſtāt. Ipſæ plurimoruꝫ animalium iniuriſs ob
noxię. Impugnāt eas naturæ eiuſdem degeneres veſpę atqꝫ crabrones: & e culicuꝫ genere qui vocā
tur muliones. Populant̃ hirūdines & quędam alię aues. Inſidiant̃ aquatibus ranę: quę maxima eaꝝ
eſt opatio: tum cum ſobolē faciunt. Nec eę tātum quæ ſtagna riuoſqꝫ obſidēt: verum & rubetę veni-
unt vltro: arrepēteſqꝫ floribus optas ſufflāt. ab hoc ſpatio ꝓuolāt: confeſtimqꝫ abripiunt̃. Nec ſenti-
re ictus apum ranæ traduntur. Inimicæ & oues: difficile ſe a lanis earum explicantibus. Cancrorum

Signa mortis apum.

etiam odore ſi quis iuxta coquat examināntur. Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt. Index eorum
triſtitia torpens. Et cū ante fores in teporē ſolis promōtis aliæ cibos miniſtrant. Cum defunctas pro

Apuꝫ luctus & funus regis

gerunt. Funerantiūqꝫ more comitant̃ exequias. Rege ac peſte cōſumpto mœret plebs ignauo dolo
re. Non cibos cōuehūt. Non ꝓcedunt. Triſti tātū murmure glomerant̃ circa corpus eius. Subtrahi-
tur itaqꝫ deducta multitudine: alias ſpectantes exanimē luctū nō minuūt. Tunc quoqꝫ ni ſubueniat̃
fame moriunt̃. Hylaritate igitur & nitore ſanitas æſtimatur.

### De morbis apum. CA.XIX.

SVnt & operis morbi cum fauos non explent: cleron vocant. Iidē blapſigoniam: ſi fœtū nō
peragāt. Inimica & echo eſt reſultanti in ſono: qui pauidas alterno pulſat ictu. Inimica &
nebula. Aranei quoqꝫ vel maxime hoſtiles cum pręualuere vt intexant: enecant alueos.
Papilio etiam ignauus & inhonoratꝰ: luminibus accenſis aduolans peſtifer: nec vno mo-
do. Nam & ipſe cęras depaſcitur: & relinquit excremēta: quibus teredines gignunt̃. Filis etiam ara-
neus quacunqꝫ inceſſerit alarum maxime lanugines obtexit. Naſcuntur & in ipſo ligno teredines: q̄
cęras pręcipue appetunt. Infeſtat & auiditas paſtus nimia florum ſatietate verno maxime tempore
aluo cita. Oleo quidem non opes tantum: ſed omnia inſecta exanimantur: præcipue ſi capite vncto

Apes mella vorando mortem ſibiſpſis cōciſcunt.

in ſole ponantur. Aliquando & ipſę contrahunt mortis ſibi cauſas: conſenſere eximi mella auide vo
rantes. Cętero pręparcæ: & quę alioquin ꝓdigas/atqꝫ edaces/nō ſecus ac pigras/& ignauas ꝑturbēt
Nocent & ſua mella ipſis: illitęqꝫ ab aduerſa parte moriuntur tot hoſtibus: tot caſibus: & quota por
tione eorum commemorata: tam munificuꝫ animal expoſitum eſt. Remedia dicemꝰ ſuis locis. Nūc
enim ſermo de natura eſt.

### De cōtinēdis apibus: & quomodo reparentur. CA.XX.

In apibus ſenſus ineſſe auditus.

GAudent plauſu atqꝫ tinnitu ęris: eoqꝫ cōuocātur. Quo manifeſtū eſt/auditus quoqꝫ ineſſe
ſenſum. Effecto opere: educto fœtu: fūctæ munere omni: exercitationē tamen ſolēnē ha-
bent. Spatiatęqꝫ in aperto: & in altum datę gyris volatu editis tum demum ad cibū rede
unt. Vita eis longiſſima: vt ꝓſpere inimica ac fortuita cedant: ſeptenis annis vniuerſa. Al-

Quomodo regenerantur apes.

ucos nunq̄ vltra. x. annos duraſſe ꝓditur. Sūt qui mortuas ſi intra tectum hyeme ſeruent̃. deinde ſo-
le verno torreant̃: ac ficulneo cinere toto die foueant̃: putēt reuiuiſcere. In totū vero amiſſas repara
ri vētribus bubulis recētibꝰ cū fimo obrutis. Virgilꝰ iuuēcoꝝ corpore exaiato: ſicut equoꝝ veſpas
atqꝫ crabrones: ſicut aſinoꝝ ſcarabeos mutante natura ex aliſs quædaꝫ in alia. Sed horum omnium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0196-8
DFG

coitus cernuntur.Et tamen in fœtu eadem ꝓpe natura quę apibus.

¶De veſpis & crabronibus. CA.XXI.

VEſpæ in ſublimi e luto nidos faciunt & in iјs cęras.Crabrones cauernis & ſub terra.Et ho
rum omnium ſexangulæ cellę:cętera aũt cortice & arena:fœtus & ipſę inęqualis: vt bar-
barus:alius euolat:& alius in nympha eſt:alius in vermiculo.Et autũno non verno omia
ea.Plenilunio maxime creſcunt.Veſpę quæ ichneumones vocanꝭ(ſũt aũt miores q̃ aliæ)
vnum genus ex araneis perimunt phalangium appellatum:& in nidos ſuos ferũt:deinde illinũt.Et
ex iјs incubando ſuum genus ꝓcreant.Pręterea omnes carne veſcũtur cõtra q̃ apes:quæ nullũ cor-
pus attingunt.Sed veſpę muſcas grandiores venanꝭ:& emputato iјs capite reliquũ corpus auferũt
Crabronum ſilueſtres in arborum cauernis degunt.Hyeme vt cętera inſecta condunꝭ.vita bimatuꝫ
non tranſit.Ictus eorum haud temere ſine febri nõ eſt.Auctores ſũt ternouenis punctis interfici ho-
minem.Aliorũ qui mitiores videnꝭ duo genera.Opifices minores corpore:qui moriũꝭ hyeme.Ma
tres quę biennio durãt iј & clęmentes.Nidos vere faciunt fere quadriſores:in quibus opifices gene
rẽtur.Iis educatis:alios deinde nidos maiores fingunt in quibꝰ matres futuras ꝓducant.Iaꝫ tũc opi
fices fũgunꝭ mũere:& paſcũt eas.Latior matrũ ſpecies:dubiũq; an habeãt aculeos quia nõ egrediũꝭ
Et his ſũt ſui fauci.Quidã opinãꝭ oibꝰ his ad hyemẽ decidere aculeos.Nec crabronũ aũt nec veſpa-
rum generi reges aut examina.ſubinde renouatur multitudo ſobole.

Apes nullum cadauer atti-gunt.

Inſecta oĩa hyeme con-dũtur.

¶De bombicibus:& bombili:& necydalo:& quis primus bombicinam veſtem inuenerit. CA.XXII.

QVartum inter hęc genus eſt bombicum in aſſyria proueniẽs:magis q̃ ſupradicta. Nidos
luto fingũt ſalis ſpecie applicatos lapidi:tanta duricia:vt ſpiculis perforari vix poſſint.In
iјs & cęras largius q̃ apes faciunt:deinde maiorẽ vermiculum.Et alia horũ origo. E grã-
diore vermiculo gemina ꝓtendẽs ſui generis cornua.Hic erucę ſũt.Fit deinde quod vo-
catur bombylis:ex ea necydalus.Ex hoc in ſex menſibus bombices.Telas araneorum modo texũt
ad veſtem luxumq; fœminarum:quę bombicina appellatur.prima eas torqueri:rurſuſq; texere in-
uenit in Ceo mulier pamphile platis filia non fraudanda gloria excogitatę rationis:vt denudet fœ-
minam veſtis bombicina.

Ari.vitti le-git.

Ari.co.legit ex ari.paſa-phile latoi fi-lia.

¶De bombice coa. CA.XXIII

ET in co inſula naſci tradunt cupreſſi:terebinthi:fraxini. Quęrcꝰ florẽ hymbribꝰ decuſſũ
terrę halitu animante.Fieri autem primo papiliones paruos nudoſq;.Mox frigoruꝫ im-
patiẽtia villis inhorreſcere:& aduerſus hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas:pedũ aſpe
ritate radente folioruꝫ lanuginem in vellera.Hanc ab his quoq; cogi ſubigiq; vnguiũ car
minatione.Mox trahi inter ramos tenuari ceu pectine.Poſtea apprehenſã corpori inuolui nido vo
lubili.Tunc ab homine tolli:fictilibuſq; vaſis tepore & futurum eſca nutriti. Atq; ita ſubnaſci ſui
generis plumas:quibus veſtitos ad alia pẽſa dimitti.Quæ vero capta ſint lanificia humore more cę
ræ lẽteſcere:mox in fila tenuari iũceo fuſo. Nec puduit has veſtes etiã viros leuitate vſurpare ꝓpter
onera æſtiua in tantũ a lorica gerẽda diſceſſere mores:vt oneri ſint etiam veſtes. Aſſyria tamẽ bom
bice adhuc fœminis cedimus.

Vel in terraꝫ

Vel furfuruꝫ.

Luxus hoim dãnatur.

¶De araneis:& generatione eorum. CA.XXIIII.

ARaneorum his nõ abſurde iungatur natura:digna vel præcipue admiratione. Plura autẽ
horũ ſunt genera:nec dictu neceſſaria in tanta notitia.Phalangia ex iјs ap pellantur: quo
rum noxiј morſus: corpus exiguũ:variũ:acuminatẽ:ad ſaltũ igrediẽtiũ.Altera corũ ſpe-
cies nigri prioribus cruribus longiſſimis.Omnibus internodia terna in crurib ꝰ luporũ in
noĩe in imi nõ texunt.Maiores in terra cauernarũ exigua veſtibula prępandũt.Tertium eorundem
genus erudita operatione cõſpicuũ.Orditur telas:tantiq; operis materiæ vterꝰ eius ſufficit: ſiue ita
corrupta alui natura ſtatuto tempore(vt democrito placet)ſiue eſt intus quædã lanigera fertilitas:
tã moderato vngue:tã tereti filo:& taꝫ æquali deducit ſtamina ipſo ſe põdere vſus.Texere a medio
incipit circinato orbe ſubtemina adnectẽs:maculaſq; paribus ſemper interuallis:ſed ſubinde creſcẽ
tibus ex auguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat.Quanta arte celant pedicas ſcutulato rete ad
capiẽdas muſcas circa graſſãtes?q̃ nõ ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas telę:& quadã poli
tur artis:ipſa per ſe tenax ratio textrinę?q̃ laxus afflatus ad nõ reſpuenda quæ veniant?ſinus dereli
cto laxo prętenti ſũma parte:vt arbitrari liceat illa quæ difficile cernũtur:atq; vt in plagis lineæ of-
fenſę pręcipitantur in fimum.Specus ipſę qua cõcameratę architectura?& cõtra frigora quanto vil
loſior?q̃ remotus a medio aliudq; agenti ſimilis:incluſus vero ſic vt ſit nec ne intus aliquis cerni nõ
poſſit.Age firmitas quãta irrũpẽtibus vẽtis?qua puluerũ mole degrauante.Latitudo telæ ſæpe iter

Aſſultim vetꝰ lectio habet.

Mirabile vñ aranei proue niat tela

Vel plaxitas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0197-4

duas arbores cum exercet artẽ & diſcit texere. Longitu do fili a culmine ac rurſus a terra ꝑ illud ipſũ
velut reciprocatio: ſubitq; pariter ac fila deducit. Cũ vero captura incidit q̃ vigilãs & paratꝰ ad cur
ſum. Licet extrema hęreat plaga ſemp in mediuꝫ currit: ex quo ſit maxime totum cõcutiẽdo impli=
cet. Sciſſa ꝓtinꝰ reficit ad polituram ſartiẽs. Nãq; & lacertarꝝ catulos venãt. Hos primũ tela ĩuoluẽtes
& tunc demuꝫ labra vtraq; morſu apprehẽdẽtes amphitheatrali ſpectaculo cum contingit. Sunt &

Aranei vermiculos parientes ouis ſimiles.

ex eo auguria. Quippe incremẽto amnium futuro telas ſuas altius tollunt: Idẽ ſereno nõ texunt: nu
bilo texunt. Ideoq; multę araneæ hymbrium ſigna ſunt. Fœminam putant eẽ quæ texat: mareꝫ qui
venatur. Ita paria fieri merita. Cõiugio aranei conueniunt crunibus. Pariunt vermiculos ouis ſimi=
les. Nam nec differri horum genitura poteſt: quoniam inſectoruꝫ vix vlla alia narratio ẽ. Pariũt aũt
oua ea in telas expanſa: quia ſaliũt: atq; ita emittũt. Phalãgiꝰ tantũ in ipſo ſpecu incubat magno nu=
mero. Qui vt emerſerit matrẽ cõſumit: ſæpe & patrẽ. Adiuuat .n. ĩcubare. Pariũt aũt trecẽtos. Cęte=
rę pauciores. Et incubãt triduo. Cõſumant aranei quater ſeptenis diebus.

De ſcorpionibus. CA.XXV.

Vel pereunt.

SImiliter his & ſcorpiones terreſtres vermiculos ouorum ſpecie pariunt: ſimiliterq; ꝑimũt
Peſtis importuna veneni ſerpẽtium: niſi ꝙ grauiore ſupplicio lẽta ꝑ triduum morte cõfi=
ciunt. Virginibus lœtali ſemp ictu: & fœminis fere in totum. Viris aũt in matutino exeun
tes canis priuſq̃ aliquo fortuito ictu ieiunum egerãt venenum. Semp cauda in ictu eſt: nul

Scor. venenum emittentes cãdidum.

loq; momẽto meditari ceſſat: ne quãdo deſit occaſioni. Ferit obliquo ictu & inflexu. Venenuꝫ ab ijs
candidum fundi Apollodorus auctor eſt in nouem genera deſcriptis ꝑ colores maxime ſupuacuos:
quoniam nõ eſt ſcire quos minime exitiales prædixerit. Geminos quibuſdam aculeos eſſe: mareſq;
ſæuiſſimos. Nam coitum ijs tribuit. Intelligi aũt gracilitate & longitudine. Venenum omnibus me=

Africa ſcor. gignit.

dio die cum incãduere ſolis ardoribus. Itẽq; cuꝫ ſitiunt: inexplebiles potu. Cõſtat & ſeptena caudæ
internodia ſæuiora eẽ. Pluribus enim ſena ſunt. Hoc malum africæ volucrę etiam auſtri faciunt: pan
dentibus brachia vt remigia ſubleuantes. Apollodorus ideꝫ plane quibuſdam ineſſe pennas tradit.
Sæpe pſylli: qui reliquarum venena terrarum inuehentes quęſtus ſui cauſa: peregrinis malis imple=
uere italiam. Hos quoq; importare conati ſunt. Sed viuere intra ſiculi cœli regionem non potuere.
Viſuntur tamen aliquãdo in italia: ſed innocui: multiſq; alijs in locis: vt circa farum in ęgypto. In ſcy
thia interimunt etiam ſues: alioquin viuatiores contra venena talia. Nigras quidẽ celerius ſi in aquã
ſe immerſerint. Homini icto putatur eſſe remedio ipſoruꝫ cinis potus in vino: aut oleo merſus. Ma=
gnam aduerſitatem cum ſtellionibus putãt eſſe: innocuos dumtaxat ijs: qui & ipſi carent ſanguine
lacertarum figura. Atq; ſcorpiones in totũ nulli nocere: quibus nõ ſit ſãguis. Quidam & ab ipſis fœ=
tum deuorari arbitrant. Vnũ mõ reliqui ſolertiſſimũ: & qui ſe ipſiꝰ matris clunibus imponẽdo tutus
& a cauda & a morſu loco fiat. Hunc eſſe reliquorum vltorem: qui poſtremo genitores cõficiat ſup=
ne: pariuntur autem vndeni.

De ſtellionibus: & cicadis. CA.XXVI.

CHameleonũ ſtelliones quodammodo naturã habent: rore tantum viuẽtes: ꝑterq; arane=
is. Similis cicadis vita: quarum duo genera. Minores quæ primę ꝓueniunt: quęue nouiſ
ſime pereunt. Sũt auem multę. Sequẽs eſt volatura. Itẽ maiores quę vocant achetæ: & q̃
minores ex ijs ſũt tetigonię. Sed illę magis canorę. Mares cãtant in vtroq; gñe. Fœminę

Qui cicadis veſcantur.

Cicadæ rore aluntur.

ſilent. Gentes veſcunt ijs ad orientem: etiam parti opibus abundantibus. Ante coitum mares pręfe
runt ja coitu fœminas: ouis earum correptis quę ſunt cãdida. Coitus ſupinis. Aſperitas præacuta in
dorſo: qua excauãt fœturę locum in terra. Fit primo vermiculus. Dein ex eo quæ vocat tettigome=
tra: cuius cortice rupto circa ſolſtitia euolẽt: noctu ſemp. Primum nigræ atq; duræ. Vnũ hoc ex ijs q̃

Solis cicadis ad egerendũ nullum foramen.

viuunt: & ſine ore eſt. Pro eo quidam acculeatum linguis ſimile. Et hoc in pectore: quo rorem lãbũt
Pectus ipſum fiſtuloſum. Hoc canunt achetę vt diximus. De cętero in vẽtre nihil eſt. Excitatę cum
ſubuolant humoreꝫ reddunt: quod ſolum argumentum eſt rore eaſdem ali. Iiſdem ſolis nullum ad
excrementa corporis foramen. Oculis tam hebetes: vt ſi quis digytum contrahẽs ac remittẽs ijs ap=
propinquet: tranſeant in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum. Surgulariam quæ ſit grãdi=
or: frumentariam quam alij auenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus.

Cicadę vbi deſunt arbores naſci non poſſunt.

Cicadæ nõ naſcunt in raritatę arborꝝ. Idcirco ſunt cyrenis circa oppidum: nec in campis nec in fri=
gidis: aut vmbroſis nemoribꝰ. Eſt q̃dã & ijs locorꝝ differẽtia. In mileſia regiõe paucis ſũt locis. Sed ĩ
cephalenia amnis quidam penuriã earũ: & copiã dirimit. At in rhegino agro ſilẽt oẽs. Vltra flumẽ in
locris canunt. Pẽnarum illis natura quæ apibus: ſed pro corpore amplior.

De pennis inſectorum: & ſcarabeis: & reliquis ſcarabeorum generibus. CA.XXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0198-0

INnſectoruʒ quędam binas gerunt pennas vt muſcæ: quędam quaternas vt apes. Mēbranis vt cicadæ volāt. Quaternas habent quę aculeis in aluo armanť. Nullum cui tælum in ore: pluribus q̄ binis aduolat pennis. Illis enim vltionis cauſa datuʒ: & his auiditatis. Nullis eorū pennę reuiuiſcunt auulſę. Nullū cui aculeus in aluo bipennę eſt. Quibuſdā pēnarumt utelę cruſta ſuperuenit: vt ſcarabeis. Quorum tenuior fragiliorq; penna: iis negatus aculeꝰ. Sʒ in quodā genere eoruʒ grandi cornua pręlonga. biſulcis dentata forcipibus in cacumine (cū libuit) ad morſum coeuntibus. Infantum remedijs etiam ex ceruice ſuſpendūtur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus: qui e fimo ingentis pilas auerſi pedibus volutant. paruoſq; in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus ſui indulanť. Volitant alij magno cum murmure aut mugitu. Alij focos & prata crebris foraminibus excauant nocturno ſtridore vocales. Lucent igniū modo noctu laterum & cluniū colore lampyrides: nūc pēnarū hiatu refulgentes: nūc vero cōpreſſu obūbratę conante matura pabula aut poſt defecta conſpicuæ. Econtrario tenebrarū alumnæ blattæ vitam lucemq; fugiunt in balneis maxime humido vapore prognatę. Fodiunt ex eodem genere rutuli atq; pręgrādes ſcarabei tellurem aridam: fauoſq; paruę & fiſtuloſæ modo ſpongię medicato melle fingunt. In thracię partibus iuxta olinthum locus eſt paruus: in quo vnum hoc animal examinať: ob hoc cantharolethrus appellatus. Pennę inſectis omnibus ſine ſciſſura: nulli cauda niſi ſcorpioni. Hic eorum ſolus & brachia habet: & in cauda ſpiculū. Reliquorū quibuſdaʒ aculeꝰ in ore vt aſilo: ſi tabanū dici placet. Item culicibꝰ & quibuſdaʒ muſcis. Oibꝰ aūt his ore & ꝑ lingua ſūt hi aculei: quibuſdam hebetes: neq; ad punctū: ſʒ ad ſuctū: vt muſcarū generi: in quo loco euidēs fiſtula eſt. Nec ſūt talibꝰ dentes. Alijs cornicula ante oculos pretendunť ignauia: vt papilionibꝰ. Quędaʒ inſecta carēt pennis: vt ſcolopendrę. Inſectorū pedes quibus ſunt in obliquū mouentur. Quorūdam extremi longiores foris curuantur: vt locuſtis.

Ari. pyrolampides.
Lāpyr. quo tpe cernanť: hæ em̄ ſignuʒ maturitatis īdicant.

## ¶De locuſtis. CA. XXIX.

HAe pariunt in terra demiſſo ſpinæ caule oua cōdēſa autumni tempore. Ea durant hyeme ſub terra. Subſequēti anno exitu veris emittunt paruas nigrātes: & ſine cruribus: pēniſq; reptātes. Itaq; vernis aquis intereunt oua: ſicco vere maior prouētus. Alij duplicē earuʒ fœtū: geminumq; exitum tradunt. Vergiliaruʒ exortu parere: deinde ad canis ortuʒ obire: & alias renaſci. Quidam acturi occaſu renaſci. Mori matres cum pepererint certum eſt vermiculo ſtatim circa fauces innaſcente: qui eas ſtrangulat. Eodem tēpore mares obeunt. Tā friuola ratione moriētes ſerpētem (cum libuit) necant ſingulę: faucibus eius apprehēſis mordicibus. Non naſcuntur niſi in planis & rimoſis locis. In idia ternum pedum longitudinis eſſe tradūtur: cruribus & femoribus ſerrarū vſū prębētes cū inarueruint. Eſt & alius earū obitꝰ. Gregatim ſublatę vēto in maria aut ſtagna decidunt. Forte hoc caſuq; euenit: nō vt priſci exiſtimauere: madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe noctibus nō volare eas propter frigora tradiderūt. Ignari etiam lōginqua maria ab iis trāſiri continuata plurium dierum profectione. Quod maxime miremur: famē quoq; quam propter externa pabula petiere: ſciunt imminere. Ac inire peſtis ea intelligitur. Namq; & grādiores cernuntur & tanto volat pennarum ſtridore: vt alię alites credātur: ſolemq; obumbrent: ſollicite ſuſpectātibus populis: ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tāq̄ parū ſit maria trāſire: immenſos permeant tractus: diraq; meſſibus cōtegunt nube: multa contactu adurentes. Omia vero morſu erodentes: & fores quoq; tectorum. Italiam ex africa magna cohorte infeſtant: ſæpe populo ad ſybillina coacto remedia confugere inopiæ metu. In cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eas. Primo oua obterēdo: deinde fœtū. poſtremo adultas. Deſertoris pœna in eū qui ceſſauerit. Et in lemno inſula certa mēſura pręfinita eſt: quam ſinguli enecatarum ad magiſtratꝰ referāt. Gracchulos quoq; ob id colūt aduerſo volatu occurrētes earū exitio. Necari & in ſyria militari iperio cogunť. Tot orbis partibꝰ vagať id malū. Parthis & hæ i cibo gratę. Vox earū ꝓficiſci ab occipitio videtur. Eo loco in cōmiſſura ſcapularuʒ habere quaſi dētes exiſtimanť. eoſq; inter ſe terēdo ſtridorē edere: circa duo æquinoctia maxīe: ſicut cicadæ circa ſolſtitiuʒ. Coitus locuſtarū qui inſectorū oim quæ coeūt: marē portāte fœmina: in eū fœminaruʒ vltimo caudę reflexo tardoq; digreſſu. Minores aūt in omni hoc genere fœminis mares.

Locuſtæ indicæ maximæ.
Locuſtę ſoleʒ obūbrantes.
Locuſtæ meſſibus infeſtæ oīa adurētes rodenteſq; & maxime in italia.

## ¶De formicis noſtratibus. CA. XXX.

PLurima inſectorū vermiculū gignūt. Nā & formicæ ſimilē ouis vere: & hę vt apes cōmunicātes laborē. Sed apes vtiles faciūt cibos. Hæ cōdunt. At ſi quis cōparet onera corporibꝰ earū: fateať nullis portiōe vires eſſe maiores. Gerūt ea morſu. Maiora auerſę poſtremis pedibꝰ moriūť: humeris obnixę. Et iis reipu. ratio: memoria. cura. Semina arroſa cōdūt: ne rurſus in fruges exeāt e terra. Maiora ad introitū diuidūt. Madefacta hymbræ ꝓferūt: atq; ſiccāt. Ope

Vires formicæ.
Cur fruges in terra a for. cōditę nō renaſcantur.

Formicæ mutua inter ſe habentes colloquia.
Sole for. (homine excepto) ſeinuicẽ ſepeliunt.

rant̃ & noctu plena luna. Eędẽ interlunio ceſſant. Iam in opere qui labor? quę ſedulitas? Et quoniã ex diuerſo cõuehunt altera alterius ignara: vt ſigna inuicem recognoſcãt: certi dies ad recognitionẽ mutuam nundinis dantur. Quę tunc earum concurſatio? q̃ diligẽs? Cum obuiȷs quędam collocutio atq; percõtatio. Silices itinere earum attritos videmus: & in opere ſemitam factam: ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit q̃tulacunq; ſedulitas. Sepeliuntur inter ſe viuentium ſolę: pręter homines Non ſunt in ſicilia pennatę.

For. indice vnguibus aurum effodere dicuntur.

¶De indicis. CA.XXXI.

INdicę formicę cornua erythris in ęde Herculis fixa miraculo fuere. Aurum ex cauernis egerunt terrę in regione ſeptẽtrionalium indorum qui dardæ vocãtur. Ipſis color felium Magnitudo ægypti luporum. Erutum hoc ab iȷs tẽpore hyberno indi furẽtur æſtiuo feruore cõditis ꝓpter vaporẽ in cuniculis formicis: q̃ tñ odore ſollicitatæ prouolãt crebroq; lacerãt: q̃uis pręvelocibus camelis fugiẽtes. Tãta pnicitas feritaſq; eſt cum amore auri.

¶De diuerſitate inſectorum. CA.XXXII.

MVlta aũt inſecta & aliter naſcunt̃. Atq; aſilus in primis ex rore inſidet: hic raphani folio primo vere: & ſpiſſatus ſole: in magnitudinem miliȷ cogit̃. Inde orit̃ vermiculus puus: & triduo: mox eruca: q̃ adiectis diebus creſcit immobilis duro cortice ad tactũ mouet̃ aranee. Hęc eruca quam chryſalidẽ appellãt: rupto deinde cortice volat papilio.

¶De aĩalibus in ligno & ex ligno naſcentibus. CA.XXXIII.

Sylla di. & Alcman tineis vermiculis interiere.

SIc quędam ex hymbre generant̃ in terra: quędam & in ligno. Nec enim & coſſi tantu; in eo: ſed etiam tabani ex eo naſcuntur: & alia vbicunq; humor eſt nimius. Sic intra hominem tineæ tricenum pedum: aliquando & plurimum longitudine: iã in carne exanimi viuentium quoq; hominu; capillo. Qua fœditate & ſylla dictator & Alcman ex clariſſimis gręcię poetis obiere. Hoc quidem & aues infeſtat. Phaſianas vero interimit: niſi puluerãtes ſeſe. Pilos habentium aſinũ tantũ immunẽ hoc malo credũt: & oues. Gignunt̃ aũt ex veſtis genere: p̄cipue lanicio interẽptarũ a lupis ouiũ. Aquas quoq; quaſdã quibus lauamur: fertiliores eius generis inuenio apud auctores. Quippe cum & cærę hoc gignant: quod animalium minimum exiſtimatur. Alia rurſus generantur ſordibus aridi ſoli: poſteriorum crurum laſciuia petauriſtarum. Alia puluere humido in cauernis volucria.

Mirũ de aĩali nullum hñs fecis exitum.

¶De animali cui cibi exitus nõ eſt. CA.XXXIIII.

EStanimal eiuſdẽ turpitudine infixo ſemp ſanguini capite viuẽs: atq; ita intumeſcẽs: vnu; animaliũ cui cibi nõ ſit exitus: cũ nimia dehiſcit ſocietate: alimẽto ipo moriẽs. Nũq̃ in iumẽtis gignitur: in bubus frequẽs: in canibus aliquãdo: in quibus omnia. In ouibus & in capris hoc ſolũ. Aeque eſt mira ſanguinis & hirundinũ generi in plauſtri aqua ſitis. Namq; & hæ toto capite cõduntur. Eſt & volucre canibus peculiare ſuũ malu;: aures maxime lancinãs quę defendi morſu non queunt.

Tineę ex puluere ꝓductę.

¶De tineis & culicibus & diuerſitate eaꝝ. CA.XXXV

IDem puluis in lanis & veſte tineas creat: præcipue ſi araneus vna includatur. Sitit eni; & omnem humorem abſorbens ariditatẽ impliat. Hoc eſt in chartis naſcitur. Eſt earu; genus tunicas ſuas trahentiũ quo coclęę modo. Sed horũ pedes cernũtur. Spoliatę expirãt Si accreuere faciũt chryſalidẽ. Ficarios culices caprific⁹ generat. Cantharides vermiculi ficoꝝ: & pyri: & peuces: & cynachãtę: & roſę. Venenũ hoc remedia ſecum habet. Alę medentur. q̃bus demptis lœtale eſt Rurſus alia. genera culicum aceſcẽs natura gignit. Quippe cũ & in niue candidi repiantur: & vetuſtiores vermiculi in media quide; altitudine rutili. Nã & ipſa nix vetuſtate rubeſcit. Hirti pilis: grandiores torpenteſq;.

Pyralis ſeu pyratus vermiculus ex medio naſcẽs igne.
Beſtiolæ quæ eodẽ quo naſcunt̃ die moriuntur.

¶De pyrali ſiue pyrauſta. CA.XXXVI.

GIgnit aliqua & contrarium natura elementum. Si quidem in cypri ærariȷs fornacibus ex medio igni maioris muſcę magnitudinis volat pennatũ quadrupes: appellatur pyralis a quibuſdã pyrauſta. Quandiu eſt in igne viuit. Cum euaſit longiore paulo volatu tũc moritur. Hypanis fluui⁹ in ponto circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas: quibus erumpit volucris quadrupes ſupradictæ modo: nec vltra diem viuit: vnde hemerobion vocatur. Reliquis talium ab initio ad finem ſeptenariȷ ſunt numeri. Culici & vermiculo terſepteni. Corpus parientibus quater ſepteni. Mutationes & in alias figuras tranſitus trinis aut quadrinis diebus. Cętera ex iȷs pennata autumno fere moriũtur. Tabani quidem etiam cæcitate. Muſcis humore exanimatis ſi cinere condantur redit vita.

¶Hyſtoria naturæ animalium per ſingula membra. CA.XXXVII.

ITaq; nunc per ſingulas partes corporis præter iam dictas membratim tractetur hyſtoria
Caput habent cuncta quę ſanguinem. In capite paucis animaliuȝ niſi volucribus apices:
diuerſi quidem generis. Phœnici plumarum ſerie medio eo exeũte alio. Pauonibus crini
tis arbuſculis. Stymphalidę cirro. Phaſianę corniculis. Pręterea pare: atq; ab illo galeri-
ta appellata quondã. Poſtea gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Diximus & cui
plicatilem criſtam dediſſet natura per medium caput a roſtro reſidentẽ. Et fulicarum generi dedit
cirros: pico quoq; martio & grui balearicę. Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis corpore cõſerra-
tum: nec carneȝ id eſſe. nec cartilaginem: nec callum iure dixerimus: verum peculiare. Draconũ eñi
criſtas qui viderit non reperitur. Cornua multis quidem & aquatiliũ & marinoꝝ & ſerpentiũ variȷs
data ſunt modis. Sed q̃ iure cornua intelligãtur: quadrupedi tantũ generi. Arcteonen. & Cippũ etiã
in latina hyſtoria fabuloſos reor. Nec alibi maior laſciuia naturę luſit animalium armis. Sparſit hęc
in ramis: vt ceruorum. Aliȷs ſimplicia tribuit vt eodem genere ſublonibus ex argumẽto dictis. Alio
ruȝ finxit in palmas: digytoſq; emiſit ex iȷs: vnde platycerotas vocãt. Dedit ramoſa capreis: ſed par-
ua: nec fecit decidua. Cõuoluta in anfractum arietem generi: ceu ceſtus daret: infeſta tauris. In hoc
quideȝ genere & fœminis tribuit. In multis tantum maribus. Rupicapris in dorſum adunca. Damis
in aduerſuȝ. Erecta aũt rugarũq; ambitu cõtorta & in leue faſtigiũ exacuta vt lyras diceres ſtrepſice
roti: quẽ addacẽ africa appellat. Mobilia eadeȝ: vt aures Phrygię armẽtis. Troglodytarum in terrã
directa: qua de cauſa obliqua ceruice paſcunt. aliȷs ſingula: & hęc medio capite: aut naribus vt dixi
mus. Iamq; aliȷs ad incurſum robuſta: aliȷs ad ictũ Pluribus modis: ſupina: cõuerſa: cõnexa: omĩa in
mucronẽ migrãtia. In quodam genere pro manibus ad ſcabẽdũ corpus. Cochleis ad p̃tẽtandũ iter.
In corpore cornua hæc ſicut ceraſtis: aliquando & ſingula. Cochleis ſemper bina: & vt p̃tendant: ac
reſiliant. Viroꝝ cornibus barbari ſeptentrionales potant: vrnaſq; binas capitis vnius cornua implẽt
Aliȷ præfixa his pila cuſpidãt. Apud nos ĩ lamina ſectat tranſlucẽt: atq; etiam lumẽ incluſum latius
fundũt: multaſq; alias ad delicias conferuntur: nunc tinctas: nunc ſublita: nunc quæ ceroſtrota pictu
ræ genere dicũtur. Omnibus autem caua: & in mucrone demum cõcreta ſunt. Ceruis tantuȝ ſolida:
& omnibus annis decidua. Boum attritis vngulis cornua vnguẽdo aruina medẽtur agricolę. Adeo
ſequax natura eſt: vt in ipſis viuẽtiũ corporibus feruenti cęra flectãtur: atq; inciſa naſcentium in di-
uerſas partes torqueãtur: vt ſingulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora fœminis plęrumq; ſũt: vt in
pecore. Multis ouium nulla: nec ceruarum: nec quib⁹ multifidi pedes: nec ſolipedũ vlli: excepto aſi
no indico: qui vno armatus eſt cornu. Biſulcis bina tribuit. Nulli qui ſuperne primores habẽt dẽtes.
Qui putant eos in cornua abſumi facile coarguuntur ceruaꝝ natura: quę neq; dẽtes habent: vt neq;
mares: nec tamẽ cornua. Cæteroꝝ oſſibus adhęrẽt. Ceruorum tantũ cutibus enaſcunt. Capita piſci
bus portione corporũ maxima: fortaſſis vt mergant. Oſtrearuȝ generi nulla: nec ſpõgiȷs: nec aliȷs fe
re: quibus ſolus ex ſenſibus tactus eſt. Quibuſdam indiſcretum caput eſt vt cãcris. In capite cuncto
rum animalium homini plurimus pilus: iam quidẽ ꝓmiſcue maribus ac fœminis. Apud intõſas vti
q; gentes atq; etiam nomina ex eo capillatis alpium incolis gallię comatę: vt tamẽ ſit aliqua in hoc
terrarũ differẽtia. Quippe miconiȷ carẽtes eo gignuntur: ſicut in cauno lienoſi. Et quędam animali
um naturaliter caluẽt: ſicut ſtrutio cameli & corui aquatici: quib⁹ apud gręcos nomẽ eſt inde. Deflu
uium eorum in muliere rarũ. In ſpadonib⁹ nõ viſum. Nec in vllo ante veneris vſum. Nec infra cere-
brum: aut infra verticem: aut circa tẽpora: atq; aures. Caluitiũ vni tãtũ animaliũ homini: præterq̃ i-
natum. Canicies homini tãtum & equis: ſed homini ſemper a priori parte capitis: tum deinde ab a-
uerſa. Vertices bini homini tãtũ. Aliquib⁹ capitis oſſa plana: tenuia: ſine medullis: ſerratis: pectina-
tim ſtructa compagibus. Perfracta nõ queũt ſolidari. Sed exempta modice nõ ſunt lœtalia in vicem
eorũ ſuccedẽte corporea cicatrice. Infirmiſſima eſſe vrſis: duriſſima pſitacis ſuo diximus loco. Cere
brum omnia habent animalia: quę ſanguinẽ. Aeque & in mari quę mollia appellauim⁹: quãuis care
ant ſanguine: vt polypi. Sed homo portione maximũ & humidiſſimũ: omniũq; viſcerũ frigidiſſimuȝ
duab⁹ ſupra: ſubterq; mẽbranis velatũ: quarũ alterutrã rũpi mortifeꝝ eſt. Cætero viri q̃ fœminę ma
ius. Hominibus hoc ſine ſanguine: ſine venis: & reliqui ſine pingui. Aliud eſſe q̃ medullam eruditi
docẽt: quoniam coquẽdo dureſcat. Omniũ cerebro medio inſũt oſſicula parua. Vni hominũ in infã-
tia palpitat: nec roboratur ante primũ ſermõis exordiũ. Hoc ẽ viſcerũ excelſiſſimũ: ꝓximumq; cælo
capitis ſine carne: ſine cruore: ſine ſordib⁹. Hic habet ſenſuũ arcẽ. Huc venaruȝ omnis a corde vis tẽ
dit. Hic deſinit. Hic culmẽ altiſſimum. Hic mẽtis eſt regimẽ. Oĩm aũt animalium in priora pronũ:
quia & ſenſus ante nos tendũt. Ab eo proficiſcit ſomnus. Hic capitis nutatio. Quæ cerebrum nõ ha-
bent nõ dormiũt. Ceruis in capite ineſſe vermiculi ſub linguę inanitate & circa articulũ: qua caput

galerita alauda vulgo.

Vel aliȷs adunca: aliȷs reduca: aliȷs ad iactum.

Ceruis tantũ cornua ſolida.

Aſini indici vnico armati cornu.

Gallia vnã dicta ẽ comata.

Cerebro carẽtes non dormientes.

Soli hoĩ au-
res imobiles
Vñ flacci dci.

iungit humero numero.xx.prodũtur. Aures hoĩ tãtũ immobiles. Ab iſs flaccorũ cognomia. Nec in
alia parte fœminis maius impẽdiũ margaritis dependentibus. in oriẽte quidẽ & viris aurꝫ geſtare eo
loci decus exiſtimatur. Animaliũ aliis maiores: aliis minores. Ceruis tãtũ ſciſſę aut velut diuiſæ: So
ricibꝰ piloſę. Sed aliquę oĩbus aĩal dũtaxat generãtibꝰ: excepto vitulo marino atq; delphio & quæ
cartilaginea appellauimꝰ: & viperis. Hęc cauernas tantũ habẽt auriũ loco: pter cartilaginea & del-
phinũ: quẽ tamẽ audire manifeſtũ eſt. Nam & cantu mulcent: & capiũtur attonitu ſono. Quo nã mo
do audiãt: mirũ. Iidẽ nec olfatꝰ veſtigia habẽt: cum olfaciant ſagaciſſime. Pennatorum animalium
buboni tãtũ & oto plumę velut aures. Cęteris cauerne ad auditũ. Simili modo ſquamigeris atq; ſer-
pentibꝰ. In ęquis & omnium iumentorum genere indicia animi pręferũt. Feſſis marcidę. Nutantes
pauidis. Subrectæ furẽtibus. Reſolutę ægris. Facies homini tantũ: cæteris os aut roſtra. Frõs & aliis
Sed homini tantũ triſtitię: hilaritatis: clemẽtię: ſeueritatis index in aſſeſu eius. Supcilia homini & pa
riter & alterne mobilia: & in iis pars animi. Negamus/annuimꝰ: hęc maxime indicãt. Faſtus ſupbia
aliubi cõceptaculũ: ſed hic ſedẽ habet. In corde naſcit: hic ſubit: hic pẽdet. Nihil altiꝰ ſimul abrupti
uſq; inuenit in corpore: vbi ſolitaria eſſet. Subiacẽt oculi pars corporis p̃cioſiſſima: & qui lucis vſu vi
tam diſtinguant a morte. Non omnibus animalium hi. Oſtreis nulli. Quibuſdam concharum dubii.
Pectines enim ſi quis digytos aduerſũ hyantes eos moueat: cõtrahuntur vt videntes. Et olentes fu-
giũt admota ferramenta. Quadrupedum talpis viſus nõ eſt. Oculorum effigies ineſt: ſi quis pręten-
tam detrahat mẽbranaꝫ. Et inter aues ardeolarũ genera: quos leucos vocãt: altero oculo carere tra-
dunt. Optimi auguri cum ad auſtrum volant ſeptẽtrionẽue. Solui enim pericula & metus narrant.
Nigidius nec locuſtis nec cicadis eſſe dicit. Cochleis oculorum vicem cornicula bina pretẽtatu ad-

Qui cõditos
hñt ocl'os a-
cutiſſimi viſꝰ.

implent. Nec lumbricis vlli ſũt: vermiumue generi. Oculi homini tantum diuerſo colore: cęteris in
ſuo cuiq; generi ſimiles. Et equorum quibuſdam glauci: ſed in homine nũeroſiſſimę diuerſitatis atq;
differentiæ: grandiores: modici: parui: prominentes: quos hebetiores putant. Conditi quos clariſſi-
me cernere: ſicut in colore caprinos. Præterea alii contuentur lõginqua. Alii niſi prope admotã nõ
cernũt. Multorum viſus fulgore ſolis conſtat nubilo die non cernẽtiũ: nec poſt occaſũ. Alii interdiu

Tyberius mi
rã oculorum
fert habuiſſe
aciem.

hebetiores: noctu pręter cęteros cernũt. De geminis pupillis aut quibꝰ noxii viſus eẽnt ſatis diximꝰ.
Tyberio Cęſari i tenebris clariores ferũt: ipſi aliã q̃ cęterorꝫ mortaliũ fuiſſe naturã: vt expgefactꝰ no
ctu pauliſper haud alio modo q̃ luce clara cõtueret oĩa: paulatiꝫ tenebris ſeſe obducẽtibꝰ. Diuo Au-
guſto equorum modo glauci fuere: ſupraq; hominem albicãtis magnitudinis. Quam ob cauſã dili-
gentius ſpectari eos iracũdæ ferebat. Claudio Cæſari: ab angulis cãdore carnoſo: ſanguineiſq; venis
ſubinde ſuffiſi. Caio pricipi rigẽtes. Neroni niſi cuꝫ cõniueret: ad ꝑpe admota hebetes. Viginti gla-
diatorꝫ paria in Caii pricipis ludo fuere: in iis duo omnino qui cõtra comminationẽ aliquam nõ con
niuerent. & ob id iuicti. Tantę hoc difficultatis eſt hoĩ. Plæriſq; vero naturale: vt nictare nõ ceſſent:
quos pauidiores accepimus. Oculos vnicolores nulli cum candore omnibꝰ mediuſculo differentes.
Neq; vlla ex parte maiora indicia animi cunctis animalibus: ſed maxime homini: id eſt moderatio-
nis: clemẽtiæ: miſericordiæ: odii: amoris: triſticiæ: læticię. Cõtuitu quoq; multiformes: truces: torui
flagrantes: graues: tranſuerſi: limi: ſumiſſi: blãdi. Profecto in oculis animꝰ ĩhabitat. Ardent: ĩcendũ-
tur: humectant: cohibent. Hinc illæ miſericordiæ lachrymæ. Hos cum oſculamur: aĩm ipſum vide-

Vel mẽtis vi-
ſu.
Lepores ocu-
lis dormiunt
apertis.

mur attingere. Hic fletus & rigantes ora riui. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcundꝰ & paratꝰ?
Aut vbi reliquo tempore? Animo autem videmus. Animo cernimus. Oculi ceu vaſa quædam viſi-
bilem eius partem accipiũt: atq; tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcęcat abducto intus viſu. Sic
in morbo comitiali aperti nihil cernũt animo caligante. Quin & patentibus dormiũt lepores: multi
q; hominum quos corybantiam gręci dicunt. Tenuibus multiſq; membranis eos natura compoſuit
callofis contra frigora: caloreſq; in extremo tunicis: quas ſubinde purificant lachrymationũ ſaliuis:
lubricos propter incurſãtia & mobiles. Media eorum cornea feneſtrauit pupilla: cuius anguſtiæ nõ
ſinunt vagari in certam aciem: & velut canali dirigunt: obiterq; incidentia facile declinant. Aliis ni
gra: aliis atra: aliis ruffa: aliis glauci coloris orbibꝰ circundatis: vt habili mixtura accipiat circũiecto

Cur alites o-
culos hoĩm
q̃nq; iuadant

cãdore lux: & temperato repercuſſu non obſtrepat: adeoq; iis abſoluta vis ſpeculi. vt tam parua illa
pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt: vt plęreq; alitum e manibꝰ hoĩm oculos po
tiſſimum appetãt: qꝛ effigiẽ ſuam ĩ iis cernentes velut ad cognata deſideria ſua tendunt. Veterina tã
tum quædam & in cremẽta lunę morbos ſentiũt. Sed homo ſolus emiſſo humore cęcitate liberatur
Poſt viceſimum annũ multis reſtitutus eſt viſus. Quibuſdam ſtati naſcẽtibus negatus nullo oculorꝫ
vitio. Mltis repẽte ablatꝰ ſimili mõ nulla p̃cedẽte iiuria. Venã ab iis ptigere ad cerebrũ pitiſſimi au
ctores tradunt. Ego ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redundatione eius eruitur oculus:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0202-5
DFG

morientibus illos operire:rurſuſq; in rogo patefacere quiritium magno ritu ſacrum eſt. Ita more cōdito:vt neq; ab homine ſupremum eos ſpectari nefas:& cœlo non oſtendi nephas. Vni aialiu3 homini deprauātur. Vnde cognomina:Strabonum & Petorum. Ab ijſdem/qui altero lumine orbi naſcerētur:coclites vocātur. Quis parui vtrinq; ocelli luſcini iniuriæ cognomen habuere. Nocturnoru3 aialium veluti felium in tenebris fulgent:radiātq; oculi:vt contueri nō ſit. Et capræ/lupoq; ſplēdent:lucemq; iaculantur. Vitulo marino/& hyenæ in mille colores trāſeunt ſubinde. Quin/& ī tenebris multorum piſcium refulgent:ſicut aridi robuſtiq; caudices vetuſtate putreſcq;. Non cōniuere diximus:q̄ non obliquis oculis/ſed circunacto capite cernerēt. Chamæleonis oculos circūagi totos tradūt. Cācri in obliquum aſpiciunt. cruſtra fragili incluſis rigētes. Locuſtis/ſquilliſq; magna ex parte ſub eodē munimento prędurí eminent. Quorum duri ſunt:minus cernūt:q̄ quorum humidi. Serpentium catulis/& hirundinum pulis ſiquis eruat:renaſci tradunt. Inſectorum omnium:& quibus teſtacea opimenta oculi mouentur:ſicut quadrupedum aures. Quibus fragilia operimenta:ijs oculi duri:omnia talia/&piſces/& inſecta nō hn̄t genas:nec integunt oculos. Omnibus mēbrana vitri mō trāſlucida optendit. Palpebrę in genis hoīvtrinq;. Mulieribus etiam inſectę quotidiano:tāta eſt decoris affectatio vt tingant oculi quoq;. Alia de cauſa hoc natura dederat:ceu vallum quoddam viſus/& ꝓminēs munimentum circa occurſantia:animalia:aut alia fortuitu incidētia. Defluere eas haud īmerito venere abūdātibus tradūt. Ex cæteris nullis ſūt:niſi q̄bus & in reliquo corpore pili. S3 quadrupedi in ſupioribus tantum genę. Volucribus in īferiore. Et quibus molle tergus vt ſerpētibus. Et quadrupedibus quę oua pariūt:vt lacertæ Strutio camelus alitū ſola:vt homo vtrinq; palpebras habet. Nec genę qdem omnibus:ideo neq; nictationes ijs quę animal generant. Grauiores alitum inferiore gena cōniuent. Eędem nictantur ab angulis mēbrana obeūt. Colūbę & ſimilia vtraq; conniuent. At quadrupedes quæ oua pariunt vt teſtudines:crocodili inferiore tātum ſine vlla nictatione :propter præduros oculos. Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium vocauere:vnde & ſupcilia. Hoc vulnere aliquo diductum non coaleſcit. In paucis humani corporis mēbris. Infra oculos malæ homini tm̄ quas priſci genas vocabāt. xij. tabularꝫ interdicto radi a fœminis eas vetātes. Pudoris hæc ſedes. Ibi maxime oſtendit rubor. Infra eas hylaritates:riſumq; indicantes buccę. Et altior homini tm̄:quem noui mores ſubdola irriſione dicauere naſus. Non alij aīalium nares eminēt. Auibus:ſerpētibꝰ:piſcibus foramina tm̄ ad olfactus ſine naribus. Et hinc cognomia ſimonꝫ:ſilonū. Septimo mēſe genitis ſæpenumero foramina aurium:& narium defuere. Labra quibus brōchi labeones dicti. Et os probum duriuſue aīal generantibus. Pro ijs cornea & acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viuentibus adunca. Collecto recta hęrbas ruentibus limumq; redunca vt ſuum generi. Lata in vſum iumētis vice manus ad colligenda pabula. Ora apertiora laniatu viuentibus. Mentū nulli pręter hominē:nec malæ. Maxillas crocodilus tm̄ ſuperiores mouet. Terreſtres quadrupedes eodē quo cæterę more:præterq̄ in obliquū. Dentiū tria genera Serrati aut cōtinui aut exerti. Serrati pectinatim coeūtes:nec cōtrario occurſu atterātur : vt ſerpentibus:piſcibus:canibus. continui vt homini:equo. Exerti apro. hippopotamato:elephāto. Continuorum qui digerūt cibū lati & acuti. Qui conficiunt:duplices. Qui deſcriminant eos canini appellantur. Hi ſunt ſerratis longiſſimi. Cōtinui aūt vtraq; parte oris ſunt vt equo Aut ſuperiore primores nō ſunt vt bubus:ouibus:omnibuſq; quæ rumināt. caprę ſuperiores nō ſunt: pręter primores geminos. Nulli exerti quibus ſerrati Raro fœminę & tamen ſine vſu. Itaq; cū apri pcutiant:fœminæ ſues mordent. Nulli cui cornua exerti:ſed omnes ſui cōcaui. Cæteris dentes ſolidi: piſciū omnibus ſerrati:præter ſcarꝫ. Huic vni aquitalium plani. cætero multis eorū in lingua & toto ore:vt turba vulnerū molliant:quę attritu ſubigere nō q̄runt. Multis & in palato :atq; etiā in cauda. præterea in os vergentes ne excidant cibi nullū habentibus retinēdi āminiculū Similes aſpidi & ſerpentibus ſed duo in ſuperna parte dextera lęuaq; longiſſimi tenui fiſtula perforati:vt ſcorpionū aculei venenum infundentes:nō aliud hoc eē q̄ fel ſerpentium. Et inde venis ſub ſpina ad hos puenire:& has per ventrem deſcendere diligentiſſimi auctores ſcribunt. Quidam vnū eē eum:& quia ſit aduncus:reſupinari cum momorderit. Aliqui tūc decidere eū:rurſuſq; recreſcere facilem decuſſu :& ſine eo eē quos tractari cernamus. Scorpionis caudę ineē eum:& plęriſq; ternos. Viperę dentes gingiuis conduntur. Hęc eadem pregnās veneno impreſſo dentium repulſu virus fundit in morſus. Volucrū nulli dentes pręter veſpertilionem. cameli ſoli ex ijs quę non ſunt cornigera in ſuperiori maxilla primores non habent. Cornua habētium nulli ſerrati. Et cocleæ dētes habēt:indicio eſt a minimis earum deroſas vites. At in marinis cruſtata & cartilaginea priores habere. Itē echinis qnos eē:vnde intelligi potuerit miror. Dentium nice aculei inſectis. Simiæ dentes vt homini. Elephāto intus ad mādendum quattuor:præterq; eos qui prominēt. Maſculis reflexi:fœminis recti atq; ꝓni. Muſculus marinus qui balenam antecedit nullos habet. Sed pro ijs ſetis intus os hirtum:& linguam etiam appella

Aniaduertēto. ritus ī oculis mor. ape. & ope.
Strabones peti & coclites vnde
☞ Oculi hiru3. & ſer. exerti renaſcuntur.
☞ Lege. xij. ta. cautū erat ne fœminarꝫ genę raderent.
naſus deriſioni dicatus era.
Mētū ſoli ī eſt homini.
croco. ſuper maxi. mouēs
pecora rumi. pri. carent ſupio parte dētibꝰ
☞ Veſptilioni. īter aueſ ſolę inſunt dētes.
Muſculus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0203-1
DFG

tam. Terreſtrium minutis quadrupedibus primores bini vtrinq; longiſſimi. Cæteris cum ipſis naſcũ
tur. Homini poſtq̃ natus eſt ſeptimo mẽſe. Reliquis perpetui manẽt. Mutãtur homini: leoni iumẽto
cani: & ruminantibus. Sed leoni/ & cani non niſi canini appellati. Lupi dexter caninus in magnis ha=
betur opibus. Maxillares qui ſunt a caninis nullum animal mutat. Homini nouiſſimi/ qui genuini vo
cantur circiter viceſimum annum gignũtur: multis & octogeſimo. Fœminis quoq;: ſed quibus in iu
zãcles dẽtes quo tẽpore renati. uenta non fuere nati: decidere in ſenecta: & mox renaſci certum eſt. Zanclen ſamothracenum ciuẽ/
cui renati eſſent poſt centum/ & quattuor annos Mutianus viſũ a ſe prodidit. Cætero maribus plures
q̃ fœminis in hoie: pecude: capriſue. Timarchus Nicoclis filius Pappi duos ordĩes habuit maxillarẽ
Timarchus duos maxi. ordines ha= buit. Frater eius non mutauit primores: ideoq; præteriuit. Eſt exemplum dentis homini/ & in palato ge=
niti. At canini amiſſi caſu aliquo nunq̃ renaſcuntur. Cæteris ſenecta rubeſcũt. Equo tantum cãdidio=
res fiunt. Aetas veterinorum dentibus indicaſ. Equo ſunt numero. xl. Amittit triceſimo menſe pri=
more vtrinq; binos. Sequẽti anno totidẽ pxios cũ ſubeũt dicti columellares. Quinto anno incipiẽte
dentes in pa lato geniti. binos amittit: qui ſexto ãno renaſcunſ. Vij. ois habet & renatos & immutabiles. Equo caſtrato prius
non decidunt dentes. Aſinorum genus triceſimo mẽſe ſimiliter amittit: deinde ſenis menſibus. Qđ
ſi non prius peperint: q̃ decidant poſtremi: ſterilitas certa. Bobus bis mutãtur. Suibus decidũt nunq̃
☞ Aſumpta hac obſeruatione ſenectus in equis & cẹteris veterinis intelligitur dentiũ bronchitate: ſu=
hoim dẽtib⁹ virus ineſſe. perciliorum canicie: & circa ea lacunis cũ fere. xvi. annorum exiſtimãtur. Hominum dentibus quo=
dam ineſt virus. Namq; & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant: & columborũ fœtus implu=
mes necant. Reliqua de ijs in generatione hominũ dicta ſunt. Erumpentibus morbi corpora iſantia
accipiunt. Reliqua aialia quẹ ſerratos habent: ſæuiſſima dentibus. Linguẹ non omnibus eodẽ mõ te=
nuiſſima ſerpentibus & triſulca: vibrans: atri coloris: & ſi extrahas prẹlonga. Lacertis bifica & piloſa.
Vitulisq; marinis duplex. Sed ſupradictis capillamenti tenuitate. Cẹteris ad circumlambenda ora.
Piſcibus paulominus quam tota adhẹrens. crocodilis tota. Sʒ in guſtatu linguæ vice carnoſum aqua
tilibus palatum. Leonibus/ ac pardis/ omnibusq; generis eius ẽt felibus imbricitate aſpitatis: & limẹ
ſimilis/ attenuansq; lambendo cutẽ hominis. Quæ cauſa ẽt mãſuefacta vbi ad vicinũ ſanguinẽ puenit
ſaliua: inuitat ad rabieʒ. De purpurarũ linguis diximus. Ranis prima cohæret. Intima abſoluta a gut
ture/ qua voce mittunt. Mares tum vocanſ ololygones ſtato id tẽpore euenit: cientibus ad coitũ fœ=
minas. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo ad libramentũ modice aquẹ receptẹ in fauces palpi=
tante ibi lingua vlulatus elicitur. Tũc extenti buccarum ſinus plucẽt. Oculi flagrant labore ppulſi.
Quibus in poſteriore parte aculei: ijs & dentes & lingua. Apibus etiam prẹlonga: eminẽs & cicadis.
Quibus aculeus in ore fiſtuloſus: ijs nec lingua nec dentes. Quibuſdam inſectis intus lingua & formi
Metellus. cas. cẹterum lata elephãto prẹcipue. Reliquis in ſuo genere ſemper abſoluta. Homini tantũ ita ſæpe
conſtricta venis: vt interdici eas neceſſe ſit. Metellum pontificem adeo inexplanatẹ fuiſſe accepim⁹:
vt multis menſibus torrus credatur: cũ meditatur in dedicãda æde opifere dicere. Cæteris ſeptimo=
fere anno ſermonem exprimit. Multis vero talis eius ars cõtigit: vt auium & aialium vocis indiſcre=
tẹ edatur imitatio. Intellectus ſaporum eſt cẹteris in prima lingua: homini & in palato. Tonſille in
homine. In ſue glãdulæ: quod inter eas vuæ nomine vltimo depẽdet palato: homini tantum eſt. Sub
ea minor lingua: quẹ nulli oua generãtium. Opera eius gemina duabus interpoſitæ fiſtulis. Interior
earum appellatur arteria ad pulmonem atq; cor pertinẽs. Hãc operit in epulãdo epiglotys ſpiritu ac
voce illac meãte: ne ſi potus cibuſue in alienuʒ deerrauerit tramitem: torqueat. Altera exterior eſt:
appellatur ſane gula: qua cibus atq; potus deuoratur. Tẽdit hæc ad ſtomachum: inde ad ventrem.
Hanc per vices operit cum ſpiritus tm̃ aut vox commeat: ne reſtagnatio intẽpeſtiua alui obſtrepat.
Ex cartilagine & carne arteria: gula neruo & carne cõſtat. Ceruix nulli: niſi qb⁹ vtraq; hẹc. cẹteris col
lum: quibus tm̃ gula. Sed qbus ceruix e multis vertebratisq; orbiculatim: oſſibus flexilis ad circũſpe
ctum articulorum nodis iungitur. Leoni tm̃: & lupo: & hyenæ: & ſingulis rectisq; oſſibus rigens. Cẹ=
tero ſpinẹ adnectitur. Spina lũbis oſſea: ſed tereti ſtructura p media: foramina a crebro medulla de
ſcendente. Eandẽ eẽ ei naturã: quã cerebro colligũt. qm̃ prætenui eius mẽbrana mõ inciſa ſtatim ex=
pireſ. Quibus lõga crura: ijs longa & colla. Itẽ aquaticis q̃uis breuia crura habẽtibus: ſimili modo
vncos vngues: Guttur hoi tm̃ & ſuib⁹ intumeſcit: aquarũ quæ potãtur plærũq; vitio. Sũmũ gulẹ fau
ces vocanſ: poſtremũ ſtomachus. Hoc nomine eſt ſub arteria iã carnoſa ianitas adnexa ſpinæ ad lati
☞ tudinẽ ac longitudinẽ lagenẹ mõ fuſa. Quib⁹ fauces nõ ſunt: ne ſtomachus qdẽ eſt: nec colla: nec gut
Cordis loc⁹ tur: vt piſcibus: & ora ventribus iunguntur. Teſtudini marinæ lingua nulla: nec dẽtes: ſed roſtri acie
cõminuit oia. Poſtea arteria & ſtomachus dẽticulat⁹ callo in modũ rubi ad cõficiẽdos cibos: de creſ=
centibus crenis quicquid appropinquat ventri. Nouiſſima aſperitas vt ſcobina fabri. Cor aialib⁹ cẹ
teris in medio pectore eſt. Homini tantũ infra leuã papillã turbinato mucrõe in priora eminẽs. Piſci

buſ ſolis ad os ſpectat. Hoc primũ naſcẽtibus formari in vtero tradũt. Deinde cerebrum: ſicut tardiſ
ſime oculos. Sed hos primum mori cor nouiſſime. Huic pręcipuus calor. Palpitat certe: & quaſi al
terꝫ mouetur. Intra aial ꝑmolli/firmoq; opertũ membranę inuolucro: munitum coſtarum/& pecto
ris muro: vt pareat pręcipuam vitę cauſam/& originẽ. Prima domicilia intra ſe animo/& ſanguini ꝑ
bet ſinuoſo ſpecu: & in magnis animalibus triplici: in nullo nõ gemino. Ibi mens habitat. Ex hoc fõ
te duę grandes venę in priora/& terga diſcurrunt: ſparſeq; ramorum ſerie per alias minores omnibꝰ
membris vitalem ſanguinem rigãt. Solum hoc viſcerum vitijs non maceratur: nec ſupplicia vitę tra
hit: lęſumq; mortẽ ilico affert. Cęteris corruptis vitalitas in corde dura. Bruta exiſtimãtur animaliũ
quibus durum riget: audacia quibus paruum eſt: pauida/quibus prægrãde. Maximum autẽ eſt pro
portione muribus lepori: aſino: ceruo: pãtherę: muſtellis: hyenis: & omnibus timidis/aut ꝓpter me
tum maleficis. In paphlagonia bina ꝑdicibus corda. In equorum corde & boum oſſa reperiũtur: in
terdum augeri id per ſingulos annos in hoie ad binas drachmas ponderis ad qnquageſimum annũ
accedere. Ab'eo detrahi tantũdem: & ideo non viuere hominẽ vltra cẽteſimum annum defectu cor
dis ægyptij exiſtimãt. Quibus mos/& cadauera aſſeruare medicata. Hirto corde gigni quoſdam ho
mines ꝓdunt: nec alios fortiores eſſe induſtria: ſicut Ariſtomenem meſſeniũ: qui trecẽtos occidit la
cedęmonios. Ipſe cõuulneratatꝰ/& captus ſemel ꝑ cauernã latomiarꝫ/euaſit anguſtias: vulpiũ aditus
ſecutus. Iterum captus: ſopitis cuſtodibus ſomno ad iguẽ aduolutꝰ: lora cũ corpore exuſſit. Tertio
capto lacedęmonij pectus diſſecuere cauſa viuendi: hirſutũq; cor reptũ eſt. In corde ſummo pingui
tudo eſt quędam lętis extis. Non ſemp hoc aũt in parte exortũ habitum eſt. L. Poſtumio Albino rege
ſacrorũ poſt cẽteſimã viceſimãtertiã olympiadẽ: cũ rex Pyrrhꝰ ex italia diſceſſiſſet cor ĩ extis aruſpi
ces aſpicere cœperũt. Cęſari dictatori/quo die primũ veſte purpurea ꝓceſſit: atq; in cella aurea ĩſedit
ſacrificãti bis in extis defuit. Vnde quęſtio magna de diuinatione argumẽtãtibus: potuerit ne ſine il
lo viſcere hoſtia viuere? An ad tẽpus amiſerit? Negaꝰ cremari poſſe in iis q cardiaco morbo obierint
Negatur & veneno interẽptis. Certe extat oratio. P. Vitellij: qua reũ Piſonẽ eius ſceleris coarguit: hoc
vſus argumẽto: palãq; teſtatꝰ: nõ potuiſſe ob venenũ cor Germanici Cęſaris cremari. Cõtra gñe mor
bi defenſus eſt Piſo. Sub eo pulmo eſt: ſpirãdiq; officina attrahẽs: ac reddẽs aiam: idcirco ſpõgioſus:
ac fiſtulis inanibꝰ cauus. Pauca eũ (vt dictũ eſt) hñt aquatilia: ac cętera oua pariẽtia exiguum: ſpumo
ſum: nec ſanguineũ: ideo nõ ſitiunt. Eadẽ eſt cauſa quare ſub aqua diu ranæ/& phocę vrinẽtur. Teſtu
do quoq; q̃uis ꝑgrandem/& ſub toto tegumẽto habeat: ſine ſanguine tñ habet. Quãto minor hic cor
poribus: tãto velocitas maior. Chameloni portiõe maximus/& nihil aliud intus. Iecur: & dextera in
parte eſt. In eo/quod caput extorũ vocant: magnę varietatis. M. Marcello circa mortẽ cũ periſt Ab
Hannibale defuit in extis. Sequẽti deinde die/geminũ reptũ eſt. Defuit & Caio Mario cũ immolaret
vticæ. Itẽ Caio principi kalen. ianuarijs cũ iniret cõſulatum: quo anno interfectus eſt. Claudio ſucceſ
ſori eius: quo mẽſe interemptus eſt veneno. Diuo Auguſto ſpoleti ſacrificãti primo poteſtatis ſuę die
ſex victimarꝫ iocinera replicata intrinſecus ab vna fibra repta ſunt. Reſponſũq; duplicaturꝫ ĩtra annũ
impiũ. Caput extorũ triſtis oſtẽti viſũ tũ quoq; eſt: ꝑter q̃ in ſollicitudie/ac metu. Tũc. n. ꝓmit curas
At bina iocinera leporibus circa briletum/& tharnen: & in cherõneſo ad ꝓpontidem. Mirũq; tranſ
latis alio interit alterum. In eodẽ eſt etiam fel nõ omnibus datum animalibus. In euboeæ chalcide.
nullũ pecori. In naxo ꝑgrãde/geminũq;: ut ꝓdigij loco vtrinq; aduenę. Equi: mulli: aſini: cerui: caprę
apri: cameli: delphini nõ hñt. Muriũ aliqui hñt. Hominum paucis non eſt: quorũ valitudo firmior &
vita longior. Sunt qui equo non quidem in iecore eſſe: ſed in aluo putent: & ceruo in cauda/aut ĩteſti
nis. Ideo tãtam hñt amaritudinẽ: vt a canibus nõ attingaꝰ. Eſt aũt nihil aliud q̃ purgamẽtũ peſſimi
ſanguinis: & ideo in materia eius eſt. Certe iecur nulli eſt: niſi ſanguinem hñtibus. Accipit hoc a cor
de cui iungitur: fũditq; in venas. Sꝫ in felle nigro inſaniæ cauſa homini: morſq; toto reddito. Hinc &
in mores crimẽ bilis noie. Adeo magnum eſt in hac parte virus: cum ſe fundit in animũ. Quin & toto
corpore: vagum colorem quoq; oculis aufert. Illud quidem redditum etiã ahenis. Nigreſcũtq; cõta
cta eo: ne quis miretur id venenum eſſe ſerpentium. Carent eo/qui abſinthio veſcũtur in põtho. Sꝫ rẽ
nibus ex parte tantum altera inteſtino iungitur: vt coruis: coturnicibus: phaſianis. Quibuſdam ĩteſti
no tantum/vt columbis: accipitri: murenis. Paucis auium in pectore. Serpẽtibus portiõe maxime co
pioſum/& piſcibus. Eſt aũt plęriſq; toto inteſtino/ſicut accipitri miluo. Præterea in pectore ẽ/& cæ
teris auibus. Vitulis quidẽ marinis ad multa quoq; nobile Taurorꝫ felle aureꝰ ducit color. Aruſpices
id Neptuno/& humoris potẽtię dicauere. Geminũq; fuit diuo Auguſto: quo die apud actium vicit.
Murium iecuſculis fibræ ad numerũ lunæ dierꝫ in mẽſe cõgruere dicunt: totidẽq; & iueniri quorꝫ lu
men eius ſit. Præterea bruma increſcere. Cuniculorũ exta in betica gemina ſępe repiunt. Ranarũ ru
betarũ altera fibra a formicis nõ attingitur propter venenum: vt arbitrant. Iecur maxie vetuſtatis pa

Cor primũ ĩ vtero formatur: & vltimũ moritur.

Perdices geminorũ cordium.

Oſſa in corde repta.

Ariſto. meſſenius hirſuto genitꝰ corde

Sacri. cę. bis ĩ extis cor nõ reptum.

Aiaduerte.

Geminũ cor ĩ extis reptũ.

Bina iocinera.

Vel omnibꝰ vel iuuonis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0205-3

Dra. ab extis manantes.
Pyrrhi horrẽdũ dictum.
Aiaduerte.

tiens: centenis durare annis obſidionum exempla prodiderẽ. Exta ſerpentibus/ & lacertis lõga. Cæ=
cinę: volaterrano dracões emicuiſſe de extis læto ꝓdigio tradiẗ. Et ꝓfecto nihil incredibile ſit exiſti
mãtibus Pyrrho regi quo die perit ꝑciſa hoſtiarum capita tepſiſſe ſanguinem ſuũ lambẽtia. Exta ho
mini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur mẽbranis q̃ ꝑcordia appellant: quia cordi ꝑtenduntur:
quod gręci appellauerũt phrenas. Omnia quidem principalia viſcera membranis proprijs/ ac velut
vaginis incluſit prouidens natura. In hac fuit & peculiaris cauſa vicinitas alui: ne cibis ſuppr imeretur
animus. Hinc certe refertur accepta ſubtilitas mẽtis: ideo nulla eſt ei caro: ſ꜠ neruoſa exilitas. In eadẽ
præcipua hilaritatis ſedes: quod titillati maxime intelligiẗ alarũ: quas ſubit: non alibi tenuiore cute

Mors gladi. cũ riſu ſæpe.

humana: ideo ſcabẽdi dulcedine ibi ꝓxima. Ob hoc in ꝑlijs. gladiatorũq꜠ ſpectaculis mortem cu꜠ ri
ſu traiecta præcordia attulerunt. Subeſt venter ſtomachum habẽtibus: cæteris ſimplex: ruminãtib⁹
geminis ſanguine carẽtibus nullus. Inteſtinus enim quibuſdam ab ore incipiens/ quadam via eodem
reflectitur: vt ſępię/ & polypo. In homine adnexus infimo ſtomacho ſimilis canino. His ſolis animali
um inferiore parte anguſtior. Itaq꜠ & ſola vomũt: qa repleto ꝓpter anguſtias ſupprimitur cibus. Qđ
accidere nõ poteſt ijs: quoru꜠ ſpacioſa laxitas eum ad inferiora tranſmittit. Ab hoc ventriculo lactes
in homine/ & oue ꝑ quas labiẗ cibus in cęteris ilia a quibus capaciora ĩteſtina ad aluum. Hominiq꜠ fle
xuoſiſſimis orbibus. Iccirco magis auidi ciborum: quibus ab aluo longius ſpacium. Iidem minus ſo=
lertes: quibus obeſiſſimus venter. Aues quoq꜠ geminos ſinus habent. Quędam vnum/ quo mergũtur
recentia: vt guttur. Alterum in quem ex eo dimittunt concoctiõe maturata: vt gallinæ: palumbes: co
lumbæ: perdices. Cætera fere carent eo: ſed gula patentiore vtũtur: vt graculi: corui: cornices. Quæ=
dam neutro modo. ſed ventrem ꝓximum habẽt: quibus prælonga colla/ & anguſta: vt porphirioni
Venter ſolidipedũ aſꝑ/ & durus Terreſtrium alijs denticulatę aſꝑitatis: alijs cãcellatim mordacitatis.
Quibus dentes vtrinq꜠: nec ruminatio. Hic cõficiũtur cibi. Hinc in aluũ delabũtur. Medio hęc vmbi
lico adnexa oĩbus. In hoĩe ĩle infima parte ſimile ſuillo: a græcis appellaẗ colõ: vbi doſorũ magna cã
eſt Anguſtiſſima canibus. Qua de cauſa vehemẽti niſu: nec ſine cruciatu leuãt eã. Inſatiabilia aĩaliũ/
quibus a ventre protinus recto inteſtino tranſeũt cibi: vt lupis ceruarijs: & inter aues mergis. Vẽtres

Elephanto. iiij. ventres.

& elephãto quattuor. Cætera ſuibus ſimilia. Pulmo quadruplo maior q̃ bubulo. Auibus venter car=
noſus/ calloſuſq꜠ in vẽtre hirũdinum pullis lapilli cãdido/ aut rubenti colore: qui chelydonij vocãtur:
magicis narrari artibus repiũtur. Et in iuuẽcarũ ſecundo vẽtre pilæ rotũditate nigricãs tophus: nullo
pondere: ſingulare (vt putant) remediũ ægre pariẽtibus: ſi tellurem nõ attigerit. Vẽtriculi atq꜠ inteſti
na pingui/ ac tenui omẽto integũtur: ꝑter q̃ oua gignẽtibus. Huic adnectiẗ lien in ſiniſtra parte aduer
ſus iecur: cum quo locu꜠ aliquãdo ꝑmutat: ſed ꝓdigioſe. Quidam eum putãt ĩeſſe oua pariẽtibus: itẽ
ſerpẽtibus admodum exiguum: ita certe apparet in teſtudine/ & crocodillo/ & lacertis/ & ranis. Aego
cephalo aui nõ eẽ conſtat: neq꜠ ijs/ quæ careãt ſanguine. Peculiare curſus impedimẽtũ aliquãdo ĩ eo.

Lien curſum impedit.
Lien riſũ cauſat: vl̄ adimit
Ceruis qbuſ/ dã renes quaterni.

Quãobrẽ inuriẗ curſorũ laborãti bus. Et ꝑ vuln⁹ etiam exempto viuere animalia tradũt. Sũt q putẽt
adimi riſum ſimul hoĩ: intẽꝑantiãq꜠ ioci cõſtare lienis magnitudine. Aſię regio ſepſis appellatur: in q̃
minimos eſſe pecori tradũt: & ide ad lienẽ iuenta remedia. At in brileto/ & tharne: quaterni renes cer
uis. Cõtra pẽnatis/ ſquãmoſiſq꜠ nulli. Cętero ſummis adhęrẽt lũbis. Dexter oĩbus eſt latior: & minus
pinguis/ ſiccior q꜠. Vtriq꜠ aũt pinguitudo e medio exit: præterq̃ in vitulo marino. Aĩalia in renib⁹ pin
guiſſima. Oues quidẽ lœtaliter circũ eos cõcreto pingui. Aliquãdo in eis ĩueniũẗ lapili. Renes habẽt
omnia quadrupedũ q̃ aĩal generãt. Oua pariẽtiũ/ teſtudo ſola: quæ & alia oĩa viſcera. Sed homo bu=
bulis ſimiles velut e multis renib⁹ cõpoſitos. Pectus hoc eſt oſſa: ꝑcordijs/ & vitalibus natura circũde

Hoĩ octo ineſſe coſtæ.

dit. At vẽtri quẽ neceſſe erat increſcere: ademit. Nulli aĩalium circa ventrẽ oſſa pectus homi tm̃ latũ:
reliquis carinatum: volucribus magnis: & inter eas aquaticis maxime. Coſtę homini tãtum octonæ:
ſuibus denę: cornigeris tredecim: ſerpẽtibus triginta. Infra aluum eſt a priore parte veſica: quę nulli
oua gignentium præter teſtudinẽ. Nulli niſi ſanguineum pulmonem habenti. Nulli pedibus caren=
tium. Inter eam/ & aluũ arterię ad pubẽ tendẽtes: quæ ilia appellãtur. In veſica lupi lapillus: qui ſiry
tes appellaẗ. Sed hoĩ꜠ qbuſdam diro cruciatu ſubinde naſcẽtes/ calculi: & ſetaꝶ capillamẽta. Veſica
mẽbrana cõſtat: q̃ vulnerata cicatrice nõ ſolideſcit: neq꜠ qua cerebrũ: aut cor ĩuoluitur. Plura em̃ mẽ
branaꝶ genera. Fœminis eadem omnia: ꝑterq̃ veſicę iunctis vtriculus: vnde dictus vterus: quod alio
noĩe locos appellãt. Hoc in reliquis aĩalibus vuluam. Hęc vipę: & intra ſe parẽtibus duplex. Oua ge
nerantium adnexa ꝑcordijs. Et in muliere geminos ſinus ab vtraq꜠ parte laterũ habet. Funebris quo
tiens verſa ſpiritum ĩcluſit. Boues grauidas negãt præterq̃ dextero vulue ſinu feræ: etiam cum gemi
nos ferãt. Vulua eiecto partu melior q̃ edito. Eiectitia vocaẗ illa Hæc porcaria. Primiparę ſuis optia
Contra effœtis a partu: ꝑterq̃ eodem die ſuis occiſę liuida/ ac macra. Nec nouellarũ ſuu꜠ ꝑterq̃ primi
paratũ ꝓbaẗ: potiuſq̃ veterum: necdum effœtarum: & biduo ante partũ: aut poſt partũ: aut quo eie=

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0206-8
DFG

cerint die. Proxima eiectitię eſt occiſæ vno die poſt partū. Huius eſt ſumen optimum: ſi modo fœtus non hauſerit. Eiectitiæ teterrimū. Antiqui abdonen vocabāt: priuſq̄ calleret id ſcientes/ occidere nō aſſueti. Cornigera vna parte dentata/ & q̄ in pedibus talos habēt: ſæuo pingueſcunt. Biſulca/ ſciſſiſue in digytos pedibus/ & nō cornigera adipe: Concretus hic & cū refrixit fragilis: ſemperq; in fine carnis. Cōtra pingue inter carnem/ cutēq; ſucco liquidū. Quædā nō pingueſcūt: vt lepus: ꝑdix Steriliora cuncta pinguia/ & in maribus/ & in fœminis. Seneſcūt celerius præpinguia. Omnibus animalibus eſt quoddam in occulis pingue. Adeps cunctis ſine ſenſu: qui nec arterias habet: nec venas. Pleriſq; animalium eſt pinguedo ſine ſenſu: quam ob cauſam ſues ſpirantes a muribus tradunt roſas. Quin & L. Apronij cōſularis viri filio detractos adipes: leuatūq; corpus immobili onere. Et medulla ex eodem videtur eſſe a iuuēta rubens: & ſenecta albeſcens. Non niſi canis hęc oſſibus. Nec cruribus iumētorū aut canū. Quare fracta nō ferruminētur: q̄d defluēte euenit medulla. Eſt aūt pīguis iis: quibus adeps. Seuoſa cornigeris. Neruoſa: & in ſpina tātum dorſi oſſa non hn̄tibus vt piſcium generi. Vrſis nulla. Leoni in femorū/ & brachiorum oſſibus paucis exigua admodum. Cæteris enim eſt tanta duritia: vt ignis elidatur velut e ſilice. Is dura quæ nō pingueſcunt. Aſinorū ad tubas canora. Delphinis oſſa nō ſpinę. Animal enim pariunt. Serpētibus ſpinæ. Aquatilium mollibus nulla. Sed corpus circulis carnis victum: vt ſępiæ/ atq; lolligini. Et inſectis negaī eq̄ eſſe vlla. Cartilaginea animalium aquatilium hn̄t medullam in ſpina. Vituli marini carthilaginem: nō oſſa: item omnium auriculæ/ ac nares q̄ modicum eminēt flexili mollicia/ naturæ ꝓuidētia: ne frangerētur. Cartilago rupta nō ſolideſcit. Nec p̄ciſa oſſa recreſcūt: p̄terq̄ veterinis ab vngula ad ſuffragia. Homo creſcit in lōgitudinem ad annos ter ſeptenos. Tum deīde ad plęnitudinem. Maxime autem pubeſcēs nodum quēdam ſoluere: & præcipue ægritudine ſentitur. Nerui orſi a corde: bubuloq; etiam circūuoluti ſimilem naturam: & cauſaſ habēt in omnibus lubricis applicati oſſibus/ nodiſq; corporum/ qui vocātur articuli. Aliubi interuētu: aliubi ambitu: aliubi trāſitu ligātes. Hinc teretes: illic lati: vt in vnoquoq; poſcit figuratio. Neq; ij ſolidātur inciſi: mirumq; vulneratis ſūmus dolor: p̄fectis nullus. Sine neruis ſunt quædam animalia: vt piſces: arterijs enim cōſtant. Sed neq; eæ molli piſcium generi. Vbi ſunt nerui: interiores cōducūt membra: ſupiores reuocāt: inter hos latēt arteriæ: ideſt ſpiritus ſemitæ: iis innatāt venæ: id eſt ſanguinis riui. Arteriarum pulſus in cacumine maxime membrorū euidēs index fere morborum in modulos certos/ legeſq; metricas ꝑ ætates ſtabilis: aut citatus/ aut tardus deſcriptas ab Eriphilo medicinę vate: mirāda arte: nimiam ꝓpter ſubtilitatem deſertus. Obſeruatio tamen crebri/ aut languidi ictus guberuacula vitæ temperat. Arterię carēt ſenſu: nam: & ſanguine. Nec omnes vitalem continēt ſpiritum: p̄ciſiſq; torpeſcit tātum pars ea corporis. Aues nec venas/ nec arterias habent: item ſerpentes: teſtudines: lacertæ: minimumq; ſanguinis. Venę in p̄tenues poſtremo fibras ſubter totam cutem diſpſę: adeo in anguſtam ſubtilitatem tenuātur: vt penetrare ſanguis nō poſſit: aliudue q̄ exilis humor ab illo qui cacuminibus innumeris ſudor appellatur: in vmbilico venarum nodoſo coitu.

Marginal notes: vl' id ſinētes. — Cur canum crura fracta nō ferruminātur.

¶ De ſanguine/ & quorum celerrime ſiccetur: quorum non coeat: quorum grauiſſimus/ vel tenuiſſimus: quorum nullus CA.XXXVIII.

Sanguis quibus multus: & pinguis iracūdia. Maribus q̄ fœminis nigrior: & in iuuēta magis q̄ ſenio. Et inferiore parte pinguior. Magna & in eo vitalitatis portio. Emiſſus ſpiritum trahit ſecum: & tamen tactum nō ſentit. Animalium fortiora: quibus: ſanguis craſſior. Sapientiora quibus tenuior. Timidiora/ quibus minimus. At quibus nullus: hebetia. Tauroruꝫ celerrime coit/ atq; dureſcit: ideo peſtifer potu maxime: Aprorum/ & ceruoruꝫ/ caprarumq;/ & bubalorum omniū nō ſpiſſatur. Pinguiſſimus aſin⁹. Homini tenuiſſimus. Iis, quib⁹ plus quaterni pedes nullus. Obeſis min⁹ copioſus: quoniam abſumitur pingui. Profluuiuꝫ eius vni fit in naribus homini: alij nare altera: alijs vtraq;. Quibuſdam per inferna. Multis per ora ſtatuto tempore: vt nuper macrino viro p̄torio: & oībus annis Voluſio Saturnino vrbis præfecto: qui nonageſimum etiam exceſſit annum. Solū hoc ī corpore temporarium ſentit incremētum. Siquidem hoſtię abundātiorem fundūt: ſi prius bibere. Quæ animalium latere certis temporibus diximus: non habēt tunc ſanguinem: pręter exiguas admodum circa corda guttas miro ope naturę. Sicut & in homine: vim eius ad minima momēta mutari: nō modo tātum in ore ſuffuſa materia. Verum ad ſingulos animi habitus: pudore: ira: metu: paloris plurib⁹ modis: item ruboris. Alius enim iræ: & alius verecundiæ. Nam & in metu refugere: & nuſq̄ eſſe certum eſt. Multiſq; non trafluere trāſfoſſis: quod homini tātum euenit. Nam q̄ mutari diximus colorem: alienum accipiunt quodam repercuſſu. Homo ſolus in ſe mutat. Morbi omnes/ morſq; ſanguinem abſumunt.

Marginal notes: Aīaduerte. — Tauri ſāguis cur letalis. — Vide quę ſāguine carent — Voluſius Saturninus.

¶ An in ſanguine principatus: & tergore: & pilis: & mammis: & veſtitu. CA.XXXIX.

SVnt qui ſubtilitatẽ animi conſtare nõ tenuitate ſanguinis putẽt: ſed cure/opimẽtiſq; corporũ Et tunc magis/aut minus bruta eẽ: vt oſtreas/& teſtudines. Boum tergora/ſetas ſuũ obſtare tenuitati innati ſpiritus: nec purũ/liquidũq; tranſmitti. Sic & in homine cũ craſſior/calloſior

Hippopotamus equ⁹ fluuiatilis in nullo maxime vel impenetrabilia.

ue excludat cutis. Quę vero ratio crocodilis ſi nõ cruori: ſed duriciæ tergori tribuatᷓ/& ſolertia? Hippopotami corij craſſitudo talis: vt ĩde tornãtur haſtę. Et tñ eſt q̃dã ingenio medica diligẽtia. Elephãtorum quoq; tergora impenetrabiles ſetas hñt: cum tamẽ omnium quadrupedum ſubtilitas animi p̃cipua phibeatᷓ illis. Ergo cutis ipſa ſenſu caret: maxime in capite. Vbicũq; p ſe hac ſine carne eſt vulnerata non coit: vt in bucca/ciliocq;. Quæ animal pariunt pilos hñt. Quę oua pẽnas: aut ſquamas: aut Corticen: aut teſtam: vt teſtudines: aut cutam puram vt ſerpẽtes. Pennarum caules omnium auium pręciſę non creſcũt: vulſę aũt renaſcuntur. Membranis volãt fragilibus inſecta. Humentibus hirundines in mari. Siccis inter tecta veſptilio. Horum quoq; alæ articulos habent. Pili a cute exeunt craſſa hirti. Fœminis tenuiores. Equis in iuba largi. In armis leoni. Daſipodi/& in buccis/& intus in pedibus. Quæ vtraq; Trogus & in lepore tradit. Hoc exẽplo libidinoſiores hominum quoq; hirtos colligens.

☞

hirti hoĩes libidinoſi.

Hoĩes nõ puberes ſteriles

Villoſiſſimus animalium lepus. Pubeſcit homo ſolus: quod niſi contingat ſterilis in gignẽdo ẽ: ſeu maſculus/ſeu fœmina. Pili in homine partim ſimus: partim poſtea gignũtur. Congeniti autẽ non deſinunt: ſicut nec fœminis magnopere. Inuentæ tamen quędam/de fluuio capitis inualidę: velut lanugines cum mẽſtrui curſus ſtetere. Quibuſdã poſt genitiuiris ſponte nõ gignũtur. Quadrupedibus pilum cadere: atq; ſubnaſci annuum eſt. Viris creſcunt maxime in capite: mox in barba. Reciſi nõ vt hærba ab cętera inciſura augentᷓ: ſed ab radice exeũt. Creſcunt & in quibuſdam morbis: maxime raſis: & in ſenecta. Defunctorum quoq; corporibus. Libidinoſis cõgeniti maturius defluũt. At nati celerius recreſcunt. Quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt: lanęq; rareſcunt.

ſol⁹ hõ e ma. mãmas hñt. dicitur.

Strix auis infauſta.

Quadrupedum dorſa piloſa ventres glabri. Boum corijs glutinum excoquitur: taurorumq;: & id pręcipuum. Mammas homo ſolus e maribus habet. Cætera animalia mammarum notas tãtum. Sed ne fœminæ q̃dem in pectore: niſi quæ poſſũt partus ſuos attollere. Oua gignẽtium nulli. Nec lac niſi animal parienti. Volucrum veſptilio tãtũ. Fabuloſum.n. arbitror de ſtrigibus vbera eas infantium labris immulgere. Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigẽ cõuenit: ſed quę ſit auium conſtare non arbitror.

## ❡Notabilia animalia quę mãmis. CA.XL.

Aĩaduerte.

ASinia fœtu dolẽt: ideo ſexto mẽſe arcent partus: cum equæ anno ꝑpe toto præbeãt. Quibus ſolida vngula: nec ſupra geminos partus. Hęc omnia binas habent mãmas. Nec alìubi q̃ in femoribus. Eodem loco biſulca/& cornigera. Boues quaternas. Oues/capræ binas. Quæ numeroſo fœcũda partu: & quibus digiti in pedibus. Hęc plures habent toto vẽtre duplici ordine: vt ſues. Generoſę duodenas. Vulgares binas minus. Similiter canes Alia vẽtre medio quaternas/vt pãtherę. Alia binas/vt leęnæ. Elephas tantum ſub armis duas: nec in pectore/ſed citra in alis occultas. Nulla in fœmoribus digytos habẽtium. Primi geniti in quaq; parte ſues primas premunt. Et ſi eſcę ſunt faucibus proximę: tamen ſuam nouit quiſq; in fœtu: quo genitus eſt ordine: eaq; alitur: nec alia. Detracto illa alumno ſuo ſterileſcit ilico: ac reſilit. Vno vero ex omni turba relicto: ſola munifex quę genito fuerat attributa/deſcendit. Vrſę mãmas quaternas gerũt. Delphini binas in ima aluo papillas tãtum. Nec euidẽtes/& paulo in obliquum porrectas. Neq; aliud animal in curſu lambitur. Et balenę/vituliq; mammis nutriũt fœtus.

## ❡De lacte: & vnde caſeus non fiat. CA.XLI.

Vel cameli lac habẽt donec iterũ grauefcãt

vl' cameli lac mulgetᷓ ne in itinere gra.

MVlieri ante ſeptimum menſem profuſum lac inutile. Ab eo menſe: quod vitalis eſt partus ſalubre. Plęriſq; autem totis mammis: atq; etiam in alarum ſinus fluit. Camelis lac mulgetur: ne iterum graueſcãt. Suauiſſimum hoc exiſtimatur ad vnam mẽſuram tribus aqua additis. Bos ante partum non habet. Ex primo ſemper a partu coloſtra fiunt: ni admiſceatur aqua. In pumicis modum coeunt duritia. Aſinę prægnantes continuo lacteſcunt. Pullo earum vbi pingue pabulum: biduo a partu maternuz lac guſtaſſe lœtale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio. Caſeus non fit ex vtrinq; dentatis: quoniam eorum lac non coit. Tenuiſſimum camelis: mox equabus. Craſſiſſimum aſinæ: vt coaguli vice vtantur. Conferre aliquid & candori in mulierum cute exiſtimatur.

☞

Po. domi. Nec vxor in arſine lacte ſe balneãdo proluit.

Popeia certe Domitij Neronis cõiunx quingentas per omnia ſecum fœtas trahens balnearum etiam ſolio: totum corpus illo lacte macerabat: extendi quoq; cutem credẽs. Omne autem lac igne ſpiſſatur humore ſereſcit. Bubulum caſeo fertili⁹ q̃ caprinum: ex eadem mẽſura pene altero tãto. Quę plures quaternis mammas habẽt caſeo inutilia: & meliora quæ binas. Coagulum inuli/leporis. Hædi laudatum. Pręcipuum tamen daſipodis: quod & profluuio alui medetur. Vnius vtrinq; dẽtatoꝝ. Mirũ barbaras gẽtes: q̃ lacte viuant ignorare/aut ſpernere caſei tot ſæculis dotem: dẽſantes id alioquin in acorem iucundum: & pingue butyrũ ſpuma: id eſt lactis/cõcretiuſq; q̃ quod ſeron vocatur. Nõ omit-

tendum in eo olei vim eſſe: & barbaros omnes/infanteſqꝫ noſtros ita vngi.

¶De diuerſitate caſeoꝝ. CA.XLII.

Laus caſeo romæ: vbi oīm gentiū bona iudicātur: cōminꝰ e ꝓuincijs nemauſenſi p̄cipua: leſuræ/gabaliciqꝫ pagis. Sed breuis/ac muſteo tm̄ cōmendatio. Duobus alpes generibꝰ pabula ſua approbāt. Dalmatię docleatē mittūt. Cētrionicæ vatuſicū. Numeroſior apennino cebanus. Hūc & liguria mittit ouium maxīe lactis. Auximatē ex vmbria. Mixtoqꝫ etrurię/atqꝫ liguriæ confinio lunēſem magnitudine conſpicuū. Quippe & ad ſingula milia pondo p̄mit̄. Proximū aūt & vrbi veſtinū: cruſtuminūqꝫ/& e cedito cāpo laudatiſſimū. Et capityrum gregibus ſua laus eſt agrigēti maxima: eam augēte gratiam fumo: qualis in ipſa vrbe cōficitur: cūctis p̄ferēdus. Nā galliarū ſapor medicamēti vim optinet. Tranſmaria vero bithynius fere in gloria eſt. Ineſſe pabulis ſalem etiaꝫ vbi nō detur. Ita maxime intelligit̄: omni in ſale caſeo ſeneſcēte. Quales redire in muſteū ſaporem aceto e thymo maceratos certū eſt. Tradūt zoroaſtrem in deſertis caſeo vixiſſe annis viginti: ita temperato vt vetuſtatem nō ſentiret.

VT centronū terrę natuſicum.

Vlæſinatem

zoroaſtes.xx caſeo vixit annis.

¶Differentia membroꝝ hoīs: a cæteris animalibus. CA.XLIII.

Terreſtrium ſolus homo bipes Vni iuguli: humeri. Cæteris armi. Vni vlnę. Quibus aīaliuꝫ manus ſunt intus tantū carnoſæ. extra neruis: & cute cōſtant. Digyti quibuſdam in manibus ſeni. Caij Oratij ex p̄ritia gēte filias duas ob id ſedigytas appellatas accepi. Vulcatiuꝫ ſe digytum illuſtrē in poetica. Hoīs digyti articulos habet ternos. Pollex binos: & digytis aduerſus vniuerſis flectit̄: p ſe vero in obliquū porrigit̄: craſſior cęteris. Huic minimus mēſura par ē. Duo reliqui ſibi. Inter quos medius longiſſime ꝓtendit̄. Quibꝰ ex rapina victus quadrupedū qni digyti in prioribus pedibꝰ: reliqꝫ quaterni. Leones: lupi: canes:: & pauca in poſterioribꝰ quoqꝫ/quos vngues habent: vno iuxta cruris articuluꝫ dependēte. Reliqua q̄ ſunt minora digytos qnos. Brachia nō omnibus paria eē. Thraci. n. ſtudioſo in. C. Cæſaris ludo notū eſt dextrā fuiſſe ꝓceriorē. Animalium q̄dam vt manibus vtūt̄ priorū miniſterio pedū: ſedentqꝫ ad os illis admouētia cibos: vt ſciuri.

Sedigyti qui ſint.

¶De ſimiarum ſimilitudine. CA.XLIIII.

Tam ſimiarum genera p̄fectā hoīs ſimulationeꝫ cōtinent: facie: naribus: auribus: palperis. Quę ſolę quadrupedū/& inferiorē hn̄t genā: iam mammas in pectore: & bachia: & crura in contrarium flexa. Similiter in manibus vngues: digytos: longioremqꝫ mediū. Pedibus paulum differūt. Sunt. n. vt manus p̄longi: ſed veſtigium palmę ſimile faciūt. Is quoqꝫ pollex/& articuli vt homini. Et p̄ter genitale tm̄. Et hoc in maribus. Viſcera etiā interiora oīa ad exēplar

Simia, magis hōi aſſimilat̄

¶De vnguibus. CA.XLV

Vngues qui clauſulę neruorū ſummę exiſtimant̄: oībus iſs quibꝰ & digyti. Sꝫ ſimię imbricati: hoībus lati: & defuncto creſcūt. Rapacibus vnci. Cęteris recti: vt canibus: p̄ter eū q a crure plęriſqꝫ depēdet. Oīa digytos hn̄t: q̄ pedes: excepto elephāto. Huic em̄ informes numero quidē quinqꝫ: ſed īdiuiſi: ac leuiter diſcreti: vnguliſqꝫ nō vnguibus ſimiles: & pedes maiores priores. In poſterioribus articuli breues. Idē poplites intus flectit hoīs mō. Cætera animalia in diuerſum. Poſterioribus articulos pedibus q̄ prioribꝰ. Nā q̄ aīal generāt: genua ante ſe flectūt: & ſuffraginum artus in aduerſuꝫ. Homini genua/& cubiti cōtraria. Itē vrſis: & ſimiaꝝ generi: ob id minie pernicibus. Oua pariētibus quadrupedū crocodilo. Lacertis priora genua poſt curuātur: poſteriora in priorē partē. Sūt aūt crura his obliqua humani policis mō. Sic & mlti pedibꝰ: p̄terq̄ nouiſſima ſaliētibus. Aues vt quadrupedes: alas in priora curuant: ſuffragines in poſteriora. Hoīs genibus q̄dā & religio ineſt obſeruatione gentiū. Hæc ſupplices attingunt. Ad hęc manus tendūt. Hæc vt aras adorāt fortaſſis: quia ineſt iſs vitalitas. Nāqꝫ in ipa genu vtriuſqꝫ cōmiſſura dextra/leuaqꝫ a priore parte gemina quędam buccarū inanitas eſt: qua p̄foſſa/ceu vinculis ſpiritus fugit. Ineſt & in aliſs partibꝰ q̄dā religio: ſicut dextra oſculis auerſa appetit̄. In fide porrigit̄. Antiquis græcię in ſupplicādo mentū attingere mos erat. Eſt in aure ima memoriæ locus: quem tangētes atteſtamur. Et poſt aurē æque dextram nemeſi os: quæ dea latinum nomen: ne in capitolio quidē inuenit: quo referimus tacto ore ꝓxiꝫ a minimo digytum: veniam ſermonis a diſs expoſcentes. Varices in cruribus viro tātum: mulieri raro. C. Mariū/q ſepties cōſul fuit ſtantē ſibi extrahi paſſū vnū hoieꝫ. Oppius auctor ē. Oīa aīalia a dextris partibus icedūt: ſiniſtris incubāt. Reliqua vt libitū eſt gradiunt̄. Leo tantum/& camelus pedati: hoc eſt vt ſiniſter pes non tranſeat dextrum: ſed ſubſequatur. Pedes homini maximi: fœminis tenuiores. In omni genere ſuræ homini tantum/& crura carnoſa. Reperit̄ apud auctores in ægypto quædaꝫ non habuiſſe ſuras. Vola hoi tātum exceptis quibuſdā. Nāqꝫ & hinc cognomina inuēta Plāci: Plauti. Scauri. Pāſę. Sicuti a cruribꝰ Vari: Variæ: vatinij. Quæ vitia/& in quadrupedibus: ſolidas habēt vngu

C. Marij fortitudo q varices ex[illegible] ſinit.

Soli hoi ſurę ſunt.

Quidā i ęgypto abſqꝫ ſus

las.q̄ non ſunt cornigera. Igiť ꝓ eis telũ vngula eſt illis. Nec talos habẽt eadem. At quæ biſulca ſunt habẽt. Iidem digytos habẽtibus nõ ſunt. Neq; prioribus pedibus oĩno vlli. Camelo tali ſimiles bubulis: ſed minores paulo. Eſt.n. biſulcum diſcrimine exiguo pes imus veſtigio carnoſo/vt vrſi. Qua de cauſa in longiore itinere ſine calciatu fatiſcunt.

¶De vngulis CA.XLVI.

hic ply. inueť videť hoĩ ẽt tallos nõ eſſe qđ & Ari. cõfirmat.

VNgulæ veterino tm̃ generi renaſcuntur. Sues in illyrico quibuſdam locis ſolidas hñt vngulas. Cornigera fere biſulca. Solida vngula/& bicorne nullu3. Vnicorne aſinus tm̃ indicus. Vnicorne biſulcũ orix. Talos aſinus indicus vn⁹ ſolidi pedũ habet. Nã ſues ex vtroq; gñe exiſtimanť: ideo fœdi earũ hoĩem q existimarũt habere facile cõuicti. Lynx tm̃ digytos habentiũ ſimile quiddã tallo hẽt. Leo etiãnũ tortuoſos. Talus aũt rectus eſt in articulo pedis vẽtre eminens: cõcauo in vertebra ligatus.

¶De pedibus auium/& vnguibus. CA.XLVII.

AVium aliæ digytatę: alię palmipedes: aliæ inter vtrunq; digytis diuiſis adiecta latitudine. Sed omnibus quaterni digyti: tres in ſuperiore parte: vn⁹ in calce. Hic deeſt quibuſdã lõga crura hñtibus. Lynx ſola vtrinq; binos habet. Eadem linguam ſerpentiũ ſimilem in magnam longitudine3 porrigit. Circumagit: collũ in aduerſũ ſe. Vngues ei grãdes ceu gracchulis. Auiũ quibuſdã grauiorib⁹ in cruribus additi radiȷ. Nulli vncos habẽtium vngues longi pedes Porrectis ad cauda3 eæ cruribus volãt. Quibus brenes cõtractis ad mediũ. Qui negãt volucrẽ vlla3 ſine pedibus eſſe: cõfirmant & hapodas habere: & nycterin/& drepanin in eis: q̄ rariſſime apparent. Viſæ iam etiã ſerpẽtes anſerinis pedibus.

Lynx turbo diciť iſamis veneficiȷs ad amorem.

¶De pedibus inſectorũ a duobus ad centum. CA.XLVIII

INſectorũ aĩaliũ pedes primi longiores duros hñtibus oculos: vt ſubinde pedibus eos tergant: ceu notamus in muſcis. Quæ ex iȷs nouiſſimos hñt longos: ſaliunt vt locuſtæ. Oĩbus aũt iȷs ſeni pedes. Araneis q̄buſdam p̄longi accedũt bini. Internodia ſingulis terna. Octonos & marinis eẽ diximus polypis: ſępiȷs/lollyginib⁹: cãcris: qui brachia in cõtrariũ mouẽt: pedes in orbem: aut in obliquũ. Iidem ſoli aĩaliũ rotũdi. Cætera binos pedes duces hñt: cãcri tãtũ quaternos. Quæ hunc numerum pedum exceſſere terreſtria/vt plęriq; vermes: nõ infra duodenos habẽt: aliqua vero & cẽtenos. Numerus pedũ impar nulli eſt. Solidipedum crura ſtatim iuſta naſcuntur menſura. Poſtea ex porrigentia ſe veri⁹/q̄ creſcẽtia. Itaq; in infantia ſcabũt aures poſteriorib⁹: quod addita ętate nõ quæũt. Quia longitudo ſupficiem corporũ ſola3 ampliat. Hac de cauſa inter iitia paſci: niſi ſubmiſſis genib⁹ nõ poſſunt: nec vſq; dum ceruix ad iuſta incrementa pueniat.

Locuſtæ ſalientes.

¶De pomilionibus/& genitalib⁹. CA.XLIX.

POmilionum genns in oĩbus animalibus eſt: atq; etiam inter volucres. Genitalia maribus quibus eſſent retro ſatis diximus. Oſſea ſunt lupis: vulpibus: muſtellis: viuerræ. Sunt iȷs ẽt calculo humano remedia p̄cipua. Vrſo quoq; ſimu lvt expirauerit corneſcere aiunt. Camelino arcus intendere orientis populis fidiſſimum. Necnõ in aliqua gentium quoq; in iȷs diſcrimina. Et ſacrorũ etiam citra perniciẽ amputatis matris deum gallis. Contra mulierũ paucis ꝓdigioſa aſſimulatio/ſicut hermaphroditis vtriuſq; ſexus. Quod etiam quadrupedum generi accidiſſe Neronis principatu primũ arbitror. Oſtentabat certe hermaphroditas ſubiuges carpẽto ſuo: quas ĩ treberico gallię agro reptas: ceu plane viſenda res eẽt: principẽ terrarum inſidere portẽtis. Teſtes pecori: armentoq; ad crura decidui: ſuibus adnexi: delphino p̄longi: vltima cõdũtur aluo: & elephãto occulti: Qui oua parientiũ lumbis intus adhęrẽt: qualia ociſſima in venere. Piſcib⁹/ſerpẽtibuſq; nulli: ſ3 eorũ vice binę ad genitalia a renib⁹ venę. Buteonib⁹ terni. Homini tm̃ iniuria/aut ſpõte naturę franguntť. Idq; tertiũ ad hermaphroditis/& ſpadõib⁹ ſemiuiri gen⁹ hñt. Mares in oĩ genere fortiores: p̄ter q̄ in pantheris/& vrſis.

Nerones tp̄e equę hermaphroditę.

¶De caudis CAP.L.

CAudæ p̄ter hoĩe3/ac ſimias oĩb⁹ fere aĩalib⁹: & oua gignẽtib⁹ ꝓ deſiderio corporũ. Nudę hirtis: vt apris: ſetoſæ/vt equis. Amputatæ lacertis & ſerpẽtib⁹ renaſcunť. Piſciũ meat⁹ gubernaculi mõ regũt. Atq; etiã in dextrã/ac lęuam motę: vt remigio quodã impellũt. Lacertis inueniuntur & geminæ. Boum caudis lõgiſſimus caulis: atq; in ima parte hirtus. Idẽ aſinis lõgior q̄ equis ſed ſetoſus veterinis. Leoni infima parte/vt bub⁹/& ſorici: & pãtheris nõ itẽ. Vulpibus/ & lupis villoſ⁹ vt ouibus: quippe ꝓcerior. Sues intorquẽt. Canũ degeneres ſub aluum reflectunt.

Vel pugę viloſæ vt vrſis p̄longę/& ſetoſę vt equis.

¶De vocibus. CA.LI.

VOcem non habere niſi q̄ pulmonem/& arterias hñt: hoc eſt niſi q̄ ſpirant. Ariſtoteles putat Iccirco & inſectis ſonũ eſſe nõ vocẽ intus meãte ſpiritu & incluſo ſonãte. Alia murmur edere/vt apes. Alia cum tractu ſtridorem/vt cicadas. Recœpto enim/vt duobus ſub pectore cauis ſpiritu mobili occurſante membrana intus atritu eius ſonare viſcera ſat notum eſt. Cętera ſimuȷ

Solis ſpirãtib⁹ ineſt vox.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0210-9

cū volatu icipere audiri:& deſinere:vt muſcas:apes.Sonum enim attritu & interiore aura non ani-
ma reddi.Locuſtas pennarum & fœmorum attritu ſonare credit᷑ ſane.Iteꝫ aquatilium pectines ſtri
dere cum volant.Mobilia & cruſtis itecta nec vocem:nec ſonum vllum habere.Sed & cæteri piſces
q̄uis pulmone & arteria careant:non i totū ſine vllo ſono ſunt.Stridorem eum dentibus fieri cauillā
tur.Et iis qui aper vocatur i acheloo amne grūnitum habet:& alij de quibus diximus oua parienti
bus:Sibilus ſerpētibus lōgus.Teſtudini abruptus.Ranis ſonus ſui generis:vt dictum eſt:niſi ſi & in
his ferenda dubitatio eſt:qui mox in ore cōcipitur nō in pectore.Multū tamen in his refert & locoꝝ
natura.Multę i macedonia tradunt᷑.Muti & apri.Auiū locatiores quæ minores:& circa coitꝰ maxi
me.Aliis in pugna vox vt coturnicibꝰ.Aliis ante pugnaꝫ vt perdicibus.Aliis cū vicere vt gallinace-
is.Iiſdem ſua maribꝰ.Aliis eadem fœminis:vt luſciniarū generi.Quędā toto anno canunt:quędam
certis temporibus:vt in ſingulis dictum eſt Elephas circa nares ore ipſo ſternutamēto ſimilē elidit
ſonum:per nares aūt tubaruꝫ raucitati.Bubus tātū fœminis vox grauior:i alio omni genere exilior
q̄ maribus.In hoīe etiam caſtratis.Infātis naſcentis nulla auditur anteq̄ totus emergat vtero.Primꝰ
ſermo anniculo eſt.Semeſtris locutus eſt Crœſi filius i crepūdiis.Quo prodigio totum id cōcidit re
gnū.Qui celerius fari cœpere:tardius igredi icipiunt.Vox roborat᷑ a tredecim annis.Eadem i ſene
cta exilior.Neqꝫ in alio animalium ſæpius mutatur.Mira pręterea ſunt de voce digna dictu i thea-
trorum orcheſtris ſcobe aut harena ſuperiecta deuorat᷑:& in rudi parietū circūiectu.Etiaꝫ doliis in-
anibus currit eadem cōcauo vel recto parietum ſpacio:q̄uis leui ſono dicta verba ad alterum caput
perferens ſi nulla inæqualitas impediat.Vox in homine magnam vultus partem habet.Agnoſcimꝰ
eam priuſq̄ cernamus:non aliter q̄ oculis.Totidemqꝫ ſunt eæ:quot in rerum natura mortales:& ſua
cuiqꝫ ſicut facies.Hinc illa gentium:totqꝫ linguarum toto orbe diuerſitas.Hinc tot cātibꝰ & modu
lis flexiones.Sed ante oīa explanatio animi:quæ nos diſtinxit a feris.Inter ipſos quoqꝫ hoīes diſcri-
men alterum æque grandem q̄ a beluis fecit.

Vox maribꝰ q̄ fœminis grauior.

Crœſi filius ſemeſtris lo-cutus.

¶De agnaſcentibus membris:& dicta
Ariſtotelis de vita hominis. CA.LI.

MEmbra animalibus agnata:inutilia ſunt:ſicut ſextus homini ſēper digytus.Placuit i ęgy
pto nutrire portentū:binis & in aduerſa capitis parte oculis hominem:ſed iis nō cernen-
tem.Miror quidem Ariſtotelem nō modo credidiſſe pręſcita vitę eſſe aliqua in corpori-
bus ipſis:verumetiam prodidiſſe.Quæ quamq̄ vana exiſtimo:nec ſine cōtatione proferenda:ne in
ſe quiſqꝫ & anguria auxie quęrat.Attingam tamen quæ tantus vir in doctrina nō ſpreuit.Igitur vi-
tæ breuis ſigna ponit raros dentes:prælongos digytos:plumbeum colorem:pluresqꝫ in manu inci-
ſuras:nec perpetuas.Cōtra lōgæ eſſe vitę incuruos humeris:& in manu vna duas inciſuras lōgas ha
bentes:& pluresq̄.xxxiij.dentes habētes:auribus amplis.Nec vniuerſa hæc(vt arbitror)ſed ſingula
obſeruat.Friuola(vt reor)& vulgo tamen narrata.Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos
Trogus:& ipſe auctor ſeueriſſimus:quos verbis eius ſubiiciam.Frons vbi eſt magna ſegnem animū
ſubeſſe ſignificat.Quibꝰ parua mobileꝫ.Quibus rotūda iracundum:velut hoc veſtigio tumoris ap-
parente.Supercilia quibus porrigūtur in rectum:molles ſignificant.Quibus iuxta naſum flexa ſunt
auſteros.Quibus iuxta tempora inflexa deriſores.Quibus in totum demiſſa:maliuolos & inuidos.
Oculi quibuſcūqꝫ ſūt lōgi maleficos eē idicāt.Qui carnoſos a naribꝰ angulos hn̄t:malitię nota p̄uē
ti.Candidi pars extēta notā ipudētiæ habet.Qui idētidē aūt operire ſolēt icōſtātie.Auricularꝫ ma-
gnitudo loquacitatis & ſtultitię nota eſt.Hactenus Trogus.

Vitę breuis ſigna.

Moruꝫ aſpe-ctus.

¶De aīa:& de habitu aīaliū:& quę guſtata interimāt:& de victu hoīs:
& quibus de cauſis nō coquatur. CA.LII.

ANimæ leonis virus graue:Vrſi peſtilens.Contacta halitu eius attingit nulla fera:citiuſqꝫ
putreſcunt afflatæ reliquis.Hominis tantum natura infici voluit pluribus modis:& cibo
rum ac dentiū vitiis:ſed maxime ſenio.Dolorē ſentire non poterat:tactu ſenſuqꝫ omni ca
rebat:ſine qua nihil ſentit᷑.Eadem cōmeabat ab eo recēs aſſidue exitura ſupremo:& ſola
ex omnibus ſuperfutura.Deniqꝫ hęc trahebat᷑ e cœlo.huius quoqꝫ tamen reperta pœna eſt:vt neqꝫ
id ipſū quo viuit᷑ in vita iuuaret.Parthoꝝ populis hoc præcipue & in iuuēta ꝓpter idiſcretos cibos
nāqꝫ & vino fœtēt ora nimio.Sed ſibi ꝓceres medent᷑ grano aſſyrij mali:cuius eſt ſuauitas præcipua
in eſculēta addito.Elephātoꝝ anima ſerpentes extrahit.Ceruorum item vrit.Diximus hominū ge
nera q venena ſerpētiū ſuctu e corporibꝰ exigerēt.Quin & ſuibꝰ ſerpētes i pabulo ſūt:& aliis venenū
eſt.Quæ inſecta appellauimus oīa olei aſperſu necant᷑.Vultures vnguento quidē fugātur.Alia alios
appetūt odores.Scarabei roſam.Quoſdam ſerpentes ſcorpio occidit.Scythæ ſagittarū vngūt acieꝫ
viperina ſanie & humano ſanguine.Irremediabile id ſcelus.Morteꝫ ilico affert leui tactu.Quę aīa-

Mos ſcytharuꝫ in ſagittis inficiendis.

lium veneno paſcerentur dixim⁹. Quędã innocua alioquin venenatis paſta noxia fiũt & ipſa. Apros in pamphilia & ciliciæ mõtoſis ſalamãdra ab iſs deuorata qui edere moriunť. Nec enim eſt intellectus vllus in ſapore vel odore. Et aqua vinumq; interimit. Salamandra ibi immortua: vel ſi omnino biberit: vnde peteť. Itẽ rana quam vocant rubetam: tantum inſidiarum eſt vitæ. Veſpę ſerpente auidæ veſcunť. Quo alimento mortiferos ictus faciunt. Ideoq; magna differentia eſt victus: vt in tractu piſce viuentium. Theophraſtus ꝓdidit. Boues quoq; piſce veſci: ſed nõ niſi viuente. Homini cibus vtiliſſimus ſimplex. Aceruatio ſaporum peſtifera: & condimenta pernicioſiora. Difficulter aũt pficiuntur omnia in cibis acria: nimia: & auide hauſta: & æſtate q̃ hyeme difficilius: & ĩ ſenecta q̃ ĩ iuuẽta Vomitiones homini ad hæc in remediũ excogitatę: frigidiora corpora faciũt. Inimicę oculis maxime aũt dẽtib⁹. Sõno cõcoquere corpulẽtię q̃ firmitati vtilius. Ideo athletas malũt cibos ambulatiõe perficere. Peruigilio quidẽ pręcipue vincuntur cibi.

Simplex cibus hoi; vtiliſſimus.

Difficilior digeſtio in æſtate q̃ hyeme.

¶ De corpulentia augenda vel minuenda: & quæ guſtu famẽ ac ſitim ſedant. CA.LIII.

AVgeſcunt corpora dulcibus atq; pinguibus & potu. Minuunť ſiccis & aridis frigidiſq;: ac ſiti. Quędam animalia & pecudes quoq; in africa quarto die bibunt. Homini nõ ante diẽ ſeptimum lœtalis inedia. Duraſſe & vltra vndecimum plęroſq;. Certum eſt mori eſurienti ſemper inexplebili auiditate animaliu; vni homini. Quędam rurſus exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant: cõſeruantq; vires: vt butyrum: vt titipace. glycirrizon. Pernicioſiſſimũ autẽ & in omni vita quidem quod nimiũ. Præcipuę tamen corpori: minuiq; quod grauat quodlibet modo vtilius. Verum ad reliqua naturę tranſeamus.

Hoi inedia nõ lœtalis eſt ante diẽ. vij.

Vel hippace.

## ¶ CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XII. PROHEMIVM.

ANIMALIVM OMNIVM QVAE NOSCI POTVERE NATVRAE generatim membratimq; ita ſe habẽt. Reſtant neq; ipſa anima carentia: quando quide; nihil ea viuit terra edita: vt inde eruta dicãtur: ac nullum ſileatur rerum naturę opus. Diu fuere occulta eius beneficia. Summumq; munus homini datũ arbores ſiluæq; intelligebantur. Hinc primum alimentu;. Harum fronde melior ſpecus: libro veſtis. Etiãnum gentes ſic degũt. Quo magis ac magis admireris ab iſs principiſs cędi mõtes in marmora. Veſtes a ſeribus peti. Vnionẽ in rubri maris profũdo. Smaragdum in ima tellure quęri. Ad hoc excogitata ſũt aurium vulnera. Nimirum quoniam parum eſt collo crinibuſq; geſtari: niſi infœderẽtur etiam corpori. Quamobrẽ ſequi par eſt ordinem vitę: & arbores ante alia dicere: ac morbis primordia ĩgerere.

Vel admiraris ſubit.

¶ De arborum honore: & quando platanus primum in italia: & de natura earum. CA.I.

HAe fuere numinũ tẽpla: priſcoq; ritu/vt ſimplici/a rura etiã nunc deo pręcellente; arborem dicãt. Nec magis auro fulgẽtia atq; ebore ſimulachra q̃ lucos. Et ĩ iſs ſilẽtia ipa adoramus. Arborũ genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruãtur. Vt Ioui eſcul⁹. Apollini laurus. Mineruę olea. Veneri. myrtus. Herculi populus. Quin & ſiluanos. Faunoſq; & deorum genera ſiluis: ac ſua numina tanq̃ e cœlo attributa credimus. Arbores poſtea blandioribus fruge ſuccis hominem mittigauere. Ex iſs recreãs membra olei liquor: vireſq; potus vini: tot deniq; ſapores annui ſpõte venientes: & menſæ: depugnetur licet earum cauſa cum feris: & paſti naufragorum corporibus piſces expectantur: etiamnum tamen ſecũdæ. Mille pręterea ſunt vſus earum: ſine quis vita degi nõ poſſit. Arbore ſulcamus maria: terraſq; admouemus. Arbore exędificamus tecta. Ex arbore & ſimulacra numinu; fuere: nondum precio excogitatio beluarũ cadaueri: atq; vt a diſs nato iure luxurię eodem ebore numinum ora ſpectarẽtur: & menſarũ pedes. Produnt alpibus coercitas & tam inexuperabili munimento gallias hãc primum habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſeſe italiæ: ꝙ Elico ex heluetiſs ciuis eoꝝ fabrilẽ ob artẽ Romæ commoratus ficum ſiccam & vua;: oleiq; ac vini p̃miſſa remeans ſecum tuliſſet. Quapropter hęc vel bello quæſiſſe venia ſit. Sed quis nõ iure mireť arborẽ vmbræ gratia tantu; ex alieno petitam orbe? Platan⁹ ea eſt. Hæc per mare ionium in Diomedis inſulam eiuſdem tumuli gratia primũ inuecta. Inde in ſiciliam tranſgreſſa: atq; inter primas donata italię. etiam ad morinos vſq; peruecta. ad tributariũ etiã pertinẽs ſolum: vt gẽtes vectigal/& ꝓ vmbra pendãt. Dionyſius prior ſiciliæ tyrãn⁹ regiã in vrbẽ tranſtulit eas: dom⁹ ſuæ miraculũ: vbi poſtea factũ gymnaſiũ: nec potuiſſe in amplitudine; adoleſcere: & alias fuiſſe in italia: ac no-

Arbores varijs dicatæ dijs

Platanus vmbra grata primum in Dio. inſulã vecta

Vel vt alias.

minatim hiſpania apud auctores inuenitur. Hoc actum circa captę vrbis ætatem: tantumqꝫ poſtea
honoris increuit: vt mero infuſo enutriantur. Compertũ id maxime prodeſſe radicibus. Docuimuſqꝫ etiam arbores vina portare. Celebratæ ſunt primũ in ambulatione achademiæ athenis cubitorũ — Platani vino enutriuntur radi. infuſo.
xxx. ſex vnius radice ramos antecedente. Nunc eſt clara in lycia ſotia gelidi fõtis amœnitate itineri
appoſita domicilij modo caua octoginta atqꝫ vnius pedum ſpecu/numeroſo vertice: & ſe vaſtis ꝓte
gens ramis arborũ inſtar agros longis optinens vmbris: ac ne quid deſit ſpeluncę imagini ſaxea intus crepidicus corona muſcoſos complexa pumices extat: tãdigna miraculo: vt Licinius Mutianꝰ
ter conſul: & nuper prouincię eius legatus prodendum etiam poſteris putarit: epulatum intra eã ſe — Platani latitudo.
cum duo deuiceſimo comitę. Large ipſa toros ꝓbente fronde: ab omni afflatu ſecurũ optantẽ hym
brium per folia crepitus. Lętiorem q̃ marinoruꝫ nitore picturæ varietate laquearium auro cubuiſſe
in eadem. Aliud exemplum Caij principis in veliterno ruræ mirati vnius tabulata: laxiſqꝫ ramoruꝫ
trabibus ſcamna patula & in ea epulanti cum ipſe pars eſſet vmbræ quidecim cõuiuarum ac miniſterij capacem triclinio: quam cœnam appellauit ille nidum. Et gortynę in inſula creta iuxta fonteꝫ
platanus vna inſignis vtriuſqꝫ linguæ monumẽtis: nunq̃ folia dimittens. Statimqꝫ ei græcię fabuloſitas ſuperfluit. Iouem ſub ea cum europa concubuiſſe. Ceu vero non alia eius generis eſſet in cypro:
ſed ex ea primum in ipſa certa vt eſt natura hominuꝫ nouitatis auida. Platani ſatę regenerauere vitium: quandoquidem commendatio arboris eius nõ alia maior eſt: q̃ ſolem æſtate arcere: hyeme admittere. Inde in italiam quoqꝫ ac ſuburbana ſua Claudio principe Marcelli eſernini libertꝰ: ſed qui
ſe potentię cauſa Cęſaris libertus adoptaſſet ſpado theſſalicus ꝓdiues vt merito dici poſſet. Id quoqꝫ Dionyſius tranſtulit id genus. Durãtqꝫ etiam in italia portenta terrarum: præter illa ſcilicet quæ — A dyo. plã. ro. tranſlatus.
ipſa excogitauit italia.

## De cameplatano: & quis totonderit viridaria. CA.II

NAmqꝫ & cameplatani vocanẽ coactæ breuitatis: quoniam arborum etiam abortus inuenimus. Hoc quoqꝫ ergo in genere pumilionuꝫ infœlicitas dicta erit. Fit aũt & ſerendi genere & recidendi primus. Cn. Martius ex equeſtri ordine Diui Auguſti amicus iuenit nemora tonſilia intra hos. lxxx. annos. — Cn. martius.

## De peregrinis arboribus: & malo aſſyria. CA.III.

PEregrinę ceraſi perſicęqꝫ: & omnes quarum gręca nomina aut aliena. Sed quæ ex ijs incolarum numero eſſe cœpere: dicentur inter frutiferas. In præſẽtia externa ꝓſequemur: a ſalutari maxime orſi. Malus aſſyria quam alij vocant medicam: venenis medetur. Foliũ eiꝰ
eſt vnedonis intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum alias nõ manditur: odore præcellit foliorũ quoqꝫ: qui tranſit in veſtes vna cõditus: arcetqꝫ animalium noxia. Arbor ipſa omnibꝰ horis pomifera ẽ: — Nota.
alijs cadentibus: alijs matureſcentibus: alijs vero ſubnaſcentibus. Tentauere gentes transferre ad ſe
propter remedij præſtantiaꝫ fictilibus in vaſis dato per cauernas radicibus ſpiramẽto. Qualiter oĩa
tranſitura longius ſeri artiſſime transferiqꝫ quę meminiſſe cõueniet: vt ſemel quæqꝫ dicantur. Sꝫ niſi
apud medos & in perſide naſci voluit. Hæc aũt cuius grana parthorum proceres incoquere diximꝰ
eſculentis/commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in medis. Lanigeras ſerum in mẽtione gentis eius narrauimus.

## De indiæ arboribus: vel qñ primũ romæ hebenus. CA.IIII.

ITem indię arborum magnitudinem vnam: quã peculiarius Virgilius celebrauit hebenũ
nuſq̃ alibi naſci profeſſus. Herodotꝰ eam æthiopiæ intelligere maluit: tributi vice regibꝰ — Hebenus in idia aut ęthiopia.
perſidis e materie eius centenas phalãgas tertio quoqꝫ anno penſitaſſe ęthiopas cum auro & ebore prodendo. Nõ omittendum id quoqꝫ vicenos dentes elephãtorum grandes:
quaniã ita ſignificauit: ęthiopas eadem cauſa pendere ſolitos: tanta ebori auctoritas erat: vrbis noſtrę trecenteſimodecimo anno. Tunc enim auctor ille hyſtoriam eam condidit Thurijs in italia.
Quo magis mirum eſt: quod eidem credimus: qui padum amnem non vidiſſet: nemini ad id tẽpus — He. in tribunorũ auctoritate.
aſiæ gręcięqꝫ: aut ſibi cognitum. Aethiopię forma vt diximus. Meroen vſqꝫ nuper allatam. Neroni
principi raram arboreꝫ hebenum. A meroe vſqꝫ ad ſyenem finem imperij per nõgenta nonagita ſex
mil. paſ. nullãqꝫ aliã niſi palmarũ generis eſſe docuit. Ideo fortaſſis in tributorum auctoritate tertia — Pom. ma. in triũ. he. oſtendit.
res fuerit hebenus. Romæ eam magnus Pompeius in triumpho mithridatico oſtendit. Accendi eã
Fabianus negat. Vritur tamen odore iucundo. Duo genera eius. Rarum id quod melius. Arboreuꝫ
trunco enodi: materiæ nigri ſplendoris: ac vel ſine arte protinus iucundi. Alterum fructicoſuꝫ cytiſi — Duo hebeni genera.
modo: & tota india diſperſum eſt.

## De ſpina & ficu indicis. CA.V.

*Mirum de ficus generatione.*

relinquant:nec vſq̄ tranſeant totæ.quod & in retica allobrogicaqꝫ quā ſupra picatam appellauimus
euenit:domi nobilibus nec agnoſcendis alibi.Fœcundę tamen bonitatis vice copiam pręſtant. Eu
genia feruentibus locis:rhetica temperatis:allobrogica frigidis:gelu matureſcens & colore nigra.
Adhuc ex iſs quas diximus:ſed etiam e nigris vina vetuſtate in album colorem tranſeunt.Reliquæ
ignobiles.Aliquando tamen cęli aut ſoli opera nō fallunt vetuſtatem:ſicuti fecenia & cuꝫ ea florēs
biturica.Acino rarior nunq̄ floris obnoxiſ:quoniam antecedūt ventiſqꝫ & hymbribus reſiſtunt.Me
liores tamē algentibus locis q̄ calidis:humidis q̄ ſitiētibus.Vix vlla magis tam denſo vuarum partu
impatiens variantis cœli:ſed contra tenorē vnū algoris ęſtuſue cōſtās.Quæ minor eſt ex eo genere
mollior.In neglecto ſolo moroſa:pingui putreſcit.Gracili omnino nō prouenit.Mediam temperi-
em delicate quęrit:ob hoc ſabinis collibus familiaris.Vua eius idecora viſu:ſapore iucūda: niſi ma
tura ꝓtinus rapiatur:etiam non putreſcens cadit.Cōtra grandines tuetur foliorum amplitudo atqꝫ
duricia.Inſignes iam colore interpurpureas nigraſqꝫ medio heluolę ſepius varianti:& ob id varianę
a quibuſdā appellatę.Pręfert̄ in iſs nigrior:vtraqꝫ alternis annis fertilis.Sed melior vino cum parci
or.Et precię duo genera magnitudine acini diſcernunt̄.Quibꝰ materies pluria:vuaqꝫ ollis vtiliſſi-
ma:folio apio ſimilis.Baliſcam dirachini celebrant. Hiſpaniæ cocolubin vocant:rauior vua:æſtus
auſtroſqꝫ tolerat.Capiti inimica.Copia larga.Hiſpani duo genera eius faciūt. Vnum oblōgo acino
altero rotūdo:nouiſſimas vindemiant.Quo dulcior cocolubis:hoc melior.Sed & auſtera tranſit in
dulcē vetuſtate:& q̄ dulcis fuit in auſteritatem.Tuncqꝫ albanū vinum ęmulātur.Tradūt veſicæ vi-
tiſs vtiliſſimum ex iſs potum.Albuelis ſummis arboribus eſt fertilior:viſula imis.Quamobreꝫ circa
eaſdem ſatę diuerſitate naturę locupletāt.Inerticulam e nigris appellauere iuſtius ſobriam dicturi
inueterato p̄cipue commendabilem vino:ſed viribus innoxiam.Siquidem temulentiam ſola nō fa-
cit.Fertilitas cōmēdat cęteras principemqꝫ heluenacam.Duo eius genera.Maior quam quidaꝫ lō-
gam:minor quā arcam appellāt:non tam fœcundam ſed gratiorē hauſtu.Diſcernit̄ folio circinato.
Verum vtraqꝫ gracilis.Furcas ſubdere iſs neceſſariuꝫ:alioquin vbertatem ſuam nō tollerāt.Mariti-
mo afflatu gaudent.Roſcido odore.Nulla vitium minus italiam amat rara:parua: putreſcēs in ea.
Vinum quoqꝫ:quod genuit æſtate nō exuperans.Nec alia macro ſolo familiarior.Græcinus q alio
quin Cornelium Celſum trāſcripſit arbitratur nō naturam eius repugnare italiæ: ſed culturaꝫ:aui-
de palmites euocātium. Ob id fertilitatem ſuam abſumi:ſi nō prepinguis ſoli vbertas laceſcentem
ſuſtineat.Carbunculari negatur:magna dote:ſi verum eſt:aliqua in vite e cœlo nō eſſe vis. Aeſtum
fert ſpionia:quam quidam ſpineam vocant.Autumniſqꝫ & hymbribus pingueſcit.Quinimo nebu-
lis vna alitur.Ob id rauēnati agro peculiaris.Aueniculam inter optime defloreſcētes: & ollis aptiſ-
ſimā campani malunt ſcirculam vocare:aliſ ſtaculam.Tarracini numiſianam nullas vires proprias
habentem:ſed totam perinde ac ſolum valeat.Surrentinis tamen efficaciſſima teſtis veſubio tenus.
Ibi enim murgentina e ſicilia potiſſima:quam pompeianam aliqui vocāt.Latio demū feraceꝫ:ſicut

Vel ſine qua.
vel vini eius
vbiqꝫ vitam.

Nomētanis.
Vel numatis.

Vel coaleſce-
re poſſit.

Vel arcelacā.

Vel marcam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0233-8
DFG

horconia in campania tãtũ vilitatis cibariæ:ſʒ vbertate p̃cipua. Tolerat & annos mœrica cõtra oẽs ictus firmiſſima:nigro a cino vinis vetuſtate rubeſcentibus.

Item de vitium generibus. CA.III.

ET hactenus publica ſũt genera:cætera regionuʒ locorumq;:aut ex iíſ inter ſe inſito mixta. Siquidem thuſcis peculiaris eſt tudernis æque etiam eius nominis florentia. Eſt optĩa aretio talpana & eteſiaca & conſeminia. Talpana nigra candidũ facit muſtum. Eteſaica fallax:quæ quo plus tulit eo laudabilius fũdit. Mirumq; fœcunditate ceſſat. Cõſeminia nigra vino minimo durãte. Vua maxime poſt.xv.dies q̃ vlla alia. Minus fertilis:ſʒ cibaria. Huius folia ſicuti labruſcæ priuſq̃ decidant: ſanguineo colore mutantur. Euenit hoc etiã quibuſdã alijs peſſimi generis argumento. Irtiola vmbriæ meuanatiq; & piceno agro peculiaris eſt. Amiternino pumula. Iiſdem bannanica fallax eſt:amant tamen eã: Municipij vuam Pompeij noíe appellãt: q̃uis cluſinis copioſiorem. municipij & tyburtes appellauere: q̃uis oleaginẽ nuper inuenerint a ſolitudine oliuę. Nouiſſima hęc vuarum ad hoc tempus reperta eſt. Vinaciolam ſoli quidem nominauerũt ſabini ac laurenti. Nã gauranas ſcio a falerno agro tranſlatas vocari falernas celerrimę vbiq; degenerantes. Necnon tarentinum genus aliqui fecere: p̃dulci vua. Capnias & bucuniates & tarrupia in thuris collibus non ante demetunt̃ q; gelauerit. Pharia gaudẽt piſæ. Mutina pruſinia nigro acino ĩtra quadrienniũ albeſcente vino. Mirum vbiq; cum ſole circumagi vuam:q̃ ob id ſtrepita vocatur. Et in italia gallicaʒ placere:trans alpes vero picenam. Dixit Virgilius tapſias & mareotidas & lageas complureſq; externas quæ nõ reperiuntur in italia:ſed ſunt etiam nunc inſignes vua nõ vino ambroſiaca duracina ſine vllis vaſis in vite ſeruabilis:tanta eſt cõtra frigora æſtus tempeſtateſq; firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis ipſa ſe ſuſtinens. Nõ item dactylides digytali gracilitate. Columbinę acinoſiſſimę. Et magis purpurę cognomine bimãmię:quãdo nõ racemos: ſʒ vuas alias gerunt. Item tripedanea cui nomen a mẽſura eſt. Item ſcripula paſſo acino. Et rhetica in maritimis alpibus appellata diſſimilis laudatæ illi. Nãq; hęc breuis conferta acino:degener vino: ſʒ cute omniũ tenuiſſima. Nucleo quem chiũ vocant:vno ac minimo. Acinum p̃grandẽ vnuʒ alterumue habens. Eſt & nigra aminea:cui ſyriace nomen imponũt. Item hiſpania ignobilium ꝓbatiſſima. In pergulis vero ſeruntur eſcarię appellatę e duracinis:albæ:nigreq;. Ebumaſti totideʒ coloribus. Ac nondum dictæ ægia & rhodia & vncialis:veluti a pondere acini. Item pucina omniũ nigerrima. Et coronario naturę luſu ſtephanitis acinos folijs intercurſantibus. Et quę forenſes vocantur celeres ꝓuentu:vendibiles aſpectu:portatu faciles. Cõtra damnant̃ etiam viſu cinerea & rabuſcula & aſinica Minus tamen caudam vulpium imitata alopecis. Alexandrina appellat̃ vitis circa phalacram breuis ramis cubitalibus:acino nigro:fabę magnitudine:nucleo molli:& minimo:obliquis racemis p̃dulcib⁹:folio paruo:& rotũdo:ſine diuiſuris. Septimo ab hĩc ãno in narbonẽſis ꝓuíciæ aruo inuẽta eſt vitis vno die defloreſcẽs:ob id tutiſſima:carbonicã vocãt:quã nũc tota ꝓuincia cõſerit.

Vel crepedanea

Inſignia culturæ vinearum. CA.IIII.

Cato ille cen. in agricultura optimus.

CAtonum illæ prim⁹ triũpho & cenſura ſuper cętera inſignis magis tamẽ etiãnũ claritate litterarũ pręceptis omniũ rerum expetendarum datis generi romano. Inter prima vero agrũ colẽdi. Illius vero æui cõfeſſione optim⁹ ac ſine æmulo agricola pauca attigit vitiũ genera:quarũdã ex iíſ etiã iãnoib⁹ abolitis toto ſeparatiʒ tractatu teſtatus ſentẽtiã. Cui⁹ excellẽtia indicãda eſt:vt in oĩ gñe noſcam⁹ q̃ fuerint celeberrima. Anno.d.vrbis.c.circa captas carthaginem ac corinthum cum ſupremum is diem obijt:quantuʒ poſtea.ccxxx.annis vita profecerit. Ergo de vitibus vuiſq; ita ꝓdidit. Qui locus vino optimus dicitur eſſe: & oſtẽtus ſolibus. Amineũ/minuſculum/& geminum/eugenium/heluinum/minuſculũ cõſerito. Qui locus craſſior aut nebuloſior amineũ maius aut murgentiuʒ/apicum/lucanũ ſerito. Cæterę vites miſſellę maxime in quẽ vis agrum cõueniunt. In lora recte conduntur. Quas ſuſpendas duracinas amineas maiores: vel ad fabrum ferrarium pro paſſis hęc recte ſeruãtur. Nec ſunt vetuſtiora de illa re latinę linguæ p̃cepta tã prope ab origine rerum ſumus Amineam proxime dictam. Varro ſcantianã vocat. In noſtra ætate pauca exempla conſumatæ huius artis fuere. Verum eo minus omittenda:vt noſcantur etiam præmia:quæ in omni re maxime ſpectantur. Summã ergo adeptus eſt gloriam. Acilius Steneleus e plebe libertina.lx.iugerum non amplius vineis excultis in nomentano agro: atq; æque.cccc.nummis venundatis. Magna fama & Vetulano Egilao perĩde libertino fuit ĩ campanię rure linternino:maiorq; etiam fauore hominum quoniam ipſum Africani colebat exilium. Sed maxima eiuſdem Stenelei opera Rhemmium Palæmonen alias grammatica arte celebrem in hiſce.xx.annis mercatuʒ dc.nũmũ in eodem nomentano decimi lapides ab vrbe diuerticulo. Eſt autem vſq;quaq; nobilitas mercis per omnia ſuburbana:vbi tamen maxima:quoniam & neglecta per indiligentiam prædia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0234-4

parauerat.Ac ne in peſſimis quidem elegantioris ſoli hęc aggreſſus excolere:nõ virtute animi:ſʒ va
nitate.Quę primo notata miro in illo fuit.Paſtinatas enim deintegro vineas cura Steneleũ agricolã
imitatus ad vix credibile miraculum ꝓduxit.Intra octauum annum.cccc.nummũ emptori ad dicta
pendente vindemia.Cucurritq́ʒ non nemo ad ſpectandas vuarũ in iĳs vineis ſtrues:litteris eius altio=
ribus:cõtra id pigra in ciuitate cibi patrocinãte.Nouiſſime Anneo Seneca principatu traditionis/ac — Vel altiores.
potentia:q̄ poſtremo nimia fuit ſupˀipſum. Minime vtiq́ʒ miraturi Anneum tãto prædiĳ eiꝰ amore — Vl'vicinitate
captum.Vt non puderet inuiſo alias & oſtẽto futuro tradere palmã eã emptis quadruplicato vineis
illis intra decimũ fere curę annũ digna opera/q̄ in cecubis/ſeriniſq́ʒ ꝑficeret:quãdo & poſtea ſępenu
mero ſeptenos culeos ſingula iugera:hoc eſt amphoras cẽtenas quadragenas muſti dedere.Ac ne qs
victam in hoc antiquitatem arbitrareť. Idem cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit.Efficaci
bus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori:nõ in rubrum littus/indicũue merces pe=
titas:q̄ ſedulum ruris larem.Vino antiquiſſima claritas maroneo in thracię maritima parte genito:
vt auctor eſt Homerus.Neq́ʒ.n.fabuloſa/aut de origine varie ꝓdita cõſectamur.Pręter q̄ ariſteũ pri
mum omniũ in eadẽ gente/vel miſcuiſſe vino ſuauitate p̄cipua/vtriuſq́ʒ naturæ ſpõte ꝓueniẽtis.Ma
roneum vicies tãtum addito aquę miſcẽdum Homerus ꝓdidit.Durat etiamvis in eadẽ terra generi:
vigorq́ʒ indomitus.Quippe cũ mutianus ter cõſul:ex iĳs q nuprime ꝓdidere:ſextarios ſingulos octo=
nis aquę miſceri cõperit p̄ſens in eo tractu.Eſſe autem colore nigrum:odoratum: vetuſtate pingueſ
cere.Et pramnio/qđ Homerus celebrauit:etiam nũc honos durat.Naſciť ſmyrnæ regione iuxta de
lubrum matris deum.In reliquis generi claritas nõ fuit alicui.Anno fuit omnium generum bonitas
L.Opimio conſule:cum.C.Gracchus Tri.ple.ſeditionibus agitatis interemptus ea cœli tẽpies ful=
ſit:quã cocturam vocãt ſolis ope natali vrbis.dc.xxxiiĳ.Durãtq́ʒ adhuc vina ducẽtis fere annis iã in
ſpeciem redacta mellis aſperi.Etenim hęc natura vinis in vetuſtate ẽ:ne portari per ſe queãt ſine ꝓui — Vel ſi nõ per
tiæ aqua:vſq́ʒ in amaritudinem cariæ indomita:ſed cæteris vinis commẽdandis minima aliqua mix — uincantur.
tura medicamẽta ſunt:quo fit vt eius temporis æſtimatione in ſingulas amphoras centeni nummi ſta
tuantur.Ex iĳs tamẽ vſura multiplicata ſemiſſibus:quę ciuilis ac modica eſt.In.C.Cæſaris Germani
ci filiĳ principatu annis cẽtum ſexaginta ſingulis vncias vini cõſtituiſſe nobili exemplo docuimus:re
ferentes vitam Pomponiĳ ſecundi vatis : cœnãq́ʒ/quam principi illi dedit. Tãtum pecuniarum deti=
nent vini apothecæ.Nec alia res maius incremẽtum ſentit. Ad viceſimuʒ annũ/maiuſue ab eo diſpẽ
dium:non perficiente precio.Rara quippe adhuc fuere:nec niſi in portatis ſingulis teſtis milia num=
mum.Viennenſes ſoli picata ſua:quorum genera plura diximus:pluris ꝑmutaſſe:ſed inter ſeſe amo
re patrio creduntur.Idq́ʒ vinum frigidius reliquis exiſtimatur in frigido potu.

¶De natura vini. CA.V.

Vino natura eſt exhauſto accẽdendi calore viſcera itus. Foris iſuſo refrigerãdi.Nec alienũ
fuerit commemorare hoc in loco qđ Androcides ſapiẽtia clarus ad Alexãdrum magnuʒ — Androci. ad
ſcripſit:intempantiam eius cohibẽs.Vinum potaturus rex memento te bibere ſanguineʒ — alexã. docu=
terrę.Sicuti venenum eſt hoi cicuta:ſic & vinum.Quibus p̄ceptis(ſi ille obtẽpauiſſet)ꝑfe — mentum.
cto amicos in temulentia nõ interemiſſet.Prorſus vt iure dici poſſit:neq́ʒ viribus corporis vtilius aliđ — vinũ ſanguis
neq́ʒ aliud voluptatibus ꝑniciosius:ſi modus abſit. — terræ.

aduerte/&
nota.

¶Vina generoſa. CA.VI

Genera aũt vini alia aliĳs gratiora eſſe qs dubitet?aut nõ ex eodẽ lacu aliud p̄ſtãtiꝰ potu eẽ — alex. cariorẽ
altero?Aliud alterum germanitate p̄cedere?Siue teſta/ſiue fortuito euentu?Quamobrẽ — amicũ ĩ mẽſa
de principatu ſe quiſq́ʒ iudicẽ ſtatuat.Liuia Auguſta.lxxxiĳ.annos vitæ punico vino ret= — temulẽtia oc
tulit acceptos nõ aquoſo.Gignitur in ſinu adriatici maris : nõ ꝓcul a timauo fonte:ſaxeo — cidiſſe fertur
colle:maritimo afflatu paucas coquẽte amphoras.Nec aliud aptiꝰ medicamẽtis iudicať.Hoc eẽ cre= — vel ſimile
diderim qđ græci celebrãtes miris laudibus pictanum appellauerũt ex adriatico ſinu.Diuus Augu
ſtus ſe tinũ prætulit cũctis:& fere ſecuti principes ꝓpter cõfeſſa experimẽta nõ temere cruditatibus
noxiĳs.Ab eo ſaliua naſcitur ſupra forum Apiĳ.Antea cecubo erat generoſitas celeberrima ĩ paluſtri
bus populetis:ſinu amiclano:qđ iã intercedit & incuria coloni/lociq́ʒ anguſtia.Magis tñ foſſa Nero
nis:quam a baiano lacu oſtiam vſq́ʒ nauigabilẽ inchoauerat.Secunda nobilitas falerno agro erat.Et
ex eo maxime fauſtiano:cura/culturaq́ʒ id collegerat.Exoleuit hoc quoq́ʒ nimietate copię potiꝰq̄ bo
nitati ſtudẽtiũ.Falernus ager a ponte campano leua petẽtibus vrbanam coloniam ſyllanã nup capuę
contributam incipit.Fauſtianus aũt circiter quattuor miliaria a vico ꝓpe cedias/qui vicus a ſinueſſa
ſex milibus abeſt.Nec vlli in vino maior auctoritas ſolo vinorum flãma accendiť. Tria eius genera.
Auſterũ:dulce:tenue.Quidam ita diſtingũt.Summis collibus gauranũ gigni:mediĳs fauſtianuʒ:imis

falernum. Non omittendu; autem nulli eorum/quę celebrētur iocūdum ſaporem vuę eſſe. Ad terti
am palmam variæ venere. Albanę vrbi vicinę ꝑdulces/ac ratæ in auſtero. Item ſurrētina in vineis tā
tum naſcentia conualeſcētibus maxime ꝓbata: ꝓpter tenuitatem/ſalubritatemq;. Tiberius Cæſar
dicebat conſenſiſſe medicos/vt nobilitatem ſurrētino darent: alioquin eſſe generoſu; acetum. C. Cæ
ſar/qui ſucceſſit illi nobilem vappam. Certāt maſſica æque ex monte gaurano puteolos/baiaſq; pro-
ſpectantia. Nam falerno cōtermina ſtatana ad principatus venere non dubie: palāq; fecere. Sua qui-
buſq; terris tempora eſſe ſecundum ꝙ rerum ꝓuentus/ occaſuſq; iuncti. Iis ꝑponi ſolebant calena: &
Vel vicinia
quę in vineis/arbuſtiſq; naſcūtur fundana. Ex alia vicina vrbis viliternina: priuernatiaq;. Nam quod
ſigniæ naſcitur auſteritate nimia continēdę vtile aluo: inter medicamēta numeraꝛ. Quartū curriculū
publicis epulis optinuere a diuo Iulio (is. n. primus auctoritatē iȷs tribuit: vt epiſtolis ei⁹ apparet) ma
mertina circa meſſanam in ſicilia genita. Ex iȷs potulana ab auctore dicta: in loco ꝓxima italię laudā
tur ꝑcipuę. Eſt &, in eade; ſicilia/& taurominitanis honos lagenis ꝓ mamertino plęrūq; ſubditis. Ex
reliquis autem a ſupero mari pretutia: atq; ancone naſcētia: & quæ a palma vna forte enata palmeſia
appellantur. In mediterraneo vero ceſenatia mecenatiana. In verronēſi item retica falernis tantum
poſthabita a Virgilio. Mox optima ab ītimo ſinu maris adriana. Ab infero aute; latinēſia grauicana
ſtonienſia. Etrurię palmā luna hab[illegible]. Liguriæ genua/ Inter pyreneum/alpeſq; maſſilia: gemino ſapo
re: quando & condiēdis aliȷs pinguius gignit: quos vocāt ſuccoſum. Ceretano inter gallias cōſiſtit au
ctoritas. De reliquis in narbonēſi genitis aſſeuerare non eſt: quoniam officinam eius rei infecere tin-
gentes fumo: vtinamq; non & hærbis/ac medicamētis noxiȷs. Quippe etiam aloen mercātur: quo ſa
porem/coloremq; adulterāt. Verum & longinquiora italiæ ab auſonio mari nō carēt gloria taretina:
Vel agrigēto
& ſeruitiana: & coſentiæ genita: & tempſe/ac babię/lucanaq; antecedētibus thurinis. Omnium vero
eorum maxime illuſtrata meſſalle potu: & ſalute lagarina nō procul grumento naſcētia. Campania
nup excitauit nouis noībus auctoritatem: ſiue cura/ſiue caſu ad quartu; neapoli lapidē trebellanis iu
Vel trebella nis.
xta capua; caulinis: & in ſuo agro trebulanis: alioquin ſemper iter plebeia/& trifollinis gloriata. Nā
pompeianis ſummum dece; annorū incremētū eſt nihil ſenecta conferēte. Dolore etiam capitum in
ſextam horam diei ſequētis īfeſta dep̄hendūtur. Quibus exemplis (niſi fallor) manifeſtū eſt patria;/
terramq; referre nō vuam. Et ſupuacuum generꝝ cōſectatione; in numerꝝ: cum eadē viris aliud aliȷs
locis pullulet. Hiſpaniarū laletana copia nobilitāꝛ. Elegātia vero tarraconēſia: atq; lauronēſia: & ba
Vel luſitana.
learica ex inſulis cōferūtur italiæ primis. Nec ignoro multa ꝑtermiſſa: plęroſq; exiſtimaturos: qm̄ ſuū
cuiq; placet: & quocūq; eaꝛ: fabula eade; repiaꝛ. Diui Auguſti iudiciorꝝ/ac palati pitiſſimū e libertis
cenſuram vini in epulas eius faciētem dixiſſe hoſpiti de indigena vino nouū qdem ſibi guſtū eſſe eū
atq; nō ex nobilib⁹: ſed Cæſare; nō aliud potaturꝝ. Nec negauerim & alia digna eſſe fama. Sed de q
bus conſenſus æui iudicauerunt hęc ſunt.

## ¶ Vina tranſmarina. CA. VII.

NVnc ſimili mō trāſmarina dicemus. In ſumma gloria poſt Homerica illa: de quib⁹ ſupra/
diximus fuere thaſium/chiūq;. Ex chio qđ aruiſium vocāt. Iis addidit leſbium Eraſiſtrati
maximi medici auctoritas circiter. cccccl. āno vrbis romę. Nūc gratia ante oīa eſt clazome
nio: poſtq̄ parcius mari cōdiūt. Leſbiū ſpōte naturę ſuæ mare ſapit. Nec tmolio p ſe gratia
vt vino: ſed cui⁹ dulci admixto reliquorꝝ duritia ſuauitatem accipiat ſimul & ætatē: quoniā vetuſtio
ra protinus vidētur. Ab iȷs dignatio eſt ſycionio: cyprio: telmeſico: tripolitico: berritio: tyrio: ſebēniti
co In ęgypto hoc naſciꝛ tribus generibus vuarꝝ: ibi nobili⁹ thaſio/& alopece. Poſt hęc auctoritas hip
podomātio: myſtico: cātharitę: protropo: gnidio: cacice: caramnitæ: petritæ: myconio. Nā meſogi-
ten capitis dolores facere cōpertum eſt. Nec epheſium ſalubre eſſe: qm̄ mari & de fruto condiatur.
Apamenum mulſo ꝑcipue conuenire dr̄: ſicut ꝑtutium in italia. Eſt. n. & hoc proprietas generu; vt
dulcia vtiq; inter ſe nō cōgruant. Exoleuit & protagion: quod italicis ꝓximum fecerant Aſclepiadis
ſcholæ. Apollodorus medicus in volumine/quo ſuaſit ptolomęo regi q̄ vina biberet italicis etiam tū
ignotis: laudauit in ponto naſpcenitē: mox oroeticum: oenathē: leucaniū: ambraciotem: & qđ cūctis
ꝑtulit ꝑparentium. S; minoris famę eſſe dixit: qm̄ ſex annos non placeret.

## ¶ De vino/quod vocatur biȩon genera. viȷ. CA. VIII.

vel lucœniu; vel leuco-chrum.
HActenus bonitas vini nationibus debeꝛ. Apud gręcos iure clariſſimū nomen accepit quod
appellauerunt Biȩon ad plurimos valitudinū vſus excogitatum: vt docebim⁹ i parte me-
dicinæ. Fit autem hoc modo. Vuæ paulum ante maturitatē decerptæ ſiccātur acri ſole ter
die verſatę p triduū: quarto exprimūtur: dein cadis ſole iuerterātur. Cui marinā aquā lagiorē miſcēt:
aſerui, furto origine orta: ſic mēſurā explētis. Idq; trāſlatu i albū muſtū leucochin appellatur. In aliȷs
aūt gētibus ſimili mō factū tethalaſſomenō vocāt. Thalaſſitē autē vaſis p muſti deiectis in maꝛ. Quo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0236-5
DFG

genere p̃cox fit/& vetuſtius. Necnõ apud nos quoq; coum vinũ ex italico faciẽdi rationẽ. Cato demonſtrauit. Sup ceтera in ſole quadriẽnio maturandũ pręcipiens Rhodiuʒ coo ſimile eſt. Phorineũ ſalſius coo. Oĩa trãſmarina ſeptem in ſex ãnis ad vetuſtatem mediam puenire exiſtimãtur.

Vel biennio.

## ℂDe dulcium generibus.xiiij. CA.IX.

VInum omne dulce minus odoratũ: quo tenui⁹/eo odoratius Coloresvinis quattuor. Alb⁹ fulus: ſanguineus: niger. Pſythiũ/& melãpſythiũ paſſi genera ſunt ſuũ ſaporẽ nõ vini referentia. Ciſibilites vero mulſi in galatia naſcẽs/& balinciũ in ſicilia. Nã ſyreũ qđ aliter hepſema: noſtri ſapã appellãt ingenij nõ naturę opus eſt: muſto vſq; ad tertiã partem mẽſuræ decocto. Quodvbi factũ ad dimidiã eſt: defructuʒ vocamus. Omnia in adulteriũ mellis excogitata. Sed priora vua/terraq; cõſtant. Paſſum a cretico ciliciũ ꝓbaᷓ: & africũ: & in italia/ ꝓuintiſq; finitimis. Fieri certũ eſt ex vua/quam gręci ſticã vocãt: nos apianã. Item ſcirpula diutius in vite ſolevuis aduſtis/aut feruẽte oleo. Quidã e quacũq; dulci dum p̃cocta alba faciũt ſiccantes ſolæ: donec paulo amplius dimidium põdus ſupſit. Tuſaſq; leniter vuas exprimunt. Deinde quãtuʒ expſſere adijciũt viuaceis aquæ puteanæ: vt,& ſecundariũ paſſum faciant. Diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt: ac ſine ſarmentis madefactos vino excellenti/donec intumeſcãt: exprimunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac ſimili modo aqua addita ſecundarium faciũt. Medium inter dulciavinũ eſt quod gręci aigleuces vocãt: hoc eſt ſemp muſtum. Id euenit cura: quoniã feruere prohibetur. Sic enim appellant muſti in vina tranſitũ. Ergo mergũt e lacu protinus in aqua cados: donec bruma trãſeat: & conſuetudo fiat algẽdi. Eſt etiãnũ aliud genus ei⁹ per ſe: quod vocat dulce narbonẽſis prouĩcia: & in ea maxime vocontia. Aſſeruaᷓ eius gratia vua diutius in vite pediculo intorto. Ab alijs ipſe palmes inciditur,in medullã. Ab alijs vua torreᷓ in tegulis: omnia ex eluennaca vite. Ijs adijciunt aliqui/quod vocãt diachyton: vuis in ſole ſiccitatis/loco cluſo per dies ſeptẽ in cratibus totidem pedibus a terra alte: noctibus a rore defẽſis: octauo die calcatis. Ita fieri optimi odoris/ſaporiſq;. Dulci e genere eſt & melitites. Diſtat a mulſo/quo fit e muſto: cum quinq; congijs auſteri muſti cõgio mellis & ſalis cyatho ſufferuefactis auſterum. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo: & ꝓtropum: ita appellatur a quibuſdam muſtum ſpõte deflués anteq̃ calcentur vuæ: hoc protinus diffuſum lagenis ſuis de feruere paſſi. Poſtea in ſole.xl. diebus torrent æſtatis ſecutę ipſo canis ortu.

Vinis quattuor colores.

## ℂDe deuteris/& ſecundarijs vini genera tria. CA.X.

NOn poſſunt iure dicivina: quę græci deuterias appellãt. Cato/& nos lorã/maceratis aqua vinaceis. Sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima parte aq̃ addita q̃ muſti expreſſa ſit: & ita nocte & die madefactis vinaceis: ruſuſq; prælo ſubiectis. Alterum quod hoc modo græci factitauere: tertia parte eius/quod expreſſũ ſit addita aquę: expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertium eſt fęcibus vini expreſſum: quod fæcatũ Cato appellat. Nulli ex ijs plus q̃ anno vſus.

## ℂQuæ nup in italia generoſa vina eſſe cœperunt. CA.XI.

VErum inter hęc ſubit mentem: cum ſint genera nobilia/quæ ꝓprie vini intelligi poſſit. octoginta fere in toto orbe duas partes ex hoc numero italię eẽ. Lõge p̃terea ante cunctas terras & hinc deinde altius cura ſerpit nõ a primordio hanc gratiam fuiſſe.

## ℂDe vini obſeruatione Romulo rege poſita. CA.XII.

AVctoritatẽ poſt ſexcenteſimum forte vrbis annum cœpiſſe Romulũ lacte non vino libaſſe inditio ſunt ſacra ab eo inſtituta: quę hodie cuſtodiunt morem. Numæ regis poſthumia lex eſt. Vino rogum ne reſpergito. Quod ſanxiſſe illum propter inopiã rei nemo dubitet. Eadẽ lege ex imputata vite libari vina dijs nephas ſtatuit: ratiõe excogitata: vt putare cogerentur alias aratores: & pigri circa arbuſti picula. M. Varro auctor eſt Mezentiũ etrurię regẽ auxilium rutulis contra latinos tuliſſe vini mercede: quod tum in latino agro fuiſſet.

Romulea lege nephas olim erat vino libaᷓ: ſʒ lacte

Fœminę olĩ apđ ro. in ſacrorum cã vinũ nõ bi.

## ℂQui vini vſus antiquis/& de vinis antiquorum. CA.XIII.

NOn licebat id fœminis romæ bibere. Inuenimus iter exempla Egnatij Mecenij vxorẽ: ꝙ vinũ bibiſſet e dolio interfectã fuſte a marito: eumq; cædis a romulo abſolutum Fabi⁹ pictor in annilibus ſuis ſcripſit. Matronã ꝙ loculos in q̃bus erãt claues vinarię cellę reſignatiſſet a ſuis inedia mori coactã. Cato ideo ꝓpinquos fœminis oſculum dare: vt ſcirent an temetũ olerent. Hoc tum nomẽ vino erat: vnde & temulentia appellata. Cn. Domitius iudex pronũciauit mulierem videri plus vini bibiſſe: q̃ valitudinis cauſa viro inſciente: ac dote multauit. Diuq; eius rei magna parſimõia fuit. L. Papirius imperator aduerſus ſannites dimicaturus votũ fecit: ſi viciſſet Ioui pocillum vini. Deniq; inter dona ſextarios lactis datos inuenimus nuſq̃ vini. Idẽ Cato cum in hiſpaniã na

Hinc a ma. vxor. iterẽpta.

aduerte de q̃dã matrona.

Cur ca. oſculũ fœmĩs dare iſtituerit.

uigaret:vnde cum triumpho rediјt. Non aliud(inquit)vinũ bibi:q̃ remiges:in tantum diſſimilis iſtis qui etiam cõuiuijs alia q̃ ſibimetipſis miniſtrãt: aut ꝓcedente menſa ſubijciunt. Laudatiſſima apud priſcos vina erant miro odore condita:vt apparet in plauti fabula:q̃ perſa inſcribitur:q̃q̃ in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromaticis delectatos maxime credunt. Sed Fabius.

Catonis aui no abſtinẽtia vel myrrhæ.

Doſemnus his verſibus decreuit.
Mittebantur vinum pulchum murrinam. E in achariſtione.
Panem/& polentam vinum murrinam.
Scæuolam quoq; & Lælium/& Atteum Capitonẽ in eadem ſentẽtia fuiſſevideo:qm̃ in pſeudulo ſit.
Quod ſi opus eſt vt dulce promant idem/& quid habeant roga.
Murinam:paſſum:defrutum:mellã.
Quibus apparet nõ inter vina mõ murinam:ſed inter dulcia quoq; noiatum.

## De apothecis/& de vino opimiano. CA.XIIII.

APothecas fuiſſe/& diffũdi ſolita vina:anno.dc.xxxiij.vrbis apparet ĩdubitato opiniani vini argumẽto:iã intelligẽte ſuũ bonũ italia. Nõdum tñ iſta genera in claritate erant. Itaq; oia tũc genita vnum hñt conſulis nomen. Sic quoq; diu tranſmarina fuerũt in auctoritate ad attauos vſq; nños ẽt falerno iã repto :ſicut appet ex illo comico verſu Anaxipolis thaſij
Quinq; thaſij vini/inde depromam falerni bina.
P.Licinius Craſſus/&.L.Cæſar cẽſores ãno vrbis cõditæ.dc.lxxv.edixerũt ne quis vinũ græcũ/amineumq; octonis æris ſingula quadrantalia venderet. Hęc.n.edicti verba ſunt. Tãta vero vino græco gratia erat:vt ſingulę potiones in vno cõuictu darẽtur. Quibus vinis auctoritas fuerit ſua in menſa. M.Varro his verbis tradit. L.Lucullus puer apud patrem nunq̃ lautũ cõuiuiũ vidit:in quo pl⁹ſemel grecum vinum daref. Ipſe cum rediјt ex aſia milia cadorum:diuiſit amplius cẽtum. C.Cenſius /quẽ pretorem vidimus chium vinũ in domum ſuam illatũ dicebat tum primũ:cum ſibi cardiaco medicus dediſſet. Hortenſius ſup.x.cados hęredi reliquit. Hactenus Varro.

Aiaduerte.

## De libertate cæſaris in vino. CA.XV.

QVid ni & Cęſar dictator triumphi ſui cœna vini falerni amphoras centũ:chij cados cẽtũ in cõuiuia diſtribuit. Idẽ hiſpaniẽſi triũpho chiũ/& falernũ dedit. Epulo vero in tertio cõſulatu ſuo falernũ:chiũ/leſbiũ/mamertinũ/quo primũ tpe quattuor genera vini appoſita cõſtat:poſtea ergo alia oia in nobilitatẽ venerunt circiter ſeptuageſimum vrbis annum.

## De vinis binis factitijs. CA.XVI

ITaq; nõ mĩora innũerabilia pene genera factitij repta multis ante ſæculis:q̃ nũc dicemus omnia ad medicinæ vſum ptinentia. Omphacium quomodo fieret ꝓpter vnguenta diximus priore libro. Fit e labruſca:hoc eſt vite ſilueſtri:quod vocatur oenãthinũ. Flores ei⁹ libris duab⁹ in muſti cado macerati poſt.xxx.dies mutãf. Pręter hoc radix labruſcę & acini coria pficiũt. Ij paulo poſtq̃ defloruere :ſingulare remediũ hñt ad refrigerãdũ in morbis corpoꝝ arbores gelidiſſima(vt ferunt)natura. Pars eorum æſtu moritur:priuſq̃ reliqui qui ſoſtitiales dicunf. Vniuerſi nunq̃ matureſcũt. Et ſi prius q̃ tota vua matureſcat:incocta detur cibo gallinaceo generi faſtidium gignit vuas appetẽdi. Factitiorum primum fit ex ipſo vino:quod vocant adynamon hoc modo. Alibi muſti ſextarij.xx.aquæ dimidiũ feruet donec excoquaf aquæ mẽſura. Alij marine ſextarios.x.tantũdem pluuię in ſole.xl.diebus torrent. Dant ægris/quibus vini noxam timẽt. Proximum fit e milij ſemine maturo cum ipſa ſtipula libram/& quadrantem in congios duos muſti macerant. Et poſt ſeptimum mẽſem tranſfuſo. Ex loto arbore frutice hęrba dictum eſt vti q̃q; fierẽt. Fit & e pomis quę dicem⁹ interpretationibus nõ niſi neceſſarijs additis. Proximumq; ei e palmis:quo parthi & indi vtuntur:& oriens totus. Maturarum quas vocãt & chydęas modio in aquę congijs tribus macerato/expreſſoq;. Sic fit & ſycites e fico:quẽ alij palmiprunũ:alij trocin vocãt. Aut dulce eſſe nõ libeat pro aqua tantundem vinaceoꝝ adijciũt. Ex cypria fico/& acetum fit p̃cellens:atq; alexãdrino quoq; melius. Vinũ fit & ex ſiliqua ſyriaca:& e pyris:malorũq; oibus generibus. Sed e pumicis quod rhoitẽ vocãt. Et e cornis:meſpilis:ſorbis:moris ſiccis:nucleis:pineis. Hi muſto madidi exprimũf. Supiora per ſe mitia. Myrtitem. Cato quẽadmodũ fecerit hoc paulo poſt ĩdicabimus. Græci vero/& alio mõ Ramis teneris cum ſuis folijs in albo muſto decoctis tuſis libra in tribus muſti cõgijs deferuere faciũt donec duo ſupſint. Quod ita ſilueſtris myrti baccis factũ eſt myrtidanum vocãt. Hoc man⁹ tingũt Ex ijs quæ in hortis gignũtur fit vinum e radice aſparago:cunila:origano:apij ſemine : ambrotono: mentaſtro:ruta:nepeta:ſerpillo:marrubio. Manipulos binos tundũt in cadum muſti: & ſapę ſextarium:& aquę marinę heminã. E napis fit vndeciẽ denariorũ pondere in ſextarios binos muſti addito. Item e ſcylla radice. Inter flores/& roſę folijs tuſis:in linteoloq; in muſtum collatis cum põduſculo:vt

vl' maceratis

vel catorcitẽ

ſidat.xl.pondere denariorum in ſextarios vicenos muſti:nec ante tres mēſes vaſe apto.Item e nardo
gallico:& aliud e ſylueſtri. Aromatiten quoqȝ inuenio factitatum nō tantum vnguentorum compoſi
tione.Primo ex myrrha(vt diximus)mox e nardo celtico:calamo aſpalatho:offis in muſtū:aut dul-
ce vinū deſectis.Alij de calamo:iunco:coſto:nardo:ſyriaco:amomo caſia:cinamomo:croco:palma
aſſaro:ſimiliter &offa. Apud alios nardi:& malobathri ſe libris in muſti cōgios duos additis.Qualia
nūc quoqȝ fiūt pipe/& melle addito:q̄ alij condita/alij pipata appellant. Inuenit & nectarites ex her
ba:quam:alij Helenion:alij medicam:ſymphyton:alij idem/& horreſtion:alij nectaream vocāt:ra-
dice ponderis.xl.denariorū in ſextarios ſex muſti addita.Similiter in linteo.Ex cęteris hęrbis colla-
tis fit abſinthites in.xl.ſextarijs muſti abſinthij pōtici libra decocta ad tertias partes:vel ſcopis abſin
thij in vinum additis.Sic̄r hyſopites e cilicio hyſopo vncijs tribus in duos cōgios muſti coniectis/aut
tuſis in vinum. Fiūt vtraqȝ & alio mō circa radices vitiū ſato. Sic & heleboriten fieri ex veratro nigro
Cato docet.Sic fit & ſcāmonites.Mira vitiū natura ſaporē alienū in ſe trahēdi:qualē & redolēt ſalicū
patauinorū in paluſtribus vindemiæ.Sic & helleborū ſerit in thaſo:aut cucumis ſilueſter:aut ſcamo
nea:qđ vinū ectromatiū vocāt:qm̄ abortus facit. Fit & ex hęrbis:quarū natura ſuo loco dicet. Eſte-
chade/& radice gētiane:& tragorigano:& dictamo:aſſaro:dauco:eleliſphaco:panace:acoro:Cony-
za:thymo:mādragora:iūco.Vocarūt &ſycinū:& ithacomelin:& lectiſpagitē:quorꝫ iā obliterata rō ē
Ex fruticum vero generi cędri vtriuſqȝ cupreſſi:laurus:iuniperi:pini pyri:terebinthi:calami:lentiſci
Baccas aut lignū recens in muſto decoquūt.Itē chameleæ/& chamepithios/ & chamedryos lignuꝫ.
Eodem mō & ex flore in congiū muſti decē denariorum pondere addito.

## De hydromelle/& oximelle. CA.XVII.

SIt vinum ex aqua/& melle tātum. Quinquēnio ad hoc ſeruari cœleſtē iubēt aliqui prudētio
res.Alij ſtatim ad tertias partes decoquūt:& tertiam mellis veteris adijciunt.Deinde.xl.die
bus canis ortu i ſole hn̄t.Alij diffuſa ita decimo die obturāt.Hoc vocat hydromel:&vetuſta
te ſaporē vini aſſequit:nuſq̄ laudatius q̄ in phrygia. Quin & acetum melle tempabat:adeo nihil intē
ptatum in vita fuit.Oxymel hoc vocarūt mellis decē libris:aceti veteris heminis quinqȝ:ſalis marini
libra:aq̄ pluuiæ ſextarijs qnqȝ ſufferuefactis decies:mox elutriatis:atqȝ ita inueteratis. Oīa ab Themi
ſone ſūmo auctore dānata. Et hercule coactus eorū vſus videri pōt:niſi ſi quis naturæ op⁹ credit aro
matitē:& ex vnguētis vina cōpoſita:aut vt biberent genuiſſe eā frutices. Iſta ſūt cognitu iucūda ſoler
tia humani animi oīa exquirēte.Nihil quideꝫ ex ijs anno durare:p̄terq̄ q̄ vetuſtate ipſa fieri diximus.
Et plura ne tricenis qdem diebus nō erit dubium.

## Prodigioſa genera vini. CA.XVIII

SVnt & in vino ꝑdigia.Dicit in archadia fieri qđ fœcūditatem fœminis importet:viris ra- Vinū fęmias
biem.At in acaia maxime circa caryniam abigi partū vino:atqȝ etiam ſi vuā edāt grauidę fœcundans
cū differentia in guſtatu nō ſit. Troezenū vinū q bibūt:negant generare. Thaſos duo gene
ra vini diuerſa facere ꝑdit. Vnū quo ſomnus cōciliet:alterū vero quo fuget. Apud eoſdeꝫ Mirabile.
vitijs theriace vocat:cuius:& vinū/& vua cōtra ſerpētiuꝫ ictus medet. Libaneos thuris odore:ex qua
dijs ꝓlibāt. E diuerſo aſpēdios dānata a feris. Ferūt eā nec ab alite vlla attingi. Thaſiam vuā ægypt⁹
vocat apud ſe p̄ dulcē/q̄ ſoluit aluū. Eſt cōtra in lycia q̄ ſolutū firmat. Aegyptus/& ecbolinam habet.
abortiuos facientē. Vina in apothecis canis ortu mutant quędam:poſteaqȝ reſtituūtur ſibi. Sic & ma
ris nauigio:cui⁹ iactatus ijs/q̄ durauerint tm̄ vetuſtatis adijcere ſentit:quātum habuerint.

## Quibus vinis ad ſacra vti fas nō ſit:& quibus generibus muſta condiantur. CA.XIX.

Aduerte.

ET qm̄ relligiōe vita cōſtat:ꝓlibare dijs nefaſtū habet vino p̄ter iputate vitis:fulmīe tactę
quanq̄ iuxta hoīs mors laqueo pependerit:aut vulneratis pedibus calcata:& quod circūci
ſis vinaceis ꝓfluxerit:aut ſupne deciduo immūdiore lapſu laqueo polluta. Itē gręca:qm̄
aquam habeat. Vitis ipſa quoqȝ mādi̇tur decoctis caulibus ſummis:q& condiūtur in aceto:ac muria.
Verum & de apparatu vini dixiſſe cōueniat:cū græci priuatim ea p̄cepta tradiderint:arteqȝ fecerint:
ſicut Euphroni/& ariſtomacus/& Coniades/& Hiceſius. Africa gypſo mitigat aſpitatē:necnō aliqui
bus ſui partibus calce. Græcia argilla/aut marmore:aut ſale aut mari lenitatē excitat. Italię in parte
aliqua rabulana pice/ac reſina. Cōdire muſta vulgare ē ei/ꝓuincijſqȝ finitimis. Anni prioris vina nō- vel radulana
nuſq̄ fecę/acetoue cōdiūt. Necnō & ex ipſo muſto fiūt medicamina. Dequoqt vt dulceſcat portione
virīu. Nec durare vltra annū ſpatium tale ꝓdit. Aliquibus in locis decoquūt ad ſappas muſta:infuſiſ-
qȝ ijs ferociam frāgūt. Et in hoc tn̄ genere/& in omni alio ſubminiſtrāt vaſa ipſa condimētis picis. Cu
ius faciendę ratio ꝓximo dicetur volumine.

## De picis generibus:& reſinis:& muſtis condiendis:& de aceto/& fęce. CA.XX

ARborum ſucco manãtium picē/reſinãq; alia ortę in oriēte:aliæ in europa ferūtur. Quæ inter eſt aſia vtrinq; quaſdam habet. In oriēte optimā/tenuiſſimamq; terebinthi fundunt. Deinde lentiſci:quam & maſticē vocāt. Poſtea cupreſſi acerrimam ſapore. Liqdam oēs & tantū reſinā. Craſſiorē vero/& ad piſces faciēdas cedrus. Arabica reſina alba eſt acri odore difficilis coquēti. Iudaica calloſior:& terebinthi quoq; odoratior. Syriaca attici mellis ſimilitudē habet. Cypria antecedit omnes. Eſt autē melleo colore carnoſa. Colophonia p̄ter cęteras fulua:ſi teratur:alba fit. Grauior odore. Et ob id nō vtūtur ea vnguētarij. In aſia q̄ fit e picea admodū cādida ſpargas vocāt. Reſina oīs diſſoluitur oleo. Quidam creta figulinarū hoc fieri arbitrātur. Pudetq; cōſiteri maxim iam honorem eius eſſe in euellēdis a virorum corporibus pilis. Ratio aūt cōdiendi muſta in primo feruore qui nouē diebus cum plurimū peragit̄ aſperſu picis:vt odor vino cōtingat:& ſaporis/quędam acumina Vehemētius id fieri arbitrātur crudo flore reſinę excitariq; lenitatem. E diuerſo crapulam compeſci:& feritatem nimiam. frāgiq; virus. Aut vbi pigra lenitas torpeat:virus addi Ligurie maxime circum/padaniſq; muſtis vtilitas diſcernit̄ hoc modo pugnacib⁹ muſtis crapulæ plus

Vappa quid

inditur:lenibus parcius. Sūt q & ex vtroq; condiri velint: Necnō alia q̄ multiplici natura. Vitiūq; muſto quibuſdam in locis iterum ſpōte feruere:qua calamitate cū deferbuit depit ſapor:vappæq; accipit nomē. Probroſum etiam hominum cum degenerauit animus. Acetis eñ nequiciæ ineſt virt⁹ magnos adṽſus:& ſine quis vita mitior degi nō poſſit. Cęterovinoꝝ medicaminis tāta cura eſt:vt cinere apud quoſdam ceu gypſo alibi/q̄bus diximus modis inſtaurētur. Sed cinerē e vitis ſarmētis/aut quercu præferunt. Quin & marinam aquam eiuſdem rei gratia ex alto peti iubēt:ſeruariq; ab equinoctio verno:aut certe nocte ſolſtitio/& aquilone flāte hauriri:vel circa vindemiam ſi hauriat̄ decoqui. Pix in italia ad vaſa vino cōdēdo maxime ꝓbatur brutia. Fit e picea reſina. In hiſpania autē e piceaſtris minime laudata. Eſt.n. reſina harū amara/& arida/& graui odore. Differētiā rationē faciēdi ꝓximo volumine demōſtrabimus inter arbores feras. Vitia pręter ſupradicta acor:aut fumidū virus:aut picis aduſtio. Expimētum vero ſi fragmēta ſubluceāt:ac ſub dente lenteſcat acore iucūdo. Aſia picem indicam maxime ꝓbat:græcia piericam. Virgilius naritiam. Diligētiores admiſcēt nigrā maſticem: quæ in ponto bituminis ſimilis gignitur:& irys radicem/oleumq;. Nam cæram accipientibus vaſis compertum eſt vina acreſcere:ſed trāſferre in ea vaſa in quibus acetum fuerit vtilius:q̄ in ea in quib⁹ dulce/aut mulſum. Cato iubet vina cōcinnari:hoc enim vtitur verbo cineris lexiui cū defructo cocti parte quadrageſima pulegij/vel ſalis ſexquilibra. Interim & tuſo marmore. Facit & ſulphuris mētionem. Reſinę vero in nouiſſimis. Super omnia addi matureſcēte iam vino iubet muſtum:quod ille tortinū appellat. Nos intelligimus nouiſſime expreſſū. Et adijci muſtis tingēdi gratia coloris:vt pigmētum aliquod vini. Atq; ita pinguius fieri. Tot veneficijs placere cogitur. Et miramur noxia eſſe in vitium inclinātes. Experimētum eſt laminæ plumbeæ mutatus in eo colos. Proprium aūt inter reliquos liquores vino muceſcere:aut in acetum verti. Extātq; medicinę volumina. Et fex vini ſiccata recipit ignes:ac ſine alimēto per ſe flagrat. Cinis eius nitri naturam habet:eaſdemq; habet vires. Hoc amplius/quo pinguius ſentitur.

Vitis/& quercus cinis/alijs p̄latus.

De cellis vinarijs. CA.XXI.

Vini moles glaciatæ.

MAgna & collecto iā vino differētia in cella. Circa alpes ligneis vaſis cōdūt:circuliſq; cigūt: atq; ēt hyeme gelida ignib⁹ rigorē arcēt. Mirꝫ dictu. Sed aliq̄n viſū ruptis vaſis ſtetere glaciatę molles ꝓdigij mō:q̄m vini natura nō gelaſcit:alias ad frigus ſtupēs tm̄. Mitiores plagę dolijs condunt:infodiūtq; terrę tota/aut ad portionē ſitus. Itē cœlū p̄bent. Alij vero impoſitis tectis arcēt. Tradūtq; ad hæc p̄cepta. Lat⁹ cellę vinarię aut certe feneſtras obuerti in aqlononē oportere:vel vſq; in exortū equinoctialē. Sterquilinia/& arborū radices ꝓcul abeſſe:oīaq; odoris euitandi facillimo in vina trāſitu. Ficos vtiq;/& caprificos. Dolijs ēt interualla dari:ne iter ſeſe vitia ſerpāt cōtagione vini ſemp ociſſima. Quin & figuras referre. Vētroſa/ac patula minus vtilia. Picari oportere protin⁹ a canis ortu:poſtea p̄fūdi marina aq̄/aut ſalſa:ac leui cinere ſarmēti ea aſpgi:vel argilla aſpa myrtha ſuffiri:ipſaſq; ſępius cellas. Imbecilla vina demiſſis in terrā dolijs ſeruāda. Valida expoſitis. Nūq̄ implenda. Et quo ſupſit:paſſo aut de fruto perungēdū:admixto croco:pice veteri cū ſapa. Sic coopcula doliorum medicāda addita maſtice/ac pice. Bruma apiri vetāt:niſi ſereno die. Vetant auſtro flante:lunaue plena. Flos vini candidus ꝓbatur:rubēs triſte ſignum eſt:ſi nō ijs vini colos ſit. Itē vaſis incaleſcētibus:opculiſue ſudantibus. Q đ celeriter florere cœperit:odorēq; trahere nō fore diutinū

Aduerte.

Ipſa quoq; defruta/ac ſapas cū ſit cœlū ſine luna:hoc eſt in ſideris ei⁹ coitu/neq; alio die coqui iubēt. Præterea plūbeis vaſis nō ęreis:nucib⁹ iuglādib⁹ additis. Eas.n. fumum excipe. Cāpanię nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadijs verberari ſole/luna/hymbre/ac vētis aptiſſimum videtur.

De vitanda ebrietate. CA.XXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0240-6

AC ſi quis diligentius reputet:in nulla parte operoſior vita eſt:ceu non ſaluberrimũ ad po
tum aquę liquorem natura dederit :quo cętera oĩa animãtia vtuntur. At nos vinum bibe
re & iumenta cogimus:tantoq; opere:tanto labore/& impēdio cõſtat:quod hominis mē
tem mutet:ac furorē gignat:milibus ſcelerum huic deditis tãta dulcedine: vt magna pˢ
nõ aliud vitæ p̄miũ itelligat. Quinimo vt plus capiamꝰ:ſucco frangũtur vires:& alia irritamēta exco
gitant. Ac bibendi cauſa etiam venena cõficiuntur. Aliſs cicutam p̄ſumētibus:vt bibere mors cogat
Aliſs pumicis farinam:& q̃ referendo putet docere. Cautiſſimos ex iſs balneis quoq; coqui videmꝰ
exanimeſq; efferri. Iam vero alios lectum expectare nõ poſſe:immo vero nec tunicam. Nudoſq; ibi
ꝓtinus/& anhelos ingētia vaſa corripe:velut ad oſtentationẽ viriũ/ac plene infũdere:vt ſtatim euo
mant:rurſuſq; hauriant. Idq; iterũ tertioq;:tanq̃ ad ꝑdēda vina geniti:& tanq̃ effundi illa non poſſint:
niſi per humanum corpus. Ad hęc pertinent peregrinæ exercitationes:& volutatio in cœno:ac pe-
ctoroſa ceruicis reparandæ oſtentatio. Per omnia hæc p̄dicant ſitis quæri. Iam vero quę vaſa adulte *vel repandę.*
riſs celata:tãq̃ ꝑ ſe parum doceat libidines temulētia: Ita vina ex libidine hauriũtur:atq; etiã præ- *Ad qd ebrie/*
mio inuitatur ebrietas. Et ſi diſs placet:emitur alius vt vel quãtum biberit tãtum edat :& preciũ vio *tas hũanos*
lentię lege accipit. Alius quantum alea quęſierit:tãtum bibit. Tunc auidi matronam oculi licentur. *nõ cogat.*
Tunc graui produntur marito. Tunc animi ſecreta proferũtur. Aliſ teſtamenta ſua nuncupant. Aliſ
mortifera loquuntur:rediturasq; per iugulum voces non continēt:q̃ multis ita interemptis. Vulgoq; *Libido ebrie*
veritas iam attributa vino eſt. Interea vt optime cadat:ſolem orientem nõ vidēt:ac minus diu viuũt *tatis p̄mium*
Hinc pallor: & genæ pendulæ:oculorum vlcera:tremulę manus:effundētes plena vaſa/& q̃ ſit pœ-
na præſens:furiales ſomni:& iquies nocturna. Pręmiumq; ſummum ebrietatis libido portētoſa/ac iu *Ebrietas me*
cundum nephas. Poſtera die ex ore halitus fœtidi:ac fere rerũ omnium obliuio:morſq; memoriæ. *morię mors.*
Rapere ſe ita vitam prædicãt priorem diem quotidie perdant:illi vero & venientē. Tiberio Claudio *Tricõgiꝰ ab*
principe ante hos quadraginta annos inſtitutum:vt ieiuni biberent:potuſq; vini antecederēt cibos: *ebrietate nõ*
externis & hoc artibus:ac medicorũ placitis nouitate aliqua ſeſe commendãtium. Gloriã hac virtu- *mē ſumpſit.*
te parthi quęrunt. Famam apud græcos Alcibiades meruit. Apud nos cognomen etiam nouellius
Tricongius Mediolanēſis ad proconſulatum vſq; e prætura honoribus geſtis tribus congiſs(vnde &
cognomen illi fuit)epotis vnõ impetu:ſpectante miraculi gratia Tiberio principe in ſenecta iam ſe-
uero:atq; etiam alias ſęuo. Sed ipſa iuuēta ad merum ꝓnior fuerat. Eademq; commēdatione credi
dere. L. Piſonem vrbis romę curatorem ab eo delectum:q; biduo/duabuſq; noctibus per potationē
continuaſſet apud ipſum iam principem. Nec alio magis Druſus Cęſar regeneraſſe patrem Tiberiũ
ferebatur. Tricongiſ rara gloria:quando & hęc ars ſuis legibus conſtat:non labaſſe ſermõe:nec leua *mirabiles po*
tum vomitione:nõ altera corporis parte. Dum biberet matutinas obiſſe vigilias:plurimum hauſiſſe *tores.*
vno potu. Plurimum aliſs minoribus addidiſſe:optima fide:nõ reſpiraſſe in hauriēdo:neq; expuiſſe:
nihilq; ad elidēdum in pauimentis ſummum ex vino reliquiſſe:diligenti ſcito legum contra bibendi
fallacias. Tergilla Ciceronem. M. F. binos congios ſimul haurire ſolitum ipſi obiſcit. M. q;. Agrip-
pę a marcido/ac temulento ſyphum impactum. Etenim hæc ſunt ebrietatis opa. Sed nimirũ hãc glo
riam auferre Cicero voluit interfectori patris ſui. M. Antonio. Is enim ante eum auidiſſime apprehē *M. Antoniꝰ*
derat hãc palmam:ędito etiã volumine de ſua ebrietate:quo patrocinari ſibi auſus approbauit pla- *vir vndiq; q;*
ne(vt equidem arbitror)quãta ꝑ temulētiam mala terrarum orbi intuliſſet:exiguo tēpore ante præ- *temulentus.*
lium actiacum illud volumē euomuit. Quo facile intelligat ebrius iam ſanguine ciuium:& tãto ma-
gis eum ſitiens. Nanq; & hæc neceſſitas vitium comitatur:vt bibēdi conſuetudo augeat auiditatem.
Scitumq; eſt ſcytharum legati q̃to plus biberint:tanto magis ſitire parthos. Eſt & occidētis populis
ſua ebrietas:fruge madida. Pluribuſq; modis ꝑ gallias/hiſpaniaſq; nominibus aliſs:ſed ratione eadē *Aduerte.*
Hiſpaniſ iam & vetuſtatem ferre ea genera docuerũt. Aegyptus quoq; e fruge ſibi potus ſimiles exco
gitauit. Nullaq; in parte mundi ceſſat ebrietas. Meros quippe hauriũt tales ſuccos:nec diluēdo vt vi
na mitigant. At hercule illic tellus fruges parere videbatur. Heu mira vitiorum ſolertia inuentum ē:
quemadmodũ aqua quoq; inebriaret. Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi:intus vini:
foris olei:arborum e genere ambo præcipui. Sed olei neceſſarius. Nec ſegniter vita in eo elaborauit:
Quanto tamen in potu ingenioſior apparebat ad bibēdum generibus centumnonagintaquinq;. Si
ſpecies vero æſtimetur pene duplici numero excogitatis:tantoq; paucioribus olei. De quo in ſequēti
volumine dicemus.

## ℂCAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DECIMVSQVINTVS.

ℂNaturæ frugiferarum arborum. CAP. I.

OLEAM THEOPHRASTVS CELEBERRIMVSE GRAECORVM
auctoribus vrbis Romæ anno circiter quadringẽteſimo quadrageſimo negauit:
niſi intra.xl.millia paſſuum a mari naſci. Feneſtella vero omnino non fuiſſe in ita
lia/hiſpania/atq; africa. Tarquinio Priſco regnãte:ab annis ppli romani.clxxxiij
Quæ nũc peruenit trans alpes quoq;/& in gallias/hiſpaniaſq; medias. Vrbis qui-
dem anno quingenteſimoquinto. Appio Claudio Cęci nepote. L. Iunio cõſ.olei
librę duodenis aſſibusveniere. Et mox anno.dc.octogeſimo.M.Seruiꝰ.T.F.ędi
lis currullis olei denas libras ſingulis aſſibus præſtitit populo Romano/per totuȝ
annum. Minus ea mireẽ qui ſciat poſt annos·xxij. Cn. Pompeij quarto cõſulatu oleum prouincijs ita
liam miſiſſe. Heſiodus quoq; in primis cultum agrorum docendam arbitratus vitam:negauit oleę ſa
torẽ fructũ ex ea pepiſſe quenq̃. Tam tarda tũc res erat. At nũc etiam in plãtarijs ferũt: trãſlatarumq;
altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat prouenire in frigidiſſimis oleaȝ:neq; in calidiſſimis
Genera earum tria duxit Virgilius :orchites:& radios:& pauſias. Nec deſiderare raſtros:aut falceȝ
vllam:aut curam. Sine dubio & in ijs ſolum maxime/cœlumq; referre. Veruntamen attundentur ſi-
cut & vites/atq; etiam interradi gaudent Conſequẽs earum vindemia eſt:arſq; vel maior oleo q̃ mu-
ſta temperandi. Ex eadem quippe oliua differũt ſucci. Primum omnium cruda/atq; nõdum inchoa-
tę maturitatis:hæc ſapore præſtãtiſſimo. Quin & ex ea prima vnda preli laudatiſſima:ac deinde per
diminutiones/ſiue(vt nuper inuẽtum ẽ)exilibus regulis/pede incluſo. Quãto maturior bacca:tanto
pinguior ſuccus:minuſq; gratus. Optima autem ætas ad decerpendum : inter copiam/ bonitatemq;
incipente bacca nigreſcere. Noſtri vocãt drupas:gręci vero drypetas. Cætero diſtat an maturitas il-
la in torcularibus fiat:an ramis. Irrigua fuerit arbor:an ſuo tãtum bacca ſucco. Nihilq; aliud q̃ rores
cœli biberit.

## ¶De oleo. CA.II

VEtuſtas oleo tedium affert:non item vt vino. plurimumq; ętatis ãnuo eſt:prouida ſi libeat
intelligere natura. Quippe temulẽtiæ naſcẽtibus vinis vti neceſſe nõ eſt. Quinimmo in-
uitat ad ſeruandum blanda inueterari caries· Oleo voluit parci:fecitq; veteratuȝ ea neceſ
ſitate promiſcuum. Et vulgo principatuȝ ni hoc quoq; bono obtinuit italia toto orbe:ma
xime agro ue nafrano:eiuſq; parte quę licinianum fundit oleum:vnde & licinię gloria p̃cipua oliuæ.
Vnguẽta hanc palmã dedere:accommodato ipſis odore. Dedit & palatum delicatiore ſentẽtia. Cę-
tero baccas liciniæ nulla auis appetit. Reliquum certamẽ inter iſtrię terram/& beticę par eſt. Vicina
bonitas prouintijs:excepto africæ frugifero ſolo. Cæteris totum id natura cõceſſit. Oleuȝ/ac vinum
inuidit tãtum:ſatiſq; glorię in meſſibus fecit. Reliqua erroris plena:quem in nulla parte vitę numero
ſiorem eſſe docebimus.

## ¶De natura oliuę:& oleæ incipientis. CA.III.

OLiuæ conſtãt nucleo:oleo:carne:amurca. Sanies eſt hæc eiꝰ amara. Fit ex aquis. Ideo ſicci
tatibus minima:riguis copioſa. Suꝰ qdẽ oliuæ ſuccus eſt oleum:idq; p̃cipue ex immatu-
ris intelligimus:ſicut de omphacio docuimꝰ. Augeẽ oleũ ab arcturi exortu ad.xvi. kalen.
octob. Poſtea nuclei increſcũt:& caro. Cũ ſitiẽti hymbres:copioſi acceſſere: vitiaẽ oleũ in
Vel ſucci amurcã. Huius color oliuã cogit nigreſcere. Ideoq; incipiẽte nigricia minimũ amurcæ:ante eã nihil.
Et error hoiȝ falſus exiſtimãtium maturitatis initiũ:qđ eſt vitio ꝓximum. Deinde ꝙ oleum creſcere
oliuæ carne arbitrãtur:cum ſuccus omnis in corpus abeat:lignũq; intꝰ grãdeſcat. Ergo cũ maxie rigã
tur. Quod vbi cura multa ſine hymbribus accidit oleũ abſumiẽ:niſi ſecuta ſerenitate:quę corpus ex-
tenuet. Omnino enim vt Theophraſto placet:eſt olei cauſa calor. Quare & in torcularibus etiã in cel
lis multo igni quęriẽ. Tertia eſt culpa in parſimonia:quoniam ꝓpter impẽdium decerpẽdi expectaẽ
vt decidat oliua. Qui mediũ tempamẽtũ in hoc ſeruãt:perticis decutiũt:cũ iniuria arborũ ſequentis
Lex oliuantibus lata. anni dãno. Quippe oliuãtibus lex antiquiſſima fuit. Oleam ne ſtringito neve verberato. Qui cautiſſi
me agunt:harundine leui ictu:nec aduerſos percutiũt ramos. Sic quoq; alternare fructus cogitur de
cuſſis germinibus. Nec minus ſi expetaẽ vt cadat. Hęrãdo enim vltra ſuum tempus abſumũt venien
tibus alimẽtum:& detinent locum. Argumẽtum eſt:ꝙ niſi ante fauonium collectę:nouas vires reſu-
munt:& difficilius cadũt. Primũ ergo ab autumni colligiẽ initio opere nõ natura poſia:cui plurimuȝ
carnis:mox orchites/quibus olei:poſt radios. Has enim ociſſime occupat ęſtas:qa ſunt tenerrimę:&
amurca cogit decidere. Differũtur vero etiam in martium menſem calloſę:cõtra humorẽ pugnaces
ob idq; minimæ:licinia:cominia. Contra ſergia:quam ſabini regiam vocãt:non ante fauonij flatum
nigreſcẽtes:hoc eſt ad.vi.idus feb. Tũc arbitranẽ eas matureſcere:& quoniã ꝓbatiſſimũ fiat ex iſs ole
um. Accedere etiã ratio prauitati videtur. Ferũtq; frigore ſterilitatẽ fieri ſicut copiam maturitate:cũ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0242-8
DFG

ſit illa bonitas non temporibus:ſed generis tarde putreſcentis in amurcam.Similis error collectaȝ
ſeruandi in tabulatis:nec priuſq̄ ſudet premendi:cũ omni hora oleuȝ decreſcat:amurca augeatur.
Itaqꝫ vulgo non amplius ſenas libras ſingulis modis exprimi dicũt.Amurcæ menſuram nemo agit
quanto eo copioſior reperiatur in eodem genere diebus adiectis.Omnino in vita error publicus.
ri debet ternos pedes bipalio alte in area reijci quaternorum pedum fermẽto:ita vt in pedes binos
foſſa procedat. Foſſatum purgari & extendi ne crudum relinquať. Verum & ex menſura. Male pa=
ſtinatum deprę hendũt ſcanna inæqualia. Metiẽda eſt & ea pars quæ interiacet puluinis. Surculi ſe=
runť & in ſcrobe & in ſulco longiore:ſuper quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra
niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minus q̃ duos integi oportet:& proximã attingi terram:& eodem pa=
xillo deprimi & ſpiſſari. Intereſſe in plantario ſexquipedes inter bina ſemina in latitudinẽ:in longi=
tudinẽ ſemiſſes. Ita ſatos malleolos. xx. iiij. menſe recidere ad imũ articulum:niſi ipſi parcatur. Ocu
loruꝫ inde materia emicat cum aqua. xxxvi. menſæ viuæ radix transferť. Eſt & luxurioſa ratio vites
ſerendi:vt quattuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxurioſa: atq; ita vel per oſſa
bubuli cruris vel per colla fictilia traiecti obruẽtur binis eminẽtibus gemmis. Humeſcũť hoc modo
reciſiq; palmitẽ emittũt. Poſtea fiſtula fracta radix libere capit vires:vuamq; fert:& omniũ corporũ
ſuorum acinos. In alio genere inuẽtu nouitio finditur malleolus:medullaq; eraſa in ſe colliganť ipſi
caules:ita vt gemmis parcatur omnimodo. Tum malleolo in terram fixo mixta ſeritur: & cum ſpar
gere cœperit caules deciditur:foditurq; ſæpius. Talis vuę acinos nihil intus ligni habituros. Collu=
mella promittit:cũ viuere ſemina ipa perq̃ mirũ ſit:& medulla adẽpta naſci. Surculus etiam quibuſ
dam fit articulatio arboris nõ omittendum videť. Nam buxi tenuiſſimis quinis ſeniſue colligatis de
pacti proueniunt. Quodam in obſeruatione etiam vt defringerentur ex imputata buxo:aliter viue
re nõ crediti. Detraxere hæc experimenta ſeminarij curaq;. Sequitur vinearum ratio. Quinq; gene=
rum hæ. Sparſis per terram palmitibus aut per ſe vite ſubrecta:vel cum amminiculo ſiue iugo Aut Vinearum ra
pedatę ſimplici iugo. Aut cõpluuitatę quadruplici. Quæ pedatę ratio erit eadẽ intelligiť ei⁹ quoq; tio diuerſa.
in qua ſine amminiculo vitis per ſe ſtabit. Id enim nõ fit niſi pedamenti inopia. Simplici iugo cõſtat
porrecto ordine quem cãterium appellãt. Mediorq; ea vino:quãdo ſibi ipſa non obũbrat: aſſiduoq;
ſole coquitur. & afflatum magis ſentit & celerius roreꝫ dimittit. Pãpinationi quoq; & occationi om=
niq; operi facilior. Super cętera defloreſcit vtilius. Iugũ fit ptica aut harũdine aut crine funiculoue
vt in hiſpania:arunduſioq;. Compluuiata copioſior vino eſt dicta a cauis. ædium compluuijs. Diui=
ditur in quaternas partes totidẽ iugis. Huius ſerẽdi ratio dicetur eadem valitura in omni genere:in
hoc vero numeroſior tãtum. His vero tribus ſeriť modis. Optime in paſtinato:proxime in ſulco: no
uiſſime in ſcrobe. De paſtinatione dictum eſt.

## De ſulco & vinearum putatione. CA.XXII.

SVlco latitudo palæ eſt. Scrobibus ternorum pedum in quãcunq; partẽ. Altitudo in quo=
cunq; genere tripedalis:ideo nec vitis minor trãſferri debet. Exatura etiãnum duab⁹ gẽ=
mis. Emolliri terram minutis in ſcrobe ima ſulcis fimoq; miſceri neceſſariũ. Cliuoſa altio
res poſcunt ſcrobes. Pręterea puluinatis a deuexitate labris. Quę ex ijs longiores fient:vt
vites binas accipiant. E diuerſo aliæ locabunť. Eſſe vitis radicem in media ſcrobe oportet. Sed ipſaꝫ
innixam ſolido in oriẽtem æquinoctialẽ ſpectare adminicula prima e calamo accipere. Vineas limi
tari decumano. xviij. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus:aliiſq; cõuerſis limiti
bus. Denum pedum diſtingui p media iugera. Aut ſi maior modus ſit:totideꝫ pedum cardine quot
decumano leuitari. Semper vero quintanis ſemitari. hoc eſt in quinto quoq; palo ſingulę iugo pagi
ne includanť. Solo ſpiſſo non niſi repaſtinato:nec niſi viuere radicem fert. Tenero & ſoluto vel mal
leolum ſulco vel ſcrobe. In colles ſulcos agere tranſuerſos melius q̃ paſtinare vt defluuia palis coruꝫ
cõtineanť. Aquoſo cœlo vel ſicco ſolo melleolos ſerere autumno:niſi ſi tractos ratio mutauerit. Sic
cus enim & calidus autumno poſcit ſeri. Humidus frigiduſq; etiaꝫ veris exitu. In arido ſolo viuę ra
dix quoq; fruſtra ſeritur. Male & in ſiccis malleolus:niſi poſt hyemẽ. Aut in riguis vel frondẽs vitis
& vſq; ad ſolſtitium recte vſq; ver vt in hiſpania. Quieſcere ventos ſationis die vtiliſſimum. Plęriq;
auſtros optant. Cato abdicat. Intereſſe medio temperamento inter binas vites oportet pedes qnos.
Minimum autem læto ſolo pedes quaternos. Tenui plurimum octonos vmbri & marſi ad vicenos

intermittunt arationis gratia in iјs:quę vocant proculeta.Pluuio & caliginoſo tractu rariores poni-
ſicco denſiores congruit.Subtilitas parſimonię cõpendia inuenit.Cum vinea in paſtinato ſerat̃ ob-
iter ſeminarium faciendi vt viuæ radix loco ſuo.& malleolus qui transferatur inter vites ordine ſera
tur.Quæ ratio in iugero circiter.xvi.viuę radicem donat.Intra biennium autem fructus quo tardiꝰ
in ſato prouenit q̃ in tranſlato.Viui radix poſita in vinea poſt annum reſecatur vſq; ad terram:vt vnꝰ
tantum emineat oculus ãminiculo iuxta affixo & fimo addito.Simili mõ & ſecũdo anno recidit̃ vi-
reſq; concipit:& intra ſe paſcit ſuffecturas oneri:alias feſtinatiõe pariendi graciliſcat: ac mucida(ni
cohibeatur)caſtigatione tali in fœtum exeat tota.Nihil auidius naſcitur:ac niſi ad pariendum vires
ſeruẽtur:tota fit fœtus.Pedamenta optima quę diximus aut radice: robur:oleaq;:aut ſi nõ ſint pa
li:iunipero:cupreſſo:alburno:ſambuco.Reliquorum generum ſudes omnibus ãnis reciduntur.Sa-
luberrima in iugo harundo connexa faſciculis durat quinis annis.Cum breuiores palmites ſarmẽto
iungũtur inter ſe funium:modo ex hoc arcus funera dicuntur.Tertius vineæ annus palmitem velo
cem robuſtumq; emittit in quem faciat ætas vitem.Hic in iugum inſilit. Quidam tunc excecant eũ
ſpina falce auferendo oculos:vt noxia iniuria longius euocent.Vtilior enim cõſuetudo pariendi:ſa-
tiuſq; pãpinos adiudicate detergere vſq; quo placeat roborari eã.Sunt qui vetãt tangi proximo an-
no:quo tranſlata ſit:neq; ante quadrageſimum mẽſem falce curari.Tunc autem ad tres gemmas re
cidi.Aliј proximo quidem anno recidunt. Sunt vt ternos quaternoſue ſingulis annis adiјciunt arti-
culos:quarto demum perducant ad iugum.Ideo vtriuſq; fructũ tardum.Pręterea retorridu3 & no-
doſum puluinoſũq; reddit incremento.Optimũ autem matrem eſſe firmam:poſtea fœtum audacẽ.
Nec tutum eſt quod cicatricoſum:magno imperitiæ errore.Quicquid eſt tale plagis naſcitur non e
matre.Totas enim habet illas vires dum roboratur:& annos accipit tota fœtus:cum permiſſũ fue-
rit naſi.Nil natura portionibus parit.Quę cum excreuerit ſatis firma protinus in iugo collocari de-
bebit.Sin etiamnum infirmior erit:ſub ipſo iugo hoſpitari:reciſa viribus non ætate decernitur. Te-
merarium eſt ante craſſitudinem pollicarem viti imperare.Sequẽti anno palmites ſalutẽtur ꝓ viri-
bus matris ſinguli aut gemini.Idẽ & ſecũdo ſi cogit infirmitas nutriãtur.Tertioq; demũ anno duo
☞ Vitis mira fecunditas.
adiјciantur.Nec ſũt plures quaternis vnq̃ permittendi.Breuiterq; non indulgendum eſt:& ſemp in
hibenda fœcunditas.In ea eſt eni3 natura:vt parere malit q̃ viuere.Quicquid materię adimitur fru
ctui accedit.Illa ſemina mauult q̃ fructum gigni quonia3 fructus caduca res eſt.Sic pernicioſe luxu
riat:nec ampliat ſe ſed egerit.Dabit cõſilium & ſoli natura.In macro etiam ſi vires habebit: reciſa ĩ-
tra iugum moretur:ne omnis fœtura ſub eo exeat.Minimum id eſſe debebit interuallu3:vt attingat
iugum ſuperetq; nõ teneat:adeo nõ recumbat in eo nec delicate ſe ſpargat. Ita temperetur hic mo
dus:vt creſcere etiam malit q̃ parere.palmes duas treſue gẽmas ſub iugo habere debet ex materiјs
quibus materia naſcatur.Tunc per iugum mergi alligariq; vt ſuſtineatur iugo nõ pendeat.Vinculo
mox aſtrictus a tertia gemma alligari:quoniam & ſic coerceturimpetus materię.Denſioreſq; circa
pampini exultant:cacumen religari vetãt Natura hæc eſt deiecta pars aut pręligata fructũ dat plu-
rimumq; ipſa curuatura.Quod citra eſt materiem mittit:offenſãte credo ſpiritu & illa que3 dixímꝰ
medulla.Quę ita emicuerit materia fructum dabit anno ſequente.Sic duo genera palmitũ.Quod e
duro exit materiamq; in proximu3 annũ promittit:pampinariũ vocatur.Aut vbi ſupra cicatricẽ eſt
fructuarium.Alterum ex adminiculo palmite ſempq; fructuarium relinquit̃ ſub iugo. Et qui vocat̃
cuſtos.Hic eſt nouellus palmes nõ longior tribꝰ gẽmis:ꝓximo anno materiam daturꝰ: ſi vitis luxu
ria ſe cõſumpſerit.Et alius iuxta eu3 verucę magnitudine qui ferũculus appellat̃.Si forte cuſtos fal-
lat.Vitis añq̃ ſeptimũ ãnũ cõpleat a ſurculo euocata ad fructũ ei iuueneſcit:ac morit̃. Nec veterem
placet palmitẽ in longũ & ad quartũ vſq; pedamentũ emitti:quod aliј dracones:aliј iuniculos:vt fa
ciant quę maſculeta appellãt.Cum induruit vitis peſſimum in vinea traducere.Quinto anno & ipſi
palmites intorquẽtur:ſingulæq; e ſingulis materię emittunt̃:ac deinde ꝓximis prioreſq; amputan-
tur.Semper cuſtodem relinqui melius.Sed iјs ꝓximus viti eſſe debet:nec longior q̃ dictum eſt.Et ſi
luxuriauerint:palmites intorqueri vt quattuor materias vł duas ſi vniiuga erit vinea emittat. *Si per*
ſe vitis ordinabit̃ ſine pedamẽto.qualecũq; tamẽ initio adminiculum deſiderabit:dum ſtare condi-
ſcat:& recta ſurgere.Cætera primordia eadẽ.Diuidi autem putatione pollicis inęquali examine vn
diq; ne pregrauet fructus parte aliqua obiter idẽ deprimẽs ꝓhibebit in excelſum imicare. Huic vi-
neæ trium pedũ altitudo excelſior nutat:cæteris a quinto:dũ nõ excedat hominis longitudinem iu-
ſtam.Iis quoq; quę ſpargũtur in terra breuis ad initendum caueas circundant: ſcrobibus p ambitu3
actis:ne vagi palmites inter ſe pugnent occurſantes. Maiorq; pars terrarum ita ſupinam in tellure
vindemiam metit.Siquide3 & i africa & in ęgypto ſyriaq; a tota aſia & multis locis europæ *hic* mos
pręualet.Ibi ergo iuxta terrã comprimi debet vitis.Eodẽ modo & tpe nutrita radice:quo iniugata

vinea: vt ſemp tantum pollices relinquãtur fertili ſolo cũ tribus gẽmis graciliore gnis. Præſtatq; multos eſſe q̃ longos. Quę de natura ſoli diximus tãto potentiora ſentientur: quãto ꝓpior fuerit vua terræ. Genera ſeparari: ac ſingulis cõſeri tractibus vtiliſſimũ. Mixtura em̃ generũ etiam in vino nõ modo in muſto diſcors. Aut ſi miſcãtur nõ alia q̃ pariter matureſcentia iungi neceſſarium. Iuga altiora/ quo letior ager/ & quo planior: Item roſcido nebuloſo/ minuſq; ventoſo conueniunt. Cõtra humiliora gracili/ & arido: æſtuoſo: ventiſq; expoſito. Iuga ad pedamẽtum q̃ arctiſſimo modo vinciri oportet vitem leui contineri. Quę genera vitium & quali ſolo/ cœloq; eſſent conferenda cũ enumerarem naturas earũ/ & vinorũ notauimus. De reliquo cultu vehemẽter ambigit̃. Plęriq; æſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubẽt vineaƺ. Aliȷ vetãt gẽmantem: decuti em̃ oculos/ tractuq; intrãtium deteri. Et ob id arcendum procul omne quidem pecus: ſed maxime lanatum: quoniã facillime auferat gẽmas. Inimicos & pubeſcente vua roſtros. Satiſq; eſſe vineam ter anno cõfodi: ab equinoctio verno ad vergiliarũ exortum: & canis exortum: & nigreſcente acino. Quidam ita determinãt. Vetereƺ ſemel a vindemia ante brumaƺ cum aliȷ ablaqueare/ & ſtercorare ſatis putẽt. Iterꝫ ab idibus aprilis: anteq̃ cõcipiat: hoc eſt in .vi. idus maiȷ. Deinde prius q̃ florere incipiat: & cum defloruerit: & variãte ſe vua. Peritiores affirmant ſi iuſto ſępius fodiat̃: in tm̃ tenereſcere acinos: vt rumpãtur. Quę fodiũtur ante feruentes horas diei fodiendas cõuenit. Sicuti lutum neq; arare: neq; fodere. Foſſione puluerem excitatum contra ſoles/ nebulaſq; ꝓdeſſe. Pampinatio verna in cõfeſſo eſt ab idibus maiȷs intra dies .x. vtiq; anteq̃ florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri. De ſequẽte variant ſententiæ. Cũ defloruerit aliqui pampinãdum putãt. Aliȷ ſub ip̃a maturitate. Sed de his Catonis p̃cepta decernet. Nãq; & putationũ tradẽda ratio eſt. Protinus hãc a vindemia vbi cœli tepor ĩdulget adoriũtur. Sƺ hoc fieri nũq̃ debet ratione naturę ante aquilæ exortum: vt in ſiderum cauſis docebimus ꝓximo volumine/ Immo vero fauonio: quoniam anceps culpa ſit p̃propę feſtinationis. Si ſaucias recenti medicina mordeat q̃dam hyemis ruminatio certum eſt gemmã earũ frigore hebetari: plagaſq; findi. Et cœli vitio exuti oculos lachryma diſtillãte. Nam gelu fragiles fieri quis neſciat? Oparũ iſta computatio eſt. In latifundis non legitima naturæ feſtinatio quo maturius putant̃ aptis diebus: eo plus materie fundũt: quo ſerius eo fructum vberiorem. Quare macras prius cõuenit putare: validas nouiſſime. Plagam omnem obliquam fieri: vt facile decidant hymbres: & ad terram verti q̃ leuiſſima cicatrice: alcie: falce: exacta plagaq; cõuellata. Recidi aũt ſemper inter duas gẽmas: ne ſit vulnus oculis in reciſa parte. Nigrã eẽ eam exiſtimãt: & donec ad ſinceram veniat̃ recidendam: quoniam e vitioſa materie vtilis non exeat. Si macra vitis idoneos palmites non habeat: ad terrã recidi eã: nouoſq; elici vtiliſſimuƺ. In pãpinatione nõ hos detrahere pãpinos: qui cũ vua ſint. Id enim vuas ſupplãta: p̃terq̃ in nouella vinea. Inutiles iudicantur in latere nõ ab oculo. Quippe etiam vua quæ naſcatur e duro rigeſcẽte vt niſi ferro detrahi nõ poſſit. Pedamẽtum qdã inter duas vites vtilius putãt ſtatui: & facilius ablaqueat̃: ita: meliuſq; ẽ vniiugę vineæ: ſi tamẽ & ipſi iugo ſint vires: nec flatui infeſta regio. In quadripartita q̃ ꝓximũ oneri adminiculum eſſe debet ne tamen impedimẽtum ſentiat ablaq̃atio cubito abeſſe nõ amplius. Ablaqueari aũt priuſq̃ putari iubẽt. Cato de omni cultura vitium ita p̃cipit. Quã altiſſimaƺ vineam facito: alligatoq; recte duƺ ne nimiũ cõſtringas: hocq; modo eã curato. Capita vitiũ putata circũfodito. Arare incipito. Vltra/ citraq; ſulcos ꝑpetuos ducito. Vites teneras q̃ primũ ꝓpagato. Veteres q̃ minimuƺ caſtrato. Potius ſi opus fuerit deiȷcito: biennio poſt p̃cidito. Vitẽ nouellã reſecari tũ erit tp̃s: vbi valebit. Si vinea ab vite caluata erit ſulcos interponito: ibiq; viuam radicem ſerito. Vmbrã a ſalucis remoueto: crebroq; fodito. In vinea veteri ſerito ocimũ. Si macra erit quod granũ capit ne ſerito. Et circũ capita addito ſtercus: paleas: vinaceas: aliquid horũce: Vbi vinea frõdere cœperit: pãpinato. Vineas nouellas aligato crebro ne caulis p̃fringat̃. Et q̃ iam in ꝑticã ibit eius pampinos teneros alligato leuiter porrigitoq;. Quæ vbi recte ſteterint: vbi vua vallaria fieri cœperint. Vites ſubligato. Vitis iſitio vna eſt ꝑ ver: cum vna floret: ea optima eſt. Vineam veterem ſi in aliũ locũ transferre voles duntaxat brachium craſſum primum deputato. Binas gẽmas ne amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito. Et caue radices ne ſaucies. Ita vti fuerit ponito in ſcrobe: aut in ſulco: opitoq; : & bene occultato. Eodẽq; modo vineaƺ ſtatuito: alligato: floxatoq; vti fuerit: crebroq; fodito. Ocimũ quod in vinea ſeri iubet antiqui appellabant pabulum vmbræ patiens quod celerrime ꝓueniat.

cur vinea putatur.

## ¶Ratio arbuſtorum CA. XXIII

SEquit̃ arbuſti ratio mirũ in modũ dãnata a Sarſẽna patre/ filioq; celebrata Scrofę: vetuſtiſſimis poſt Catonem peritiſſimiſq;: ac ne a Scrofa quidem niſi vni italiæ cõceſſa: cum tam longo iudicet̃ æuo. Nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni: & in iȷs quoq; laudatiora ſummis: ſicut vberiora imis: adeo excelſitate ꝑficit̃. Hac ratiõe/ & arbores: eligunt̃ Prima oĩm vlmus: excepta ꝓpter nimiã frõdẽ atinia. Deĩde populus nigra eadẽ de cã minus denſa folio. Non ſpernunt plæriq;

Vina in arbuſtis nobilia.

& fraxinum/ficumqꝫ etiam oleam:ſi non ſit vmbroſa ramis. Harū ſatus/cultuſqꝫ abūde tractatus eſt
Ante triceſimumſextum mēſem attingi falce vetātur. Alterna ſeruanť brachia. Alternis putātur an-
nis. Sexto anno maritāť. Trāſpadana italia ꝑter ſupradicta:cornu:populo:tilia:acere:omo:carpino
quercu arbuſtat agros. Venetia ſalice ꝓpter religionē ſoli. Et vlmus detrūcata a media inter ramoꝝ
ſcāna dirigitur:nulla fere.xx.pedū altiore arbore. Tabulata earū ab octauo pede altitudinis dilatā
tur in collibus/ſicciſqꝫ agris. A duodecimo in cāpeſtribus/& humidis. Meridianū ſolē ſpectare palmi
tes debēt. Rami a ꝓiectu digytorū mō ſubrigi tonſili in iis tenuium quoqꝫ virgultorū barba ne obū-
brent. Interuallum iuſtum arborū ſi aretur ſolū:quadrageni pedes in terga/frontē:in latera viceni.
Si nō aretur:hoc in oēs partes. Singulis denas ſæpe adnutriūt vites:damnato agricola minus ternis.
Maritare niſi validas inimicum:enecāte veloci vitium incremēto. Serere tripedaneo ſcrobe neceſ-
ſarium diſtātes inter ſe:arborēqꝫ ſingulis pedibus. Nihil ibi malleolis/atqꝫ paſtinatiōis. Nulla fodien
di impēdia:vtpote cū arbuſti ratio hac peculiari dote ꝑſtet:ꝙ in eodē ſolo ſeri fruges & vitibꝰ ꝓdeſt
Supqꝫ ꝙ vindicans ſe altitudo nō vt in vinea ad arcēdas animalium iniurias pariete/vel ſæpe/vel foſ
ſarū vtiqꝫ impēdio muniri ſe cogat in arbuſto. Et ꝓdicta eſt ſola viuæ radicis ratio. Item ꝓpaginū:&
Vel citra hęc gemma/vt diximus. Qualorū in ipſo tabulato maxīe ꝓbata:quoniam a pecore tutiſſima ē. Alte
ra deflexa vite/vel palmite iuxta ſuam arborem/aut circa ꝓximā cęlibem. Quod ſupra terram eſt e
matre radi iubetur:ne fruticet. In terra ne pauciores gemmæ quattuor obruūtur ad radicē capiēdā
Extra in capite binæ relinquūtur. Vitis in arbuſto quattuor pedes in longo cōſtat: omni ſulco tres la
to:altos duos cum ſemipede. Poſt annum ꝓpago inciditur ad medullā:vt paulatim radicibus aſſueſ
cat ſuis. Caulis a capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abſcidiť:reponiťqꝫ altius in
terram:ne ex reciſo frondeat. Tolli viua radix a vīdemia ꝓtinus debet. Nup reptum draconem:ita
palmitem appellamus emeritū:pluribuſqꝫ induratū annis. Hunc ꝑciſum q̃ maxima amplitudine tri
bus partibus longitudinis deraſo cortice:quatinus obruať:vnde & raſilē vocāt:deprimere ſulco:re
liqua parte ad arborem erecta ociſſimum in vite. Si gracilis ſit vitis/aut terra: viſitatum eſt q̃ ꝓxime
ſolum decidi:donec firmetur radix:ſicut neqꝫ roſcidam ſeri:neqꝫ ſeptētrionis flatu. Vites aquilonem
ſpectare debēt ipſæ:palmites aūt earundem ad meridiem. Nō eſt feſtinādum ad putationem nouel-
læ:ſed primo in circulos materies colligēda:nec niſi valide putatio admouēda. Seriora ferre āno ad
fructum arbuſta q̃ vitis iugata. Sunt qui omnino putari vetāt priuſq̃ arborū longitudinem æquaue-
rit. Prima falce ſex pedes a terra recidatur flagello ifra relicto/& naſci coacto incuruationē materiæ.
Tres ei gemmæ nō ampilus deputato ſupſint. Exqꝫ iis emiſſi palmites proximo anno imis inferātur
ſcānis:ac ꝑ ſingulos annos ad ſuperiora ſcādāt:relicto ſemper duramēto in ſingulis tabelatis: & emiſ
ſario vno/qui ſubeat vſqꝫ quo placuerit/De cętero putatiōe omni flagella/quæ ꝓxime tulerint recidā
tur. Noua circūciſis vndiqꝫ capreolis aſꝑgātur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis ꝑ ramos vitiū
crinibus circūueſtit arborem:crineſqꝫ ipſos vuis. Gallica in traduces porrigiť. Aemilię vię in radices
atiniarum ambitur frōdem earū fugiēs. Eſt quorūdam imperitia ſub ramo vitem vinculo ſuſpenden
di ſuffocātium iniuria:quādo contineri debet vimine nō arctari. Quinimmo etiam quibus ſalices ſu
perſunt molliore hoc vinculo facere malunt:hærbaqꝫ quam ſiculi vocāt ampelodeſmē. Græcia vero
vniuerſa iunco:cypero:vlua. Liberam quoqꝫ vinculo ꝑ aliquot dies vagari:& incōditam ſpargi:atqꝫ
in terra/quam per totum ānum ſpectauerit:recūbere. Nāqꝫ vt veterrina a iugo/& canes a curſu volu-
tatio iuuāt:ita tum & vitium porrigi lumbos. Arbor quo ipſa gaudet aſſiduo leuata onere ſimilis reſ
ſpiranti. Nihil eſt in ope naturę:quod nō exemplo dierū/noctiūqꝫ aliquas vices feriarū velit:ob id ꝓ
tinus a vindemina putari. & laſſas etiamnū fructu edito improbať:vt putatæ rurſus alligenť alio lo-
co. Nāqꝫ orbita vinculi ſentiť vexatiōe nō dubia. Traducis gallicę cultura binis vtriqꝫ lateribus:ſi ꝑs
Aduerte. quadrageno diſtet ſpatio:quaternis. Viceno iter ſe obuii miſcenť:alliganťqꝫ vno cōciliati virgultoꝝ
comitatu obiter ligati:qua deficiāt. Aut ſi breuitas nō patiať ipſoꝝ adalligato ꝓtēdunť in viduā ar-
borem iunco. Traducē bimum ꝑcidere ſolebāt. Oneratis enim vetuſtate melius donare tp̄s vt tranſi
lem faciant:ſi largiať craſſitudo. Alias vtile toros futuri draconis paſci. Vnum etiamnū eſt mediū in-
ter hęc/& ꝓpaginem. Totas ſupplatādi in terram vites:cuneis findendi: & in ſulcos plures ſimul ex
vna ꝓpagādi gracilitate ſingularū firmata circūligatis baſtilibus:nec reciſis/qui a lateribus excurrūt
pampinis. Nouarieſis agricola traducū turba nō cōtētus:nec copia ramorū ipoſitis etiānū patibulis
palmites circūuoluit. Itaqꝫ ꝑter ſoli vitia cultura quoqꝫ torua fiūt vina. Alia culpa iuxta vrbem vara-
cinis:quæ alternis putātur annis:nō quia id viti cōducat:ſed quia vilitate redituum impēdia exupēt.
Medium tempamētum in carſulano ſequūtur:carioſaſqꝫ tātum vitis partes incipiētes marceſcere de
putando:cęteris ad vuam relictis detracto onere ſupuacuo ꝓ nutrimēto omni eſt raritas vulneris. Sꝫ
niſi pingui ſolo talis cultura degenerat in labruſcam. Arbuſta arari q̃ altiſſime deſiderāt: & ſi tātum

frumenti ratio non exigit.Pampinari ea nō eſt moris:& hoc compendium opere.Deputãtur cum vi
te pariter interlucata denſitate ramorū:qui ſint ſupuacui:& abſumant alimēta. Plagas ad ſeptētrio-
nem/aut ad meridieꝫ ſpectare metuimus.Melius ſi neqꝫ in occaſus ſolis.Diu.n.dolēt talia quoqꝫ vlce
ra:& difficile ſaneſcunt algendo minus/æſtuandoue.Nō eadem in vite/quæ in arbuſtis libertas:quo
niam certa latera/& facilius abſcondere:q̄ detorquere quo velis.Plagas in arborū tōſura ſupinare ve
lut calices faciendi ne cōſiſtat humor.Viti adminicula addēda q̄ ſcādat apphēſa ſi maiores ſint.

## De ſeruandis vuis/& morbis arborum. CA.XXIIII

VItium generoſarum pergulas quinquatribus putādas:& quarū ſeruare vuas libeat decreſ
cente luna tradūt.Quæ vero interlunio ſint putatæ:nullis animalium obnoxias eſſe.Alia
ratione plena luna noctu tondēdas:cum ſit ea in leone:ſcorpione:ſagittario:tauro:atqꝫ in
totum ſerendas plena/aut creſcente vtiqꝫ cenſent.Sufficiūt in italia cultores deni in cētena iugera vi-
nearum.At abunde de ſatu/cultuqꝫ arborum tractato:quoniam de palmis/ac cytiſo peregrinis arbo
ribus aflatim diximus:ne quid deſit:indicanda reliqua natura ſit magnopere pertinēs ad omnia ea.
Infeſtanter nāqꝫ & arbores morbis. Quid enim gentium caret iis malis? Et ſilueſtrium quidē pnicio
ſos negant eſſe:vexariqꝫ tātum grādine in germinatione/aut flore.Aduri quoqꝫ feruore/aut flatu fra
giliore prępoſtero die q̄ ſuo.Frigiora etiam ꝓſunt vt diximus.Quid ergo:nōne & vites algore inter-
eunt?.Hoc quidem eſt quo dep̄hendatur ſoli vitium:quoniam nō euenit niſi in frigido.Itaqꝫ p hye-
mes cœli rigorem probamus.Nō enim ſolum infirmiſſime arbores gelu periclitantur : ſed maxime:
vexatiſqꝫ ita prima cacumina inareſcūt:quoniam præſtrictus gelu/non potuit eo peruenire humor.
Arborum quidam communes morbi:quidam priuati generum. Cōmunis vermiculatio eſt. Sidera-
tio/& dolor membrorum.Vnde partium adhibita ſocietate nominum quoqꝫ cum hominum miſeriis
trunca dicimus certe corpora/& oculos germinum exuſtos:ac multa ſimili ſorte.Itaqꝫ laborāt & fa-
me & cruditate:quę fiunt humoris quātitate. Aliquę vero & obeſitate:vt omnia quæ ferunt reſinā ni
mia pinguedine in tędam mutãtur:& cum radices quoqꝫ pingueſcere cœpere:intereūt.Vt animalia
nimio adipe q̄to & peſtilentia per genera:ſicut inter homines nūc ſeruitia/nunc plebes vrbana vel ru
ſtica.Vermiculantur magis:minuſue quædam:omnes tamen fere.Idqꝫ aues caui corticis ſono expi-
untur.Iam quidem & in hoc luxuria eſſe cœpit:prægrādeſqꝫ roborum delicatiores vt in cibo.Coſſos
vocant.Atqꝫ etiam farina ſaginati.Ii quoqꝫ altiles fiunt. Maxime autem arborum hęc ſentiunt pyri:
mali:fici.Minuſqꝫ quę amaræ ſunt:& odoratę.Eorum qui in ficis exiſtunt alii naſcūtur ex illis:alios
parit qui vocatur ceraſtes.Omnes tamen in ceraſtem figurãtur:ſonumqꝫ ædunt paruuli ſtridoris.Et
ſorbus arbor infeſtatur vermiculis ruffis/piloſis:atqꝫ ita emoritur.Meſpila quoqꝫ i ſenecta obnoxia
ei morbo eſt.Sideratio tota e cœlo cōſtat. Quapropter & grādo in iis cauſis intelligi debet:& carbū
culatio:quod pruinarum iniuria euenit.Hęc enim verno tempore inuitatis/ & erumpere audētibus
ſatis mollibus inſidēs adurit lacteſcētes germinum oculos: qnod in flore carbūculum vocant.Prui-
nę perniciosior natura:quoniaꝫ lapſa perſidet:gelatqꝫ:ac ne aura quidem vlla depellitur:quia nō fit
niſi in moto aere/& ſereno.Proprium tamen ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatum vapor:cuꝫ inſi
tę/ac nouellæ arbores moriuntur:pręcipue ficus/& vites. Olea præter vermiculationem/quam æq̄
ac ficus ſentit.Clauum etiam patitur:ſiue frugum placet dici:vel patellam.Hęc eſt ſolis exuſtio.No
cere tradit Cato & rubrum muſcum.Nocet plerūqꝫ vitibus/atqꝫ oleis nimia & fertilitas. Scabies cō
munis omnium eſt.Impetigo/& quę adnaſci ſolent cocleæ peculiaria ficorum vitia.Necvbiqꝫ.Sunt
enim quædam ægritudines/& locorum.Verum vt homini neruorū cruciatus:ſic & arbori:ac duobꝰ
ęque modis.Autē in pedes/hoc eſt radices erumpit vis morbi:aut in articulos / hoc eſt cacuminuꝫ
digytos:qui longiſſime a toto corpore exeūt.Inareſcunt ergo:& ſunt apud gręcos ſua nomina vtriqꝫ
vitio.Vndiqꝫ primo dolor:mox & macies earum partium fragilis:poſtremo tabes/morbuſqꝫ non in
trante ſucco:aut nō perueniente:maximeqꝫ id fici ſentiunt.Caprificus omnibus immunis eſt:quę ad
huc diximus.Scabies gignitur roribus lentis poſt vergilias.Nam ſi rariores fuere:perfundūt arborē
non ſcalpunt ſcabie.Cęterum ſi cadūt ſiue hymbres nimii fuere. Alio modo ficus laborat radicibus
madidis. Vitibus pręter vermiculationem/& ſiderationem morbus peculiaris articulatio tribus de
cauſis.Vna vi tēpeſtatum germinibus ablatis.Altera vt notauit Theophraſtus in ſupinū exciſis.Ter
tia culturæ imperitia lęſis Omnes enim earum iniurię in articulis ſentiūtur.Siderationis genus eſt in
his defloreſcentibus roratio.Aut cum acini priuſq̄ creſcāt decoquūtur in callum.Aegrotāt & cū alſe
re:læſis vredine attōſarum oculis.Ex calore hoc euenit intempeſtiuo:qm̄ omnia modo cōſtat:certo
qꝫ tempamēto fiunt.Et culpa vinitorū colētiū:cū p̄ſtringūtur:vt dictnm eſt.Aut circūfoſſor iniurioſo
ictu verberauit.Vel etiā ſubarator imprudēs laxauit radices:corpuſqꝫ deſquāmauit.Eſt & quædā cō
tuſio falſis hebetioris.Quibꝰ oibꝰ cauſis difficilius tolerāt frigora:aut æſtꝰ:quoniā in vlcus penetrat

Vermiculatio arborū morbus cōis.

Vel luxauit.

oīs a foris iniuria. Infirmiſſima vero malus maxime/quę dulcis eſt. Quibuſdam debilitas ſterilitateꝫ
non neceꝫ affert: vt ſi quis pino cacumen auferat palmæ. Sterileſcūt enim nec moriūt. Aegrotant ali
quādo & poma ipſa ꝑ ſe ſine abore: ſi neceſſarijs temporibus hymbres/aut tepores/vel afflatus defue
re: aut cōtrario abundauere decidunt. n. aut deteriora fiunt. Peſſimum eſt inter omnia cum deflore-
ſcentem vitem/& oleam ꝑcutit hymber: quoniā ſimul defluit fructus. Sūt eadē cauſa naſcētes/ & eru
cę dirum animal: erodūtqꝫ frondem: aliæ: florem. Oliuarū quoqꝫ vt in mileto: ac depaſtam arborem
turpi facie relinquūt. Naſcitur hoc malum tempore humido/& lento. Fit aliud ex eodeꝫ ſi ſol acrior
inſecutus inuſſerit ipſum vitium. Ideoqꝫ mutauit. Eſt etiamnuꝫ peculiare oliuis & vitibus: quod ara
neum vocant: cum veluti telæ inuoluūt fructum: & abſumunt. Adurunt & flatus qdam eas maxime:
ſꝫ & alios fructus. Nā vermiculatio bē/& poma ipſa ꝑ ſe quibuſdam annis ſentiūt mala: pyra: meſpila
punica. In oliua ancipiti euētu: quādo ſubeunt nati fructum adimunt. Augent ſi in ipſo nucleo fuere
erodentes eum. Gigni illos ꝓhibent pluuiæ quæ fiunt poſt arturū. Eædem ſi auſtrinę fuere generāt.
In drupis quoqꝫ/quæ matureſcentes tūc ſunt ꝑcipue caducæ. Id riguis magis euenit: etiam ſi non ce

In arboribuſ ęgrotatio.

ciderint faſtidiendis. Sunt & culicum genera aliquibus moleſta: vt glandibus: fico: qui vidētur ex hu
more naſci: tunc dulci ſubdito corticibus. Et ægrotatio quidem fere in his eſt. Quędam tēporū cau-
ſæ/aut locorū ꝓprię dicūtur morbi quoniam protinus necāt: ſicut tabes cuꝫ inuaſerit arborē: aut vre
do. Vel flatus alicuius regionis ꝓpri⁹: vt eſt in apulia atabulus: in euboea olympias. Hic. n. ſi flauerit
circa brumā: exurit frigore arefaciēs: vt nullis ſolibus poſtea recreari poſſint. Hoc gn̄e conualles: &
appoſita fluminibus laborāt. Præcipueqꝫ vitis: olea: ficus. Quod cum euenerit detegitˀ ſtatim in ger
minatione. In oliuis tardius. Sed in omnibus ſignū eſt reuiuiſcendi ſi folia amiſere: alioquin quas pu
tes ꝑualuiſſe: moriūtur. Nōnunꝙ inareſcūt folia: eademqꝫ reuiuiſcūt. Aliæ in ſeptentrionalibus vt in
pōto: phrygia: frigore: aut gelu laborant: ſi poſt brumam cōtinuare quadraginta diebus. Ibi aut & in
reliquis partibus ſi ꝓtinus editis fructibus gelatio magna cōſecuta eſt etiā paucis diebus necat. Quæ
iniuria hominum cōſtant ſecundas habent cauſas. Pix oleum: adeps inimica ꝑcipue nouellis. Corti-
ce in orbe detracto necātur excepto ſubere: quod ſic etiam iuuatˀ: craſſeſcēs enim ꝑſtringit & ſtrāgu-
lat. Nec andrachne offenditˀ: ſi nō ſimul incidatˀ & corpus. Alioquin & ceraſus/& tilia/& vitis corticeꝫ
mittunt: ſed nō vitalem: nec ꝓximum corpori: verū eum qui ſubnaſcente alio expellitˀ. Quarundam
natura rimoſus cortex: vt platanis. Tilię renaſcitur paulomin⁹ ꝙ tot⁹. Ergo ijs quarū cicatricē trahit
medētur luto/fimoqꝫ: & aliquādo ꝓſunt: ſi non vehemētior frigorū/vel calorū vis ſecuta eſt. Quædā
tardius ita moriūtur: vt robora/& quercus. Refert & tempus anni. Abieti enī & pino ſi qs detraxerit
ſole taurū/vel geminos tranſeunte cum germināt ſtatim moriūtur. Eadem iniuriam hyeme paſſę diu
tius tolerāt. Similiter ilex/& robur/& quercus. Quod ſi anguſta decorticatio fuerit: nil nocet ſupradi
ctis. Infirmiores quidem & in ſolo gracili/vel ab vnatātum parte detractus interimit. Similem & de-
cacuminatio rationem habet cupreſſi: picę cędri. Eæ. n. detracto cacumine/aut ignibus aduſto inte
reunt. Similem & depaſtio animalium. Oleam quidem etiam ſi lambat capra ſterileſcere auctor eſt
Varro: vt diximus. Quędam hac iniuria moriūtur. Aliqua deteriora fiunt: vt amygdalę. Ex dulcibus
enim trāſfigurātur in amaras. Aliqua vero etiam vtiliora: vt apud chios pyrus/quam phocida apel-
lant. Nam detrūcatio diximus: quibus ꝓdeſſet. Intereunt plęraqꝫ exciſa ſtirpe exceptis vite malo: fi-
co: punica. Quędam vel abvlcere. Ficus hanc iniuriam ſpnit: & omnia: ꝙ reſinam gignūt. Radicibus
amputatis mori minime mirum eſt. Plęræqꝫ tamen nō omnibus: ſed maximis: aut quę ſunt īter illas

Raphan⁹ cōtra ebrietatē valens.

vitales abſciſſis moriūtur. Necat inuicē inter ſeſe vmbra. Vel denſitate/atqꝫ alimēti rapina. Necat/&
hedera viciens. Nec viſcum ꝓdeſt/& cytiſus: nec aureo/quod alimon gręci vocāt. Quorundam natu
ra nō necat quidem: ſed lędit odore/aut ſucci mixtura: vt rhaphanus: & laurus vitem. Olfatrix enim
intelligitur: & tāgi eam odore mirū in modum. Ideoqꝫ cum iuxta ſit: auerti/& recedere: ſaporemqꝫ
inimicū fugere: Hinc ſumpſit Androcides medicinā cōtra ebrietates rhaphanū mādi ꝑcipiēs. Odit
& caulem/& omne olus. Odit & corylū niſi ꝓcul abſint triſtis/atqꝫ ęgra. Nitrū qdem & alumē marina
aqua calida: & fabæ putamina: vel erui vltima venena ſunt inter vitia arborū.

## De ꝓdigijs ex mutatione. CA. XXV

ESt & ꝓdigijs locus. Inuenimus. n. ſub folijs natas vitē: ficū: & malū: punicū ſtirpe fructū tu
liſſe: nō palmite: aut ramis vitē vuas ſine folijs: oleas quoqꝫ amiſiſſe folia baccis hærētibus
Sunt & miracula fortuita. Nā & oliua in totū ambuſta reuixit. Et in boetia deroſæ a locu-
ſtis ficus iterū germinauere. Mutātˀ arbores: & colore. Fiūtqꝫ ex nigris cādidæ: nō ſēp ꝓdi
gioſe: & maxime ꝙ ex ſemine naſcūtur: vt populus alba in nigrā trāſit. Quidā & ſorbū ſi in calidiora
loca venerit ſterileſcere putā. Prodigio aūt fiunt ex dulcib⁹ acerba poma: aut dulcia ex acerbis. E ca
prifico fici: & contra. Graui oſtento cum in deteriora mutātur ex olea in oleaſtruꝫ. Ex cādida vua: &

ſicco in nigras:vt laudiceæ Xerſis aduentu platano in oleã mutata. Qualibꝰ oſtẽtis Ariſtãdri apđ grę
cos volumen ſcatet:ne in infinitũ abeamus. Apud nos vero·C. Epidij commẽtarij in quibus arbores
locutę repiant. Subſedit in cumano arbor graui oſtẽto paulo ante Pompeij magni bella ciuilia pau-
cis ramis eminẽtibus. Inuẽtum ſybillinis libris internitionẽ hoim fore: tantoq; eam maiorem quan-
to ꝓpius ab vrbe poſtea facta eſſet. Sũt ꝓdigia & cum alienis locis naſcũtur vt in capitibus ſtatuarũ
vel aris:& cum in arboribus ipſis alienę. Ficus in lauro nata eſt cizici ante obſidionem. Simili modo
tralibus palma in baſi Cæſaris dictatoris circa bella ciuilia eius. Necnõ & romæ ni capitolio in capi
te bis bello pſei enata palma victoriam/triumphoſq; porrẽdit:ac tẽpeſtatibus ꝓſtrata:eodem loco fi
cus enata eſt. M. Meſſalę. C. Caſſij cenſorũ luſtro. A quo tp̃e pudicitiã ſubuerſã Piſo grauis auctor ꝓ
didit. Suꝑ oĩa q̃ vnq̃ audita ſunt etiam ꝓdigium in noſtro æuo. Neronis principis ruina factũ in agro
marrucino Vectij Marcelli e primis eq̃ſtris ordinis olivueto vniuerſo viam publicã trãgreſſo: aruiq;
inde e contrario locum oliueti ꝑfectis.

## De remedijs morborum arborum. CA.XXVI.

NVnc expoſitis arborũ morbis conſentaneũ eſt dicere & remedia. Ex ijs q̃dã ſunt cõia oĩ3
quędã ꝓpria quarũdã3. Cõia ablaqueatio:accumulatio afflari radices: aut coopiri riguis
dato potu/vel ablata fimi ſucco refectis putatiõe leuatis onere. Itẽ ſucco emiſſo q̃buſdam
veluti detractio ſãguinis circũraſi corticis :vitiũ extenuato:& domitura palmitũ. Gẽmas
(ſi frigus retorridas/hirſutaſq; fecerit repumicatio/& q̃dã dolitura. Arborũ ijs aliæ magis /aliæ minꝰ
gaudẽt:veluti cupreſſus:& aquã aſpnatᷣ:& fimũ:& circũfoſſurã/amputationẽq; & omnia remedia o-
dit. Quinetiam necatur. Riguis & vites & punicę p̄cipuę alũtur. Ficus ipa arbor riguis alitᷣ. Pomũ ve
ro eius inareſci. Amygdalæ ſi colãtur foſſiõe florẽ amittũt. Nec inſitas circũfodere oportet priuſq̃ va
lidæ ferre cœperit poma. Plurimęq; aũt ãputari ſibi volũt oneroſa/ac ſuꝑuacua:ſicut nos vnguẽ/& ca
pillum. Reciduntᷣ veteres totæ. Ac ruſus a ſtolone aliquo reſurgũt:ſed nõ oẽs :nec niſi quarũ naturã
pati diximꝰ. Rigua æſtiuis vaporibus vtilia:hyeme inimica:autumno varia. Et hoc eſt ex natura ſoli
Quippe cũ vindemiator hiſpaniarũ ſtagnãte ſolo vuas demetat. Cęterũ maiore ĩ parte orbis etiã plu
uia aut omni aqua ſeri/& arari nõ cõuenit. Circa canis ortus rigua maxime ꝓſunt:ac ne tũc quidẽ ni-
mia q̃ñ inebriatis radicibus nocẽt. Et ętas modũ tempat. Nouellę.n.minus ſitiũt. Deſiderãt autem
maxime rigari q̃ aſſueuere. Contra ſiccis locis genita nõ expetũt humorẽ niſi neceſſariũ. Aſpiora vi-
na rigari vtiq3 cupiũt. In ſulmonẽſi italiæ agro pago fabiano vbi & arua rigantᷣ:miru3 q herbæ aqua
illa necantᷣ:fruges alũtur:& riguis ꝓ ſarculo eſt. In eodem agro bruma tãto magis ſi niues ſcateãt ge
letve:ne frigus vites adurat circũfundũt riguis:qđ ibi tepidare vocãt:memorabili natura in amne ſo
lo/Sed eadem in æſtate vix tolerandi rigoris.

## De caprificatione/& ſtercoratione. CA·XXVII.

CArbunculi/ac rubiginum remedia demõſtrabimus volumine ꝓximo. Interi ẽ & caprificatio
q̃dam in remedijs. Cũ macie corticis ex ægritudine aſtringẽte ſe iuſto plus vitalia arboru3 cõ
primente exactam falcis aciem vtraq; manu imprimẽtes ꝑpetuis inciſuris deducũt:ac veluti
cutem laxãt. Salutare id fuiſſe argumẽto ſunt dilatatę cicatrices:& internato corpore expletæ. Ma-
gnaq; ex parte ſimilis hoim medicina & arborũ eſt: q̃ñ earũ quoq; terebrãtur oſſa. Amygdalę ex ama
ris dulces fiunt:ſi circũfoſſo ſtipite:& ab vna parte circunforato defluens pituita aſtergatur. Et vlmis
mis detrahitᷣ ſuccus inutilis ſupra terrã foratis vſq; ad medullã in ſenecta:aut cũ alimãto nimio abũ-
dare ſentiuntᷣ. Idẽ & ficorũ turgido cortice inciſuris in obliquũ leuibus emittitᷣ. Ita fit ne decidãt fru-
ctus. Pomiferis quæ germinãt:nec ferũt fructum fiſſa radice inditᷣ lapis:fertileſq; fiunt. Hoc idem &
amygdalis e robore cuneo adacto. In pyris/ſorbiſq; e tęda/ac cinere/& terra coopto ẽt radices circũci
diſſe ꝓdeſt. Vitium luxuriãtiũ/ficorũq;/& circũciſis cinere addidiſſe. Ficci ſerotine fiũt:ſi primæ groſ
ſi cum fabę magnitudinem exceſſere detrahãtur. Subnaſcũtur.n.q̃ ſerius matureſcũt. Eędẽ cũ frõde
re incipiũt:ſi cacumina rami cuiuſq; detrahãtur:firmioreſq; fiunt. Na3 caprificatiõe maturata ĩ ea cu
lices naſci groſſis manifeſtum eſt quoniam cum euolauere nõ inueniuntur intꝰ grana quę in eos ver
ſa apparet. Exeundi tãta eſt auiditas:vt plęriq;/aut pede relicto / aut penna pariter erumpant. Eſt &
aliud genus culicum:quos vocãt cẽtrinas fucis apum ſimiles ignauia/maliciaq; cum pernicie verorũ Vel apparẽt
& vtilium. Interimunt.n.illos:atq; ipſi moriũtur. Vexãt & tineę ſemina ficorũ. Contra quas remediũ
in eadem ſcrobe defodere italicam lentiſcum inuerſa parte/quę fuerit a cacumine. Vberrimas aute3
ficus rubica a murca diluta/& cũ fimo infuſa radicibus frondere incipiẽtium facit. Caprificoꝝ laudã
tur maxime nigrę/& in petroſis:quoniam frumẽta plurima habeat caprificatio ipa poſt hymbrẽ. In
primis aũt cauendũ ne ex remedijs vitia fiant. Quod euenit nimia/aut intẽpeſtiua medicina. Interlu
catio arboribus ꝓdeſt:ſed omnium annorũ trucidatio inutiliſſima. Vitis tantu3 tonſuram annuã q̃rit

alternam myrtus:punicæ oleæ:quia celeriter fruticeſcũt. Cæterę rarius tondenť. Nulla autũno ac ne
radũtur quidem/niſi vere putatione. Plagæ ad vitalia ſunt omnia q̄cunqꝫ nõ ſupuacua Similis ſterco
ratio. Gaudent ea. Sed cauẽdum eſt:ne in feruore ſolis admoneať:ne immaturiꝰ:ne validius q̄ opus
ſit. V rit vineas ſuillũ:niſi qnquẽnio interpoſito:p̄terq̄ ſi riguis diluať. Et ecõtrariorum ſordibus niſi
admixta aqua. Iteꝫ largius. Iuſtũ exiſtimãt in denos pedes q̄dratos tres medios. Id quidẽ ſoli natura
decernit. Colũbino ac ſuillo plagis quorũ arborũ medeť. Si mala punica acida naſcãť:ablaqueatis ra
dicibus fimũ ſuillũ adhibẽt:eo ãno violenta:ꝓximo dulcia futura. Alij vrina hominis aqua mixta ri-
gãda cenſent quater anno:ſingulis amphoris:aut cacumina ſpargi vino laſere diluto. Si findãtur ĩ ar-
bore:pediculũ intorquæ rit Ficis vtiqꝫ amurcã adfũdi. Cęteris arboribus ægris fecẽ vini:ac lupinũ cir
ca radices earũ ſeri. Aqua quoqꝫ lupini decocti circũfuſa pomis ꝓdeſt. Fici cũ vulcanalibus tonuerit.
cadent. Remediũ eſt:vt ante ſtipula hordeacea areę ſtringanť. Ceraſos p̄coces facit: cogitqꝫ mature
ſcere calx admota radicibus. Et hæc ante oĩa poma inreruelli melius eſt : vt q̄ relicta ſunt grãdeſcant

¶De diuerſis medicamẽtis arborum cõtra venenata animalia: &
contra formicas/& contra noxia aĩalia. CA.XXVIII.

QVædam pœna emẽdanť:aut morſu excitãť vt palmæ/& lentiſci. Salis.n.aquis alunť. Salis
vim/& cinis/ſed leniorem habet. Ideo ficis aſpgũtur:rutaqꝫ:ne fiãt verminoſæ :neue radi-
ces putreſcãt. Quin & vitiũ radicibus aquam ſalſam iubẽt affundi ſi ſint lachrimoſę. Sive
ro fructus earũ decidãt/cinerem aceto aſpgi:ipſaſqꝫ illini:aut ſandaraca ſi putreſcat vua. Si vero fer-
tiles non ſunt:aceto acri/ſubacto cinere rigari:atqꝫ oblini. Quod ſi fructũ nõ maturẽt prius inareſcen
tem p̄ſciarũ ad radices plagã/fibraſqꝫ aceto acri/& vrina vetuſta madefacere:atqꝫ eo luto obruere:ſę
pe fodere. Olearũ ſi parũ ꝓmiſere fructꝰ:nudatas radices hyberno frigori opponũt:eaqꝫ caſtigatiõe
ꝓficiunt. Omnia hæc annua cœli rõne conſtant. Et aliqñ ſerius poſcũtur aliqñ celerius. Necnõ ignis
aliqd ꝓdeſt:vt harũdini. Ambuſta nãqꝫ denſior:mitiorqꝫ ſurgit. Cato & medicamẽta q̄dam compo-
nit:menſuræ quoqꝫ diſtinctione ad maiorũ arborũ radices amphoram:ad minoꝝ vrnam amurcę/&
aquę portionem ęquam:ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubẽs. In olea hoc amplꝰ ſtra
mentis antea circũpoſitis. Item fico Huius p̄cipue veterem terrã adaggerari radicibus. Ita futurũ vt
nõ decidãt groſſi:maiorqꝫ fœcũditas/nec ſcabra ꝓueniat. Simili mõ ne cõuoluolus fiat in vinea:mur
Vł decoqui cæ congios duos decoctos in craſſitudinem mellis:ruſuſqꝫ cũ bitumis tertia parte/& in ſulphuris q̄r
Vel vngui. ta ſub diuo vſqꝫ quo ardeſcat ſub tecto. Hoc vites circa capita ſub brachijs vngi. Ita nõ fore cõuoluo
lum. Quidã contẽti ſunt fumo huius mixture ſuffire vineas ſecũdo flatu continuo triduo. Plęriqꝫ non
minus auxilij/& alimẽti arbitrãtur in vrina/q̄ Cato in amurca addita modo aquę pari portione: qm̃
p ſe noceat. Alij voluocẽ appellãt aĩal p̄rodẽs pubeſcẽtes vuas. Quod ne accidat: falces cum ſint exa
cutę fibrina pellę detergunt. Atqꝫ ita putãt. Atqꝫ ſanguine vrſino liniri volũt poſt putationẽ eaſdẽ Sũt
arborum peſtes/& formicę. Has abigũt rubrica/ac pice liquida punctis caudicibus. Necnon & piſce
ſuſpenſo iuxta in vnum locum cõgregant. Aut lupino trito cum oleo radices linũt. Multi & talpas a
murca necãt. Contraqꝫ erucas/& mala putreſcant:lacertę viridis pelle tangi cacumina iubẽt. Priua
tim aũt cõtra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati mẽſis nudis pedibꝰ recinta. Itẽ ne qd
aĩal paſtu malefico decerpat frondẽ fimo boũ diluto aſpgi folia:quotiens hymber ĩteruenjat:qm̃ ita
abluať virus medicaminis mira q̄daꝫ excogitãte ſolertia humana. Quippe cũ auerti carmine grãdi
nes credãt plęriqꝫ. Cuiꝰ verba inſerere non equidẽ ſerio auſim q̄q̄ a Catone ꝓdita. Cõtra luxata mẽ-
Vel vnguẽda bra iungẽda harũdinũ fiſſuræ. Idẽ arbores religioſas/lucoſqꝫ ſuccidi pmiſit ſacrificio priꝰ facto:cuiꝰ
rei rationemqꝫ notionẽqꝫ eodẽ volumine tradit.

¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE
LIBER DECIMVSOCTAVVS. PROHEMIVM.

¶Quod antiquis maximũ ſtudium agriculturę fuit: & hortoꝝ ſingulari diligẽtia. CA.I.

SEQVITVR NATVRA FRVGVM/HORTORVMQVE/AC FLOruꝫ
Quæqꝫ alia p̄ter arbores/aut frutices benigna tellure ꝓueniũt:vel p ſe tãtũ hęc
immẽſa cõtẽplatione ſi qs æſtimet varietateꝫ:numeꝝ flores:odoreſqꝫ:colores:
& ſuccos/ac vires eaꝝ:quas ſalutis/aut voluptatis hoĩꝫ gratia gignit. Qua ĩ par
te primũ oĩꝫ patrocinari terrę: & adeſſe cũctoruꝫ parẽti iuuat. Quãq̄ iter initia
opis defẽſę. Quoniã tamẽ ipſa materia intꝰ accedit ad reputationẽ eiuſdẽ pati-
entis/& noxia. Noſtris eã criminibus vrgemus:culpãqꝫ noſtraꝫ illi imputamus
Genuit venena:ſꝫ qs iuenit illa p̄ter hoieꝫ? Cauere/ac refugere alitibꝰ/feriſqꝫ ſa

tis eſt. Atq; cū in arbores exacuāt: limētq; cornua elephāti: & duro ſaxo rhinocerotes: & vtroq; apri
denſium ſiccas: ſciātq; ad nocēdum ſe p̄parare animalia. Quod tamen eorū tela ſua excepto hoīe ve
nenis tingit? Nos & ſagittas vnguimus: & ferro ipſi nocētius aliqd damus. Nos & flumia infiximꝰ/ &
rerū naturæ elemēta. Ipſum quoq; quo viuit aerē in pniciem vertimus. Neq; eſt vt putemus ignorari
ea ab aīalibus: quæ quidem q̄ p̄pararēt cōtra ſerpētium dimicationem: quę poſt p̄lium ad medendū
excogitarent indicauimus. Nec ab vllo p̄ter hoīem veneno pugnat̃ alieno. Fateamur ergo culpam
ne iis qdē q̄ naſcūtur contēti. Etenim quādo plura earū genera humana manu fiunt. Quid? nō & ho-
mines quidam ad venena naſcūtur. Atra hoīs/ ceu ſerpētium lingua vibrat: tabeſq; animi cōtractata
adurit culpātium oīa. Ac dirarū alitum modo/ tenebris quoq;/ & ipſarū noctium quieti inuidentium
gemitu. q̄ ſola vox eorū eſt: vt inauſpicarū animātium vice obuii quoq; vetent agere: aut ꝓdeſſe vitæ/
Nec vllum aliud abhominati ſpiritus p̄mium nouere. q̄ odiſſe oīa. Verū & in hoc eadem naturę maie
ſtas tāto plures binos genuit/ ac fruges: quāto fertilior in iis: q̄ iuuant: aluntq;. Quorum æſtimatione/ Vel vt.
& gaudio nos quoq; relictis exuſtioni ſuæ iſtis hoīm turbis pgamus excolere vitā: eoq; conſtantius: Vel eſtuatiōi
quo opere nobis maior q̄ famæ gratia expetit̃. Quippe ſermo circa rura eſt/ aggreſteſq; vſus. Sed qui
bus vita/ honoſq; apud priſcos maximus fuerit.

¶ Quæ corona primo Romę. CA.II.

A Ruorū ſacerdos Romulus in primis inſtituit: ſeq; duodecimum fratrē appellauit inter il
los ab Acca Laurētia nutrice ſua: ſpicea corona q̄ vitta alba colligaret̃ in ſacerdotio ei pro
religioſiſſimo inſigni data. Quæ prima apud Romanos fuit corona: honoſq; iis nō niſi vita
finit̃: & exules etiam/ captoſq; comitat̃. Bina tūc iugera populo Romano ſatis erāt: nulli
q; maiorem modum attribuit: quo ſeruos pauloante principis Neronis contēpto huius ſpatii virida
ria/ & ſpicinas iuuat habere maiores/ gratumq; ſi nō aliquem/ & culinas. Numma inſtituit deos fruge
colere: & mola ſalſa ſupplicare. Atq; vt auctor eſt Hemina: far torrere: quoniam toſtū cibo ſalubrius
eſſet. Id vno modo conſecutum ſtatuēdo nō eſſe purū ad rē diuinam niſi toſtum. Is & fornicalia calue
inſtituit farris torrendi ferias: & ęque religioſas terminis agrorum. Hos. n. duos tūc maxime nouerāt
Seiamq; a ſerendo: ſegeſtam a ſegetibus appellabāt: quarum ſimulachra in cyrco videmus. Tertiam
ex his nomiare ſub tecto eſt religio. At ne deguſtabāt quidem nouas fruges: aut vina ante q̄ ſacerdo
tes primitias libaſſent.

¶ De iugere/ & actu/ & legibus circa pecora: & quotiēs/ & quibus
tp̄ibus fuit ſumma vtilitas annonæ/ & qui agricultura illuſtres. CA.III.

I Vgum vocabatur quod vno iugo boum indie exarari potuiſſet. Actus in quo boues age
rentur cū aratur vno impetuiuſto. Hic erat. cxx. pedum: duplicatuſq; in longitudinē iuge
rum faciebat. Dona ampliſſima impatorum/ ac fortiū ciuium/ q̄tum quis vno die plurimū
circūarauiſſet. Itē quartarii farris/ aut hemine cōferente populo. Cognomina etiā prima
inde. Pilūni qui pilum piſtrinis inuenerūt. Piſones a piſendo. Iam Fabiorum: Lentulorum: Ciceronū
vt quiſquis alioqd optime genus ſereret. Iuniorum familiæ bubulcum nominauerūt: qui bubus op- Vel lētulorū
time vtebatur. Quin & in ſacris nihil religioſius confarrationis vinculo erat. Nouæq; nuptæ farreum
p̄ferebant. Agrum male colere cenſoriū ꝓbrū iudicabatur. Atq; (vt refert Cato) quem virum bonū
colonum dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſtimabāt. Hinc & locupletes dicebāt loci/ hoc eſt agri ple
nos. Pecunia ipſa a pecore appellabatur. Etiā nūc in tabulis cenſoriis paſcua dicūtur omnia: ex qui
bus populus reditus habet: quia diu hoc ſolum vectigal ferat. Mulctatio quoq; nō niſi ouium/ boū
q; impendio dicebatur. Nō omittēda priſcarum legum beniuolētia. Cautū quippe eſt ne bouē priuſ
q̄ ouem nominaret: qui indiceret mulctam. Ludos boum cauſa celebrātes bupetios vocabāt. Seruius
rex ouium/ boumq; effigie primus æs ſignauit. Frugē quidem aratro quęſitam furtim nocte pauiſſe: ſorinꝰ rex pri
ac ſecuiſſe puberi duodecim tabulis capitale erat: ſuſpenſumq; Cereri necari iubebāt grauius: q̄ ho- mꝰ i cypro in
micidio cōuictum. Impubem p̄toris arbitratu verberari: noxāue/ duplionemue decerni. Iā diſtinctio ſula æs nota
honoſq; ciuitatis ipſius nō aliūde erat. Ruſticæ tribus laudatiſſimę eorum qui rura haberēt. Vrbanę pecudis ſi-
vero in quas transferri ignominia eſſet deſidię ꝓbro. Itaq; quattuor ſole erāt partibꝰ vrbis in q̄s habi gnauit huic
tabāt: ſuburbana: palatina: collina: eſqlina. Nūdinis vrbē reuiſitabāt: & ideo comitia nūdinis haberi pecunia.
non licebat: ne plebs ruſtica auocaret̃. Quies: ſōnuſq; in ſtramētis erat. Gloriā deniq; ipſā a farris ho
nore adoreā appellabāt. Equidē ēt verba priſcę ſignificationis admiror. Ita. n. eſt in cōmentariis pōti Vel augēdo.
ficum. Augurio canario agēdo dies cōſtituant̃: priuſq̄ frumēta vaginis exeāt: & anteq̄ in vaginas pue
niat. Ergo iis moribus nō mō ſufficiebāt fruges nulla ꝓuinciarū paſcēte italiā. Verūetiā annonę vili-
tas incredibilis erat. Mānꝰ Martius ædilis plebis primū frumētū populo in modios aſſibus donauit
Minutiꝰ Augurinꝰ: qui Sp. Melium coarguerat farris p̄ciū in trinis nundinis ad aſſem redegit vnde

cimus plebei tribunus:qua de cauſa ſtatua ei extra portã trigeminã a populo ſtipe collata ſtatua eſt
Vel eã ętate. Trebius ĩ ædilitate aſſib⁹ populo frumẽtũ ꝑſtitit.Quã ob cauſam & ei ſtatuæ ĩ capitolio/& palatio
dicatę ſunt.Ipſe ſuꝑmo die populi humeris portat⁹ ĩ rogum eſt.Verũ quo anno mater deũ aduecta
Romam eſt:maiorẽ ea ęſtate factam eſſe ꝙ̃ antecedẽtib⁹ annis.x.facta eſſet tradũt.M.Varro auctor
eſt:cũ.L.Metellus in triumpho plurimos duxit elephãtos aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe. Itẽ
vini congios:ficiqꝫ ſiccæ põdo.xxx.olei pondo.x.carnis põdo.xij.Nec e latifundis ſingulorꝫ cõtige
bat arcentiuꝫ vicinos.Quippe etiã lege Stolonis Licini incluſo modo qngentorũ iugerũ/& ipſo ſua
lege damnato cum ſubſtituta filij ꝑſona amplius poſſideret luxuriantis iam reipublicę fuit iſta mẽſu
ra.Manij qdem Curij poſt triumphos/immẽſũqꝫ terrarũ adiectum imperio nota contio eſt: ꝑnicio-
ſum intelligi ciuem:cui ſeptẽ iugera nõ eſſent ſatis.Hęc autem menſura plebi poſt exactos reges aſ
ſignata ẽ.Quænã ergo tãtæ vbertatis cauſa erat:ipſorũ tũc manib⁹ ĩpatoruꝫ colebanꝭ agri(vt fas eſt
credere)gaudẽte terra vomere laureato:& triumphali aratore. Siue illi eadeꝫ cura ſemia tractabãt:
qua bella:eademqꝫ diligentia arua diſponebãt qua caſtra:ſiue honeſtis manibus omnia lętius ꝓue
niunt:quoniã & curioſius fiunt.Serentẽ ĩuenerũt dati honores.Serranũ:vnde cognomẽ. Arãti quat
tuor ſua iugera in vaticano/ꝗ parata quinta appellanꝭ.Cincinato viator attulit dictaturaꝫ: & quidẽ
(vt tradit Norbanus)nudo/plenoqꝫ pulueris etiãnum ore.Cui viator vela corpus inquit:vt ꝓferam
ſenatus/populiqꝫ romani mãdata.Sales tum etiam viatores erant:quibus id ipſum nomen inditũ ẽ:
ſubinde ex agris ſenatum/ducesqꝫ accerſẽtibus.At nunc eadem illa vincti pedes:damnatę manus:ĩ-
ſcripti vultus exercẽt.Nõ tamen ſurda tellure:ꝗ parens appellaꝭ:coliqꝫ diciꝭ & ipſa:honore hinc aſ
Vel vt nõ iui ſumpto:vt nunc immutata ea:& indigne ferẽte credaꝭ id fieri.Sed nos miramur ergaſtulorꝫ non ea-
ta ea & indi- dem emolumenta eſſe ꝙ̃ fuerũt ĩpatorũ.Igiꝭ de cultura agri ꝑcipe pricipale fuit:& apud exteros:
gnata:vl vt ñ Siquidem & reges fecere Hiero.Philometer.Attalus:Archelaus:& duces Xenophon:& pen⁹ etiaꝫ
inuite ea/& ĩ Mago.Cui quidẽ tm̃ honorẽ ſenatus noſter attribuit carthagine capta:cuꝫ regulis africę bibliothe-
digne credaꝭ cas donaret:vnius eius duodetrigita volumina cẽſeret ĩ latinã linguã transferenda cum.M.Cato ꝓ-
cepta cõdidiſſet:peritiſqꝫ linguę punicę dandũ negociũ ĩ quo ꝓceſſit oĩs vir tum clariſſime familię.D.
Syllanus ſapientiæ compoſitiſſimę/quos ſequeremur ꝑtexuimus ĩ hoc volumine nõ ĩgrate nominã
do.M.Varronẽ/ꝗ octogeſimũprimũ vitæ annũ agẽs ea de re ꝓdendum putauit.

## ℂRatio de agricultura. CA.IIII.

AVd Romanos multo ſerior vitiũ caltura eſſe cœpit.Primoqꝫ vt neceſſe erat arua tm̃ colere
Quorũ nobis ratio nũc tractabiꝭ nõ vulgari mõ:verũ vt adhuc fecimus:& vetuſtis: & po-
ſtea inuẽtis,omni cura ꝑquiſitis:cauſaqꝫ rerꝫ/& ratione ſimul eruta.Dicemus & ſydera:ſy
derũqꝫ ipſorũ terreſtria ſigna dabim⁹ indubitata.Quãdoquidẽ ꝗ adhuc ea diligẽti⁹ tracta
uere:qbuſuis oratoribus potius ꝙ̃ agricolis ſcripſiſſe poſſunt videri. Ac primũ oĩꝫ oraculis maiore ex
parte agemus:ꝙ nõ in alio vitæ genere plura/certiora ue ſunt.Cur.n.nõ videãtur oracula a certiſſimo
vel ꝓuecta. die:maximeqꝫ veridico vſu ꝑfecta?Principium aũt a Catone ſũmemus.

## ℂLaus agricolarum/& quę obſeruãda in agro parãdo. CA.V.

FOrtiſſimi viri/& milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignũtur:minimeqꝫ male cogitãtes.Præ
Nota. ☞ diũ ne cupide emas.In re ruſtica opi ne parcas.In agro emẽdo:minime. Qđ male emptũ
vel aquam eſt:ſẽp pœnitet.Agrũ paraturos añ oĩa intueri oportet aquarꝫ vim:& vicinũ. Singula ma
viam gnas ĩterꝑtatiões habẽt:nec dubias.Cato in cõterminis hoc amplius æſtimari iubet:quo pacto viuãt
In bona eſt regione bene nitere:Attilius Regulus ille punico bello bis cõſul aiebat:neqꝫ fœcundiſſi
mis locis in ſalubrem agrũ parãdum.Neqꝫ effœtis ſaluberrimũ.Salubritas loci nõ ſemp incolarũ cõ-
lore detegiꝭ:qm̃ aſſueti in peſtilẽtibus durãt.Præterea ſunt ꝗdam partibus anni ſalubria.Nihil autẽ
ſalutare eſt:niſi quod toto anno ſalubre.Malus eſt ager:cum quo dominus luctatur. Cato inter pri-
Aduerte. ma ſpectari iubet:nõ ſolum ſua virtute valeat:qua dictũ eſt poſitione.Vt operariorum copia ꝓpe ſit.
Oppidũqꝫ validum.Vt nauigiorũ euectus/vel itinerũ.vt bene ędificatus:& cultus.In quo falli pleroſ
qꝫ video.Segnitiẽ.n.prioris domini ꝓ emptore eſſe arbitrãtur.Nihil eſt damnoſius deſerto agro. Ita
qꝫ Cato de bono domino melius emi:nec temere contemnẽdam alienã diſciplinam:agroqꝫ vt homi
ni:ꝙ̃uis ꝗſtuoſus ſit:ſi tamen/& ſumptuoſus:nõ multum ſupeſſe.Ille in agro ꝗſtuoſiſſimam iudicat vi
tem nõ fruſtra:quoniã ante oĩa de impẽſę ratione cauit. Proxĩe hortos irriguos:nec id falſo:ſi & ſub
oppido ſint.Et prata ꝙ̃ antiqui parata dixere. Idẽqꝫ Cato interrogatus qs eẽt certiſſimus ꝗſtus reſpõ
dit.Si bene paſcat:Qui ꝓximus ſi arat bene ſumma omniũ in hac ſpectãda fuit: vt fructus is maxi-
me ꝓbaretur:qui ꝙ̃ minimo impẽdio cõſtatur⁹ eſſet.Hoc ex locorꝫ occaſiõe aliter alibi decerniꝭ.Eo
demqꝫ ꝑtinet:ꝙ agricolã vendacẽ oportere eſſe,dixit.Fundum in adoleſcẽtia conſerẽdum ſine con-
tatione ædificãdum nõ niſi cõſito agro. Tunc quoqꝫ cõtanter: optimumqꝫ eſt(vt vulgo dixere)alie-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0290-8 DFG

na iſania frui:ſed ita vt viliarũ tutela nõ ſit oneri. Eũ tñ qui bene habitet ſępius vẽtitare in agrũ. Frõ
tẽqꝫ domini plus ꝓdeſſe q̃ occipitum nõ mentiuntur.

Nota.

¶ De villarũ poſitione: & p̄cepta antiquoꝝ de agro colẽdo. CA.VI.

Modus hic ꝓbaṫ: vt neqꝫ fundus villam quærat: neqꝫ villa fundum. Non vt fecerint: iuxta
diuerſum eadem ætate exemplis. L. Lucullus. Q. Scęuol acum villa. Scæuolę fundus ca
reret: villa Luculli agro. Quo in genere cẽſoria caſtigatio erat: minus arare q̃ vertere. Nec
hoc ſine arte quadam eſt. Nouiſſimus villam in miſienſi poſuit. C. Marius. vij. conſul: ſed peritia ca=
ſtramentandi: ſicut comparatus ei in ceteris etiam. Scylla fœlix. Quos cęcos fuiſſe dixere cõuenit.

C. Marius ſũmus colonus vij. conſul electus.

Neqꝫ iuxta paludes ponẽdam eſſe: neqꝫ aduerſo amne. Quanq̃ Homerus omnino e flumina ſemper
ante lucanas auras inſalubres veriſſime tradit. Spectare in æſtuoſis locis ſeptẽtrionẽ debet: meridiẽ
in frigidis. In tẽperatis exortum æquinoctialem. Agri ipſius bonitas quibus argumentis indicanda

Vel omni e.

ſit: q̃q̃ de terræ optimo genere differẽtes abunde dixiſſe poſſumus videri: etiamnum tamẽ traditas
notas ſubſignabimus Catonis maxime verbis. Ebulum: vel prunus ſilueſtris: vel rubus: bulbꝰ minu
tus: trifolium: hęrba pratenſis: quercus ſilueſtris: pyrus: maluſqꝫ frumẽtarij ſoli notę. Item nigra ter
ra & cinerei coloris. Omnis creta coquit: niſi permacra. Sabuluꝫ etiam niſi id pertenue eſt: & multo

Vel pinus.

campeſtribus magis q̃ cliuoſis reſpondent eadem. Modum agri in primis ſeruandũ antiqui putaue
re. Quippe ita cenſebant. Satius eſſe minus ſerere & melius arare. Qua in ſentẽtia & Virgilium fuiſ
ſe video. Verumqꝫ confitẽtibus latifundia ꝑdidere italiam. Iam vero & ꝓuintias ſex & ſemiſſeꝫ do=
mini africæ poſſidebãt: cum interfecit eos Nero pr̃iceps. Nõ fraudabo magnitudine hac quoqꝫ ſua.
Cn. Pompeium qui nunq̃ agrum mercatus eſt conterminum. Agro empto domum vendendam in=
clementer atqꝫ nõ ex vtilitate publicis ſtans. Mago cenſuit. Hoc exordio p̄cepta pandere ingreſſꝰ vt
tamen appareat aſſiduitatem deſideratã ab eo. De hic peritia villicorũ in cura habẽda eſt. Multaqꝫ
de ijs Cato p̄cepit. Nobis ſatis ſic dixiſſe: q̃ ꝓximum domino corde eſſe debere: & tamẽ ſibimetipſi
nõ videri. Coli rura ergaſtulis peſſimũ eſt: vt quicquid agitur a deſperantibus. Temerarium videaṫ
vnam vocem antiquorum poſuiſſe: & fortaſſis incredibile penitus ęſtimẽt. Nihil minus expedire q̃
agrum optime colere. L. Tarius Ruffus infima natalium humilitate cõſulatũ militari induſtria me=
ritus antiquę alias parſimonię circiter mille ſextertium liberalitate Diui Auguſti congeſtuꝫ vſqꝫ ad

Vel ſiclum.

detractionem hęredis exhauſit agros in piceno coemẽdoqꝫ in gloriam. Internitionẽ ergo famẽqꝫ cẽ
ſemus? Immo hercule iudico modum rerum omniũ vtiliſſimuꝫ. Bene colere neceſſarium eſt. Opti=
me damnoſum. Pręter q̃ ſobole ſua colono: aut paſcendis. Alioquin domino aliqua meſſes colligere
nõ expedit: ſi computetur impendiũ operæ. Nec temere oliuam nec quaſdã terras diligẽter colere:
ſicuti i ſicilia tradũt itaqꝫ decipi aduenas. Quo nã igitur modo vtiliſſime coluṅ agri? ex oraculo ſci=
licet malis bonis. Sed defẽſi ęquum eſt abauos: qui p̄ceptis ſuis ꝓſpexere vitę. Nã cũ dicerent malis
intelligere voluere viliſſimos. Summũ ꝓuidẽtię illoꝝ fuit: vt q̃ minimuꝫ eſſet impẽdij. Pręcipiebat
enim iſta: qui triũphali denas argẽti libras in ſuperlectile crimini dabãt: qui mortuo villico relinque
re victorias Et reuerti ſua rura poſtulabãt: quorũ prædia colẽda ſuſcipiebat reſpubli. execrituſqꝫ du
cebant ſenatu illi vilicãte. Inde illa reliqua oracula. Neq̃ agricolam eẽ quiſquis emeret quod p̄ſtare
ei fundus poſſet. Malum patrẽfamilias: quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſet: niſi in tẽpeſtate
cæli. peiorẽ qui ꝓfeſtis diebus ageret quod feriatis deberet. Peſſimum qui ſereno die ſuo tecto potiꝰ
operareṫ q̃ in agro. Nequeo mihi tẽperare: quo minus vnum exẽpluꝫ antiquitatis afferã. Ex quo in=

Agriculturæ oracula

telligi poſſit apud populuꝫ etiã de culturis agẽdi morẽ fuiſſe: qualiter defẽdi ſoliti ſint illi viri. C. Fu
rius Creſinus e ſeruitute liberatus cum in paruo admodum agello largiores multo fructus ꝑciperet
q̃ ex ampliſſimis vicinitas. In inuidia magna erat: ceu fruges alienas pelliceret venęficijs. Quãobreꝫ a
Sp. Albino curuli die dicta metuẽs damnationẽ cuꝫ in ſuffragium tribus oporteret ire: iſtrumẽtũ ru

C. Furius creſinꝰ a iudicio abſolutus.

ſticũ omnẽ in forum attulit: & adduxit filiã validã: atqꝫ (vt ait Piſo) bñ curatã ac veſtitam: ferramẽta
egregie facta: graues ligones: vomeres ponderoſos: boues ſaturos. Poſtea dixit. Veneficia mea quiri
tes hęc ſunt nec poſſuꝫ vobis oſtendere: aut in forum adducere lucubrationes vigiliaſqꝫ & ſudores.
Omniũ ſẽtẽtijs abſolutus itaqꝫ ẽ. Profecto opa nõ ipẽſa cultura conſtat. Et ideo maiores fertiliſſimũ

Verba furij ad ſenatum

in agro oculũ domini eẽ dixerũt. Reliqua p̄cepta reddẽṫ ſuis locis: quę ꝓpria ſinguloꝝ geneꝝ erũt
Interim cõmunia quę ſuccurrũt nõ omittemus. Et in primis Catonis humaniſſimũ & vtiliſſimũ. Id
agendũ vt diligant vicini. Cauſas reddit ille: quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. Inter prima idẽ ca
uet: ne familiæ malę ſint. Nihil ſero faciẽdum in agricultura oẽs cẽſẽt. Iterũqꝫ ſuo quæqꝫ tpe facien=
da. Et tertio p̄cepto p̄termiſſa fruſtra reuocari. De terra carioſa execratio. Catonis abũde ĩdicata ẽ.
Quanq̃ p̄dicere nõ ceſſat is. Quicquid per aſellum fieri poteſt vtiliſſime conſtat. Filix biẽnio moriṫ:
ſi frondẽ agere nõ patiaris. Id efficaciſſime cõtingit germinãtis ramis baculo decuſſis. Succus enim

In agricultura veſpe nihil agendum.

ex ipſa defluẽs necat radices. Aiunt & circa ſolſtitium auulſas non renaſci: nec harundine ſectas: aut
exaratas vomeri harũdine impoſita. Similiter & harundinẽ exarari filice vomeri impoſita p̃cipiũt
Iũcoſus ager verti pala debet. At i ſaxoſo bidẽtibꝰ. Fruteta igni optime tollunt̃. Humidiorẽ agrum
foſſione concidi: atq; ſiccari vtiliſſimũ eſt. Foſſas aũt retuſis locis apertas relinqui. In ſolutiore terra
ſepius firmari. In reprocibus ac ſupinis lateribꝰ ꝓcumbere quaſdã obſerari: & in alias dirigi. Maio
res patẽtioreſq; (ſi ſit occaſio) ſilice vł glarea ſterni. Ora vtrinq; lapidibꝰ ſtatu minari: & alio ſupinte
gi. Siluæ extirpande rationem Democritus prodidit: lupini flore in ſucco cicutæ vno die macerato
ſparſiſq; radicibus.

## De frugum generibus & natura. CA. VII.

ET quoniam preparatus eſt ager: natura: nunc indicabitur frugum. Sunt autẽ duo prima
earum genera. Frumẽta vt triticum: hordeuʒ. Et legumina vt faba & cicer. Differẽtia ve-
ro notior: q̃ vt indicari deceat. Frumẽti ipſius totidẽ genera per tempora ſatu diuiſa. Ty-
berna quæ circa virgiliarum occaſum terra per hyemẽ nutriuntur: vt triticũ: far: hordeũ:
Aeſtiua quæ æſtate ante vergiliarum exortum ſeruntur: vt miliuʒ: panicũ: ſiſama: horminũ: irio: ita
liæ dũtaxat ritu. Alioquin in grçcia & aſia omnia vergiliarum occaſu ſeruntur. Quędam aũt vtroq;
tempore in italia. Ex his quędam & tertio veris ſcilicet. Aliqui verna: milium: panicum: lentẽ: cicer:
halicã appellãt. Sementica autem triticum: hordeum: fabam: napum: rapam. Et in tritici genere ꝑs
Legumina omnia Ra. p̃ter fa. habentia. aliqua pabuli eſt quadrupedũ cauſa ſati: vt farrago. Et in leguminibus vt vitia. At cõmunis quadru-
pedum hominumq; vſui lupinus. Legumina omnia ſingulas habẽt radices p̃ter fabam: eaſq; ſurcu-
loſas: quia nõ in multa diuiduntur. Altiſſimas autẽ cicer. Frumenta multis radicant̃ fibris ſine ramis
Erumpit a primo ſaltu hordeuʒ die ſeptimo. Legumina quarto: vel cum tardiſſime ſeptimo. Faba a
xv. ad. xx. Legumina in ægypto tertio die. Ex hordeo alterum caput grani in radicẽ exit: alterum in
hærbam: quę & prior floret. Radicẽ craſſior pars grani fũdit: tenuior florẽ. Cæteris ſeminibus eadẽ
pars & radicem & florẽ. Frumẽta hyeme in hęrba ſunt: verno tẽpore faſtigiant̃ in ſtipulam: quæ ſũt
hyberni generis. At milium & panicum in culmẽ geniculatũ & concauũ. Siſama vero in ferulaceuʒ
Omnium ſatoꝝ fructus aut ſpicis cõtinent̃: vt tritici: hordei: muniturq; vallo ariſtaruʒ quadruplici
aut includitur ſiliquis: vt leguminũ: aut vaſculis: vt ſiſamæ: ac papaueris. Milium ac pannicũ tantũ
Pãnicũ vnde. pro indiuiſo & paruis auibꝰ expoſita ſunt: indefenſa quippe mẽbranis continent̃. Pannicum a pãni-
culis dictũ: cacumine languido nutãte: paulatim extenuato culmo: pene in ſui culum p̃denſis acer-
uatur granis: cũ longiſſima pedali obſimili comę granũ cõplexæ: quę fimbriato capillo curuat̃. Sũt
& panico genera. Mãmoſo: epẽno: paruis racemato pãniculis: & cacumine gemino. Quin & colore
dinſtinguit̃: cãdido: nigro: ruffo: etiã purpureo. Panis multifarie & e milio fit: e panico: rarius. Sʒ nul
lum frumẽto põderoſius: aut qđ coquẽdo magis creſcat. Lx. eñ pondo panis e modio reducũt: mo-
diũq; pultis ex tribus ſextarijs madidis. Milium intra hos decem annos ex india in italiam inuectuʒ
eſt: nigrum colore: amplũ grano: harũdineũ culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſepteʒ p̃grandibꝰ
culmis. Lobas vocant: oĩm frugũ fertiliſſimũ. Ex vno grano terni ſextarij gignunt̃. Seri debẽt in hu-
midis. Frumẽta quędã in genu tertio ſpicã icipiũt cõcipere. Quædã in quarto: ſed etiãnum occultã
Genicula aũt ſunt tritico quaterna. Farri ſena. Hordeo octona. Sʒ nõ ante ſupra dictum geniculorũ
numeꝝ cõceptus eſt ſpice ſui fecerit: quattuor aut quinq; tardiſſime diebus florere incipiunt. Toti-
dẽq; aut paulo pluribus defloreſcũt. Hordea vero cuʒ tardiſſime ſeptẽ. Varro quater nouenis diebꝰ
fruges abſolui tradit: & mẽſe nono meti. Fabæ in folia exeunt: ac deinde caulem emittũt nullis di-
ſtinctũ internodijs. Reliqua legumina ſurculoſa ſunt. Ex ijs ramoſa cicer: eruum: lens. Quorũdã cau
les ſpargunt̃ in terram: ſi nõ habeant adminiculum: vt piſorũ. Quod ſi non habuere deteriora fiunt
Leguminum vnicaulis faba ſola. Vnus & lupinis. Cæteris ramoſus: prætenui ſurculo. Omnibꝰ vero
fiſtuloſus. Folium quædam a radice mittũt: quædam a cacumine. Frumentum vero & hordeũ vitia
q; & quicquid in ſtipula eſt in cacumine vnum foliũ habẽt. Sed hordeo ſcabra ſũt: cęteris leuia. Mul
tiplicia cõtra fabæ: ciceri: piſo. Frumẽtis foliuʒ harũdinaceũ. Fabę rotundũ: & magnæ leguminum
parti. Longiora eruiliæ & piſo. Faſiolis venoſa. Siſamæ & irioni ſanguinea. Cadunt folia lupino tan-
tum: & papaueri. Legumina diutius florent: & ex ijs eruum ac cicer. Sed diutiſſime faba. xl. diebus.
Non autem ſingulis capi tandiu: quoniam alio deſinente alius incipit. Nec tota ſeges ſicut frumen-
ti pariter. Siliquantur vero omnia diuerſis diebus: & ab ima primum parte paulatim flore ſubeũte.
Frumẽta cũ defloruere craſſeſcunt: maturant̃q;: cũ plurimũ diebus. xl. perficiunt̃. Itẽ faba. Pauciſſi-
mis cicer. Id enim a ſemẽte diebꝰ. xl. p̃ficitur. Miliũ/ & panicũ/ & ſiſama/ & omnia ęſtiua quadragita
diebus maturant̃ a flore. Magna terrę cęliq; differẽtia. In ægypto enim hordeum ſexto a ſatu men-
ſe. Frumenta ſeptimo metuntur. In hellade hordeũ. In pelopõneſo octauo & frumẽta etiãnũ tardiꝰ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0292-0

Grana in ſtip̄ula crinito textu ſpicant̃. In faba leguminibuſq; alternis lateribus ſiliquant̃. Fortiora hyeme frumēta leguminaq; in cibo. Tunicę frumēto plures. Hordeū maxie nudū: & halica: ſ; præcipue auena. Calamus altior frumēto q̄ hordeo. Ariſta mordacior hordeo: in area exterunt̃ triticū & ſiligo & hordeum. Sic & ſerunt̃ pura: qualiter molunt̃: quia toſta nō ſūt. E diuerſo far: milium: pani cū purgari niſi toſta nō poſſūt. itaq; hæc cū ſuis folliculis ſerunt̃ cruda. Et far in vaginulis ſuis ſeruāt ad ſatus: atq; nō torrēt. Leuiſſimū ex iis hordeū raro excedit. xv. libras: & faba. xxii. Pōderoſius far: magiſq; etiānū triticū. Far in ęgypto olyra cōficit̃. Tertiū genus ſpicę hoc ibi eſt. Gallia quoq; ſuum genus farris dedere: quod illic brance vocāt: apud nos ſcandalam nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt: qꝫ fere quaternis libris plus reddit panis: q̄ far aliud. Populū romanū farre tantum e frumento. ccc. annis vſū. Verrius tradidit. Tritici genera plura quę fecere gētes. italico nullū equidē cōparauerim cādore ac pondere: quo maxime decernit̃. Montanis modo cōparet̃ italię agris externu;: in quo principatu; tenuit boetia: deinde ſicilia: mox africa. Tertium pōdus erat thracio ſyrioq;: deinde ęgyptio: athletarum cum decreto: quorum capacitas iumētis ſimilis quem diximus ordinē fecerat. Gręcia & ponticum laudauit: quod in italiam nō peruenit. Ex omni eodem genere grani prætulit oreūtium & tragu; dignes: & ſelinūtium argumēto craſſiſſimi calami. itaq; pingui ſolo hęc genera aſſignabat. Leuiſſimum & maxime inane ſeu tenuiſſimi calami in humidis ſeri iubebat: quoniā multo egeret alimēto. Hæ fuere ſententiæ Alexandro magno regnante: cum clariſſima fuit græcia atq; in toto terraꝝ orbe potētiſſima: ita tamē: vt ante mortē ciꝰ annis fere cētū quadragitaquiq;. Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumētū italicū ante cuncta laudauerit: aduerbiū trāſlata ſnia. Et fortunatam italiam frumento caneſcere candido.

Vel cōtra cōtion & tragu; & ſelior nimium

Quæ laus peculiaris hodie italico eſt. Quo magis admiror poſteros gręcoꝝ nullam mentionē huiꝰ feciſſe frumēti. Nunc ex iis generibus quæ romam inuehuntur leuiſſimum eſt gallicu; atq; cheroneſo aduectum: quippe nō excedunt in modum vicenas libras: ſi quis granum ipſum pōderet. Adiicit ſardium ſex libras: alexandrinū & trientes. Hoc eſt & ſicli pondus. Boeticum totam libra; addit: africum & dodrantes. In tranſpadana italia ſcio vicenas quinas libras farris modios pendere. Circa cluſium & ſenas. Lex naturæ certa eſt in quocūq; genere pane militari: tertia portio ad grani pōdus accedat. Sicut optimum eſſe frumentum: quod impactum congium aquæ capiat. Quibuſda; generibus per ſe pondus ſicut balearico: modio tritici panis pōdo. xxx. reddit. Quibuſdam in permixtis vt cyprio & alexandrino. xx. prope libras nō excedentibus. Cyprium fuſcum eſt: panem nigrum facit. Itaq; miſcet̃ alexandrinum candidū: redduntq;. xxv. pondo. Thebaicum libras adiicit. Marina aqua ſubigi: quod plęriq; maritimis in locis faciūt occaſione lucrandi ſalis viliſſimū. Nō alia de cauſa oportuniora morbis corpora exiſtunt. Gallię & hiſpaniæ frumēto in potum reſoluto quibus diximus generibus ſpuma ita cōcreta pro fermēto vtuntur. Qua de cauſa leuior illis q̄ cęteris panis eſt. Differētia eſt & calami. Craſſior quippe melioris eſt generis. Plurimis tunicis thraciu; triticū veſtitur ob nimia frigora illi plagę exquiſitum. Eadem cauſa & trimeſtria inuenit detinētibus terras niuibus: quod tertio fere ſatum menſe vt in reliquo orbe metitur. Totis hoc alpibus notū: & hyemalibus ꝓuintiis. Nullum hoc frumento lętius. Vnicalamum p̄terea: nec vſq; capax: ſerit̃q; nō niſi tenui terra. Eſt & bimeſtre circa tracium ſinum: quod. xl. die quo ſatum eſt matureſcit: mirumq; nulli frumento plus eſſe ponderis: & furfuribus carere. Vtit̃ eo & ſicilia & achaia: mōtoſis vtraq; partibꝰ. Euboea quoq; circa cariſtum. In tātum fallitur Columella: qui ne trimeſtris quidē proprium genus exiſtimauerit eſſe cum ſit antiquiſſimum. Græci trimenon vocant. Tradunt in bactris grana tantæ magnitudinis fieri: vt ſingula ſpicas noſtra æquent. Primum ex oībus frumētis ſerit̃ hordeum. Dabimus & dies ſerendi cuiq; generi natura ſingulorum expoſita. Hordeum indis ſatiuu; & ſilueſtre ex quo panis apud eos præcipuus. Italici quidē maxime oriza gaudēt: ex qua ptiſanam conficiūt: qua; reliqui mortales ex hordeo. Orizæ quidē folia carnoſa: porro ſimilia: ſed latiora. Altitudo cubitalis: flos purpureus: radix gemmę rotunditatis. Antiquiſſimum in cibis hordeum: ſicut athenienſiu; ritu. Menandro auctore apparet & gladiatorum cognomine: qui hordearii vocabant̃. Polentā quoq; gręci non aliunde p̄ferunt. Pluribus fit hęc modis. Gręci ꝑfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna: ac poſtero die frigunt: deinde mollis frāgunt. Sunt qui vehementius toſtū rurſus exigua aqua aſpergant: ſiccentq; priuſq̄ molant. Alii vero virētibus decuſſum hordeum recens purgāt madidumq; in pila tundūt: atq; in corbibus eluunt: ac ſiccatum ſole rurſus tundūt: & purgatum molunt. Quocūq; aute; genere p̄parato vicenis hordei libris: ternas ſeminis lini: & coriādri ſelibras: ſaliſq; acetabulo: torrentes ante omnia miſcent in mola. Qui diutius volunt ſeruare cum polline ac furfuribus ſuis cōdūt nouis fictilibꝰ. Italia ſine perfuſione toſtum inſuctilē formā molit: iiſdem additis: atq; etiā milio. Pane ex hordeo antiquis vſitatum vita dānauit: quadrupedumq; tradidit refectibus. Ptiſanæ inde

Vel granum hemine.

vſus validiſſimus ſaluberrimuſq; tantopere ꝓbat̃. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates clariſſimus medicinę ſcientiæ. Ptiſanę bonitas p̄cipua vticenſi. In ægypto vero ea eſt q̄ fit ex hordeo: cum ſunt bini anguli. In boetia & africa genus ex quo fiat hordei glabruz appellat Turranius. Idem olyrā & oryzam eandē eſſe exiſtimat. Ptiſanę cōficiendę vulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine tragum fit in campania tantum & ęgypto. Amilum vero ex omni tritico ac ſiligine. Sed optimum ex trimeſtri. Inuentio eius chio inſulę debet̃: & hodie laudatiſſimum inde eſt: appellatuz ab eo q̄ ſine mola fiat. Proximū trimeſtri: quod eſt minime pōderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua ī ligneis vaſis: ita vt integat̃: quiquies in die mutata. Meli⁹ ſi & ī nocte: ita vt miſceat̃ pariter emolitū priuſq̄ aceſcat. Linteoq; aut ſportis ſiccatū tegulę infundit̃ illitę fermēto: atq; ita in ſole denſat̃. Poſt chiū maxīe laudat̃ creticū: mox ęgyptium. Probat̃ autez leuitate & leuore: atq; vt recens ſit. Iam & Catonis dictu. Apud nos hordei farina ad medēdū vtunt̃. Mirumq; in vſu iumentoꝝ ignibus durato: ac poſtea mollito: offiſq; humana manu dimiſſis maiores in aluum vires toroſq; corpis fieri. Spicę quędā binos ordines habent: quędam plures vſq; ad ſenos. Grano ipſi aliquot differētię: longius leuiuſq;: aut breuius: aut rotūdius: cādidius: nigrius: vel cui purpura eſt. Vltimo ad polentam contra tempeſtates cādido maxima infirmitas. Hordeum frugum omnium nobiliſſimū eſt: ſeri non valet niſi in ſicca & ſoluta terra: ac niſi lęta. Palea ex optimis. Stramētovero eiu's nullum comparatur. Hordeum ex omni frumēto minime calamitoſum: quia tollit̃ anteq̄ triticum occupet rubigo: itaq; ſapientes agricolę triticum cibarijs tantum ſerunt. Hordeū ſarculo ſeri dicunt: propterea celerrime reddit: fertiliſſimūq;. Quod in hiſpania & carthagine aprili menſe collectum eſt: hoc ſeritur eodem mēſe in celtiberia: eodemq; anno bis naſcitur. Rapitur omne a prima ſtatim maturitate feſtinantius q̄ cętera. Fragili enim ſtipula & tenuiſſima palea granum continetur. Meliorem etiam polentā fieri tradunt ſi nō exacta maturitate tollatur.

¶Non omnia frumenti genera vbiq; naſci: & de reliquis in oriente generibus. CA.VIII.

FRumenti genera non eadem vbiq;: neq; vbi eadem ſunt iiſdem nominibus. Vulgatiſſima far: quod adoreum veteres appellauere: ſiligo: triticum Hæc plurimis terris communia. Arinca galliarū propria: copioſa & italiæ eſt. In ægypto autem ac ſyria ciliciaq; & aſia ac græcię parte peculiares zea: olyra: typhe. Aegyptus ſimilaginez conficit e tritico ſuo nequaq̄ italicę

Vel habet. parem. Qui zea vtuntur non habent far. Eſt & hæc italię in cāpania maxime: ſemēq; appellat̃. Hoc debet nomen res præclara vt mox docebimus. Propter quam Homerus ζειδωρος αρουρα. dixit Non vt arbitrantur aliqui: quoniaz vitam donaret. Amyum quoq; ex ea fit priore craſſius. Hęc ſola differentia eſt. Ex omni genere duriſſimum far: & cōtra hyemes firmiſſimum. Patitur frigidiſſimos locos: & minus ſubactos: vel æſtuoſos ſitienteſq;: primus antiquis latio cibus: magno argumento in adoreę donis ſicuti diximus. Pulte autem nō pane longo tempore vixiſſe romanos manifeſtū. Quoniam inde & pulmentaria hodieq; dicuntur. Et Ennius antiquiſſimus vates obſidionis famē deſcribens offam eripuiſſe plorātib⁹ liberis patres cōmemorat. Et hodie ſacra priſca atq; nataliū pulte fritilla conficiunt̃: videt̃q; tam plus ignota græcię fuiſſe: q̄ italię polēta. Tritici ſemine auidius nullum eſt: nec quo plus alimēti trahat. Siliginem dixerim proprie tritici delicias: candor eſt: & ſine virtute & ſine pondere: conueniens humidis tractibus: quales italię ſunt & gallię comatę. Sed tranſalpes in allobrogum tantum auernorumq; agro ꝑtinax. In cęteris ibi partibus biennio in triticum trāſit. Remedium vt grauiſſima quæq; grana eius ſerantur.

¶De piſtorijs: & mollitura: & farina. CA.IX.

E Siligine lautiſſim⁹ panis. piſtrinarumq; opera laudatiſſima. Pręcellit in italia: ſi campana pilis natę miſceat̃. Ruffior illa: at piſana candidior ponderoſior vero cretacea. Iuſtum eſt e grano campanæ quam vocant caſtratē: e modio redire ſextarios quattuor ſiliginis. Vel e gregali ſi e caſtrata ſextarios quinq;. Præterea floris ſemodium. Et cibarij quod ſecūdarium vocāt ſextarios quattuor. Furfuris ſextarios totidem. E piſana autem ſiliginis ſextarios quiq;.

Vel adſciunt. Cętera paria ſunt. Cluſina arentiaq; etiānum ſextarios ſiliginis aſſumunt: in reliquis pares. Si vero pollinem facere libeat. xvi. pondo panis redeunt. Et cibarij tria. Furfurum ſemodium. Mole diſcrimine hoc conſtat. Nam quę ſicca moluntur plus farinæ reddunt. Quę ſalſa aqua ſparſa cādidiorem medullā: verum plus retinēt in furfure. Farinā a farre dictam noīe ipſo apparet. Siligineę farinę modius gallicę. xxij. libras panis reddit. Italicę duabus tribus ve amplius in atroptitio pane. Nā furnaceis binas adijciunt libras in quocunq; genere.

¶De ſimilagine & ſiligine & de alijs generibus & de piſtura. CA.X.

SImilago ex tritico fit laudatiſſima. Ex africo iuſtũ eſt e modijs redire ſemodios:& polli=
nis ſextarios quinq;. Ita enim appellant in tritico:quod florem in ſiligine. Hoc ęrarię offi
nę chartarięq; vtuntur. Pręterea ſecundarij ſextarios quattuor. Furfurumq; tantũdẽ. Pa=
nes vero e modio ſimilaginis.cxxij. E floris modio.cxvij. Precium huic annona media in Vel polinem.
modio farinæ.xl.aſſes. Similagini caſtratę octonis aſſibus amplius. Siligini caſtratæ duplum. Eſt &
alia diſtinctio. Similago.l.pollin autem.xvij.pondo panis reddere viſa tritici.xxx.cũ3 triente: & ſe=
cundarij panis quinas ſelibras:totidem cibarij:& furfurum ſextarios ſex. Siligo nũq̃ matureſcit pa=
riter:nec vlla ſegetũ minus dilationem patitur propter teneritatem. Iiſq; quæ maturitre ꝓtin⁹ gra
num dimittentibus:ſed minus q̃ cętera frumenta in ſtipula periclitaꝛ:quoniã ſemper rectam habet
ſpicam:nec rorem continet:qui rubiginem faciat. Ex africa dulciſſim⁹ panis:ipa ſpiſſior q̃ far:& ma
ior ſpica eadem & põderoſior. Raro modius grani non.xvi.libras implet. Exteriꝛ in grępcia difficul=
ter. Ob id iumentis dari ab Homero dicta. Hęc em̃ eſt quam vocat olyram. Eadem in ęgypto faci=
lis fertiliſq; far ſine ariſta eſt. Item ſiligo excepta ea quę laconica appellaꝛ. Adijciunꝛ ijs genera:bro
mos:ſiligo exceptitia:& tragos externa omnia ab oriẽte inuecta orize ſimilia. Tiphe & ipſa eiuſdẽ
generis:ex qua fit in noſtro orbe oriza. Apud græcos eſt & iſia. Tradũtq; eam ac tiphen cũ ſint dege
neres radice ad frumentum:ſi piſtæ ſeranꝛ:nec ꝓtin⁹:ſed tertio anno. Tritico nihil eſt fertilius. Hoc
enim natura ei tribuit:quoniam eo maxime alat hominem. Vt pote cum e modio ſi ſit aptum ſolũ:
quale in bizãtio africę cãpo centeni quinquageni modij reddanꝛ. Miſit ex eo loco Diuo Auguſto ꝓ
curator eius ex vno grano vix credibile dictu quadringẽta paucis minus germina. Extãtq; de ea re
epiſtolę. Miſit & Neroni ſimiliter.cccxl.ſtipulas ex vno grano. Cũ3 centeſimo quidem & leontini ſi
cilię cãpi fundunt. Alijq;:& tota betica:& in primis ęgyptus. Fertiliſſima tritici genera ramoſũ: aut
quod centigranum vocãt. Inuẽt⁹ eſt iam & ſcap⁹ vnus centũ fabis onuſtus. Aeſtiua frumẽta dixim⁹
ſi famã:miliũ panicũ. Siſama ab indis venit:ex ea & oleũ cõficiunt. Color eius cãdidus. Huic ſimile
eſt in aſia græciaq; eriſimũ:idẽq; erat:niſi pinguis eſſet:quod apud nos vocãt irionẽ:medicaminib⁹
annumerandũ potiuſq̃ frugibus. Eiuſdem naturę & hormiũ a gręcis dictum:ſed cymino ſimile:ſeri
turq; cum ſiſama hoc & irione. Nullum animal veſcitur virentibus Piſtura non oĩm facilis. Quippe
& hetruria ſpicam farris toſti piſẽte pilo p̃ferrato fiſtula ſerrata: & ſtella intus denticulata:vt niſi in=
tenti piſant:concidantur grana:ferroq; franganꝛ. Maior pars italię ruido vtitur pilo:rotis etiã:quas
aqua verſet obiter:& molat. De ipſa ratione piſendi Magonis ꝓponeꝛ ſententia. Triticũ ante pſun=
di aqua multa iubet:poſtea euelli. Deinde ſole ſiccarũ pila repeti. Simili modo hordeũ. Hui⁹ ſexta
rios.xx.ſpargi duob⁹ ſextarijs aquæ. Lentẽ torrere prius:deinde cũ furfurib⁹ leuiter piſi. Aut addi=
tos in ſextarios.xx.lateris crudi fruſtro:& harenę ſemodio. Eruiliam iiſdem modus quib⁹ lẽtẽ. Siſa=
mam in calida maceratã exporrigi Deinde cõfricari:frigide immergi:vt paleę fluctuent:iterũq; ex=
porrigi in ſole ſup lintea. Quod niſi feſtinato pagaꝛ:lurido colore muſcere. Et ipſa quæ aũt eualuã=
tur variã piſturarum rationem habent. Acus vocatur cum p ſe piſitur. Spica tantũ aurificũ ad vſ⁹. Si
vero in area teriꝛ cũ ſtipula:palea vt maiore in terrarꝝ parte ad pabula iumentorꝝ. Milij & panici &
ſiſame appludã vocãt purgamẽta:alibi alijs nominibus. Milio cãpania gaudet p̃cipue:pultẽq; can=
didã ex eo facit. Fit & panis pręducis. Sarmatarũ quoq; gentes hac maxime pulte alũtur: & cruda
etiam farina equino lacte:vel ſanguine e cruris venis admixto. Aethiopes nõ aliã fruge3 q̃ milij hor=
deiq; nouere. Panico & gallię q̃dã pręcipue aquitania vtitur. Sed circũpadana italia addita faba:ſi
ne qua nihil cõficiũt. Põticę gentes nullum panico præferũt cibũ. Cętero æſtiua frumẽta riguis ma
gis etiã q̃ hymbribus gaudẽt. Miliũ & panicum aqui minime:cũ in folia exeũt. Vetãt ea inter vites
arboreſq; frugiferas ſeri terram emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

De fermentis & panis faciendi ratio & genera:& quando primum piſtores
romæ & de cribris & alica. CA.XI.

MIlij præcipu⁹ ad fermẽta vſus e muſto ſubacti in annũ tempus. Simile fit ex tritici ipſi⁹ fur
furib⁹ minutis & optimis e muſto albo triduo maturato ſubactis:ac ſole ſiccatis. Inde pa
ſtilos in pane faciendo dilutos:cum ſimilagine ſeminis feruefaciũt:atq; ita farinæ miſcẽt:
ſic optimũ panẽ fieri arbitrantes. Græci in binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermẽti cõſtituere.
Et hæc quidẽ genera vindemijs tantũ fiunt. Quo libeat vero tpe ex aqua hordeoq; bilibres offæ fer
uenti foco:vel fictili patina torrenꝛ cinere & carbone:vſq; dum rubeãt. Poſtea operiũtur in vaſis do
nec aceſcãt:hinc fermẽtũ deluiꝛ. Cũ fieret aũt panis hordeaceus eruiliæ aut cicerulæ farinæ ipſę ad= Vel erui.
mixtiõe fermẽtabãꝛ. Iuſtũq; erat duę libræ i quiq; ſemodios. Nũc fermẽtũ fit ex ipa farina q̃ ſubigiꝛ Vel cicerculę
pri⁹ q̃ addaꝛ ſal ad pultis modu3 decocta:& relicta donec aceſcat. Vulgo vero nec ſufferuere faciunt
ſed tãtũ pridie aſſeruata materia vtunꝛ. Palãq; natura eſt acore frumentarij:ſicut & validiora eẽ cor=

pora quæ frumentato pane aluntˀ. Quippe cũ apud veteres ponderoſiſſimo cuiq; p̄cipuo tritico ſa-
lubritas ꝓhibita ſit. Panis ipſiꝰ varia gn̄a ꝑſeq ſupuacuũ videtˀ. Alias ab obſonijs appellari vt oſtrea
rij. Alias a delitijs vt artolagani. Alias a feſtinatiõe vt ſpeuſici. Necnõ a coquẽdi ratione vt furnacei
Vl artopticij. vel artopteſij: aut in clibanis cocti nõ pridem etiã e ptibꝰ aduecto: quẽ alij aquaticũ vocãt: qm̃ aqua
trahitur a tenui & ſpongioſa inanitate alij pthicũ. Sũma laus ſiliginis bonitate & cribri tenuitate cõ
ſtat. Quidam ex ouis aut lacte ſubigunt. Butyro vero gentes etiam pacatę ad operis piſtorij genera
tranſeunte cura. Duratˀ ſua piceno in panis inuentiõe gratia ex alicę materia cũ nouẽ diebꝰ macera
ta: decimo ad ſpeciem tracta: vt ſubacta vuę paſſę ſucco eſt: ibi poſtea in furnis ollis indita: q̃ rumpã
☞ tur ibi torrent. Neq; eſt ex eo cibus niſi madefacto: quod fit lacte maxime mulſo. Piſtores Romę nõ
In primũ piſtores romæ fuerunt. fuerunt ad perſicum vſq; bellum: annis ab vrbe cõdita ſuper quingentos octoginta. Ipſi panes facie
bant quirites: mulierũq; id opus erat ſicut etiã nũc in plurimis gentium. Artopteſiã Plautus appel-
lat in fabula: quã aulularíam ſcripſit. Magna ob id cõcertatione eruditoꝝ: an is verſꝰ poetę ſit illius
Vel artoptaꝫ. certumq; ſit Attei Capitonis ſentẽtia. Toſtũ panẽ lautioribus coquere ſolitos: piſtoreſq; tãtum eos
qui far piſcebãt nominatos. Nec cocos vero habebãt in ſeruitijs eoſq; ex macello conducebant. Cri
brorũ genera gallię ſetis equorum iuenere. hiſpaniæ lino excuſſiora & pollinaria: ægyptus e papy-
ro atq; iunco. Sed inter hæc dicatˀ prima & alicæ ratio: p̄ſtãtiſſimæ ſaluberrimęq;: quę palma frugũ
indubitãter italiã contingit. Fit ſine dubio & in ægypto ſed admodũ ſpernẽda. In italia vero pluri-
bus locis ſicut veronẽſi piſanoq; agro. In cãpania tamen laudatiſſimus: cãpus eſt: mõtibus ſubiacet
nymboſis totis quideꝫ. xl. mil. paſ. planiciæ. Gracia terræ eius (vt ꝑtinus ſoli natura dicatˀ) puluerea
ſumma inferior bibula: & pumicis fiſtulãs vice. Montium quoq; culpa in bonum cedit. Crebros em̃
hymbres percolat atq; tranſmittit: nec dilui aut madere voluit propter facilitatem culturę. Eadem
acceptum humorem nullis fontibus reddit: ſed temperat: & cõcoquẽs ĩtra ſe vice fuſi cõtinet. Seritˀ
toto anno: panico ſemel: bis farre. Et tamẽ vere ſegetes quæ interquieuere fundunt roſaꝫ odoratio-
rem ſatiua: adeo terra nõ ceſſat parere. Vnde vulgo dictũ plus apud campanos vnguẽti: q̃ apud cæ-
teros olei fieri. Quãtum autem vniuerſas terras cãpus circũ campanus antecedit: tãtum ipſum pars
eius: quæ laboriæ vocãtur: quẽ phlegræũ gręci appellãt. Finiuntˀ laborię via ab vtroq; latere cõſula
ri: quę a puteolis: & quę a cumis capuam deducit. Alica fit e zea quam ſemen appellauimus. Tundi
tur granum eius in pila lignea. Nam lapidis duritia cõteritur. Nobilius vt notum eſt pilo vinctoruꝫ
penali opera. Primori ineſt pixis ferrea excuſſis inde tenuicis. Iteꝝ ijſdẽ armamẽtis nudata cõciditˀ
medulla. Ita fiũt alicæ tria genera: minimum: ac ſecundarium: grandiſſimum vero apherema appel
lant. Nondum habẽt candorem ſuuꝫ quo præcellunt. Iam tamen alexandrię p̄feruntur. Poſtea mi-
rum dictu admiſcetur creta: q̃ trãſit in corpus: coloremq; & teneritatẽ affert. Inuenitur hæc inter pu
teolos & neapolim in colle leucogeo appellato. Extatq; Diui Auguſti decretum quo anno ad vice-
na milia neapolitanis ꝓ eo numerari iuſſit e fiſco ſuo colonia deducens capuam. Adiecitq; cauſã af-
ferendi: quoniaꝫ negaſſem cãpani alicam cõficit ſine eo metallo poſſe. In eodẽ reperitur & ſulphur.
Emicãtq; fõtes oraxi oculoruꝫ claritati: & vulnerum medicinę: dentiumq; firmitati. Alica adulteri
na fit maxime e zea quæ in africa degenerat. Latiores eius ſpicæ nigrioreſq;: & breui ſtipula. Piſunt
Vel deterunt cũ harena: & ſic quoq; difficulter cõterunt vtriculos. Fitq; dimidia modij mẽſura. Poſteaq; gypſi ps
quarta inſpergitur: atq; vt cohęſerit farinario cribro ſubcerunt. Quæ in eo remãſit exceptitia appel
latˀ: vt grandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit arctiore cernit: & ſecundaria vocatur. Item cribraria: quæ
ſimili modo in tertio remãſit cribro auguſtiſſimo: & tantum harenas tranſmittente. Alia ratio vbiq;
adulterandi. Ex tritico candidiſſima atq; grãdiſſima eligunt grana: & ſemicocta in ollis: poſtea are-
faciunt ſole ad initium: rurſuſq; leuiter aſperſa molis frangũt. Ex zea pulchrius q̃ ex tritico fit granũ
quãuis id alicę vitium ſit. Cãdorem aũt ei ꝓ creta lacti incoctis mixtura cõfert.

## De leguminibus. CA. XII.

SEquitˀ natura leguminũ: inter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua tentatus ſit etiã
panis. Lomẽtũ appellatˀ farina ea: aggrauaturq; põdus illa & omni legumine. Iam vero &
pabulo venalis. Fabę multiplex vſus: omnium quadrupedum generi præcipue homini.
Frumẽto etiam miſcetur apud pleraſq; gentes: & maxime panico ſolida: ac delicatiꝰ fra-
cta. Quin & priſco ritu fabaia ſuæ religionis dijs in ſacra eſt: p̄ualens pulmẽtarij cibo & hebetare ſẽ
ſus exiſtimata: inſomnia quoq; facere. Ob hoc pythagorica ſẽtentia damnata. Vel (vt alij tradidere)
quoniam mortuorum animæ ſunt in ea. Qua de cauſa parentando vtiq; aſſũmitur. Varro & ob hæc
flaminem ea non veſci tradit: quoniam & in flore eius litterę lugubres reperiãtur. In eadeꝫ peculia
Vel refrina. ris religio. Nãq; fabam vtiq; in frugibus referre mos eſt auſpicij cã: quæ ideo referina appellatur. Et
auctionibus eã adhiberi lucroſum putãt. Sola certa frugum etiã exeſa repletur creſcẽte luna. Aqua

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0296-3
DFG

marina alia ve ſalſa nō ꝑcoquitur. Seritur ante vergiliarum occaſum leguminum prima: vt antece-
dat hyemem. Vergilius per vere ā ſeri iubet circumpadanę italiæ ritu. Sed maior pars malunt faba
lia naturæ ſationis: q̄ trimeſtrem fructum eius. Nam ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori.
Aquas in flore maxime concupiſcit: cum vero defloruit: exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt lę
tificat ſtercoris vice. Ideo circa macedoniam theſſaliamq; cum florere incepit vertunt arua. Naſcit̃
& ſua ſponte plęriſq; in locis: ſicut ſeptētrionalis oceani inſulis: quas ob id noſtri fabarias appellant.
Item in mauritania ſilueſtris paſſim: ſed ꝑdura & q̄ percoqui nō poſſit. Naſcitur & in ęgypto ſpino-
ſo caule. Qua de cauſa crocodili aculeos timentes refugiunt. Longitudo ſcapo quattuor cubitoꝝ ē.
Ampliſſima craſſitudo. Octona genicula habet: molli calamo. Simile caput papaueri: colore roſeo
In eo fabæ non ſupra tricenas. Folia ampla. Fructus ipe amarus & odore: ſed radix ꝑquilata. Incola
rum cibus cruda: & omnino decocta. Harundinum radicibus ſimilis. Naſcitur & in ſyria ciciliaq; & Vel cibis.
in thorone chalcidis lacu. Ex leguminibus autē nouēbri ſeruntur lens: & in græcia piſa. Lens amat
ſolum tenue magis q̄ pingue: cœlum vtiq; ſiccum. Duo genera eius in ægypto: alterum rotundi⁹ ni
griuſq;: alterum ſua figura. Vnde vario vſu trāſlatu eſt in lenticulas nomen. Inuenio apud auctores
æquanimitatem fieri veſcentibus ea. Piſum in apricis ſeri debet: frigorum impatientiſſimū. Ideo in
italia & in auſteriore cęlo nō niſi verno tempore terra facili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cū ſal-
ſigine: ideo ſolū vrit. Nec niſi madefæctum pridie ſeri debet. Differentiæ plures: magnitudine: figu
ra: colore: ſopore. Eſt em̄ arietino capiti ſimile: vnde ita appellatur. Album nigrumq; eſt & colum-
binū: quod alij venerium vocant: candidum: rotundum: leue. Arietino minus: quod religio peruigi
lijs adhibet. Eſt & cicercula minuti ciceris: inęqualis angulos habens veluti piſum. Dulciſſimū autē
id quod eruo ſimillimū: firmiuſq; qđ nigrū & ruffū q̄ qđ albū. Siliquę rotundę ciceri: cæteriſq; legu
minum lōgę: & ad figurā ſeminis latæ. Piſo cilindracię. Faſioloꝝ cū ipſis mādunt̃ granis. Serere eos
qua vellis terra licet ab idib⁹ octobris in Kalē. nouēbris. Legumina cū matureſcere cœperint rapiē-
da ſunt: quoniam cito exiliunt: latentq; cum didicere ſicut & lupinum.

## De rapis & napis amiterinis. CA. XIII.

QVāq̄ prius dixiſſe cōueniat de rapis: in tranſcurſu eas attigere noſtri: paulo diligenti⁹ gręci: & ipſi tamen inter hortenſia. Si iuſtus ordo fiat a frumento ꝓtinus aut certe faba dicē-
dis. Quādo alij præſtantior vſus ab ijs non eſt. Ante omnia namq; cunctis animalibus na-
ſcuntur: nec in nouiſſimis. Satiāt ruris alitum quoq; genera: magiſq; ſi decoquētur aqua.
Quadrupedes & fronde earum gaudent. Et homini nō minore rapaciorū ſuis horis gratia q̄ cima- Vel rapicioꝝ
rum. Flaccidorum quoq; & in horreis enecatorum: vel maiore q̄ virentium. Ipſa vero durāt & ī ſua
terra ſeruata. Et poſt a paſſo pene ad alium ꝓuentū famāq; ſentiri ꝓhibent. A vino atq; meſſe ter-
tius hic trāſpadanis fructus. Terrā non moroſe eligit: pene vbi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruī
nis ac frigore vltro alūtur amplitudine mirabili. Vidi. lx. libras excedētia. In cibis quidē noſtris plu
ribus modis cōmendant̃: durantq; ad alia ſinapis acrimonia domita: etiam coloribus picta: præter
ſuum ſemen: ſex alijs purpureo quoq;: neq; aliud in cibis tingui decet. Genera eorū græci duo pri-
ma fecere: maſculinū fœmininumq; & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu ma-
ſculeſcere: item in terra difficili. Semen preſtantius quo ſubtilius. Species vero omniū tres. Aut em̄
in latitudinem fundi: aut in rotunditatem globari. Tertiam ſpeciem ſilueſtrem appellauere: in lōgi
tudinē radice ꝓcurrēte: raphani ſimilitudine & folio anguloſo ſcabroq;: ſucco acri. Qui circa meſſē
exceptus oculos purgat: medeturq; caligini admixto lacte mulierū. Frigore dulciora fieri exiſtimā-
tur & grandiora. Tepore in folia exeunt. Palma in nurſino agro naſcētibus. Taxatio in libras ſexter
tij ſinguli: & in penuria bini. Proxima in algido natis. Napi vero amiternini quorū eadem fere natu
ra gaudent æque frigidis. Serunt̃ & ante Kalen. Martias in iugero ſextarij quattuor. Diligentiores
quinto ſulco napum ſeri iubent: rapā quarto vtroq; ſtercorato: rapaꝫ latiorē fieri ſi palea ſeminetur.
Serere nudū volūt præcātem ſibi & vicinis ſerere ſe. Satus vtriq; generi iuſtus inter duorū minimū
dies feſtos. Neptūni atq; Vulcani. Ferūtq; ſubtili obſeruatione quota luna ꝓcedente hyeme nix pri
ma ceciderit: ſi totidē numinum die intra ꝑdictum temporis ſpaciū ſerātur mire ꝓuenire. Seruntur
& vere in calidis atq; humidis.

## De lupino. CA. XIIII.

LVpino eſt vſus ꝓximus: cū ſit & homini & quadrupedū generi vngulas habenti cōis. Re
mediū eius ne mētes fugiant exiliendo: aut ab hymbre tollant̃. Nec vllius q̄ ſerūtur natu
ra aſſēſu terrę mirabilior eſt. Primū oim cū ſole quotidie circūagit̃: horaſq; agricolis etiā
nubilo demōſtrat. Ter ꝑterea floret. Terrā amat: terraq; operiri non vult. Et vnū hoc ſerit̃ nō arato:
vbi fuerit maxīe ſabuloſa: & ſicca: atq; etiā harenoſa. Coli: vtiq; nō vult. Tellurē adeo amat: vt q̄uis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0297-9 DFG

fruteto ſolo coniectū inter folia vepreſq;: atq; terrā tamē radice ꝓueniat. Pingueſcere hoc ſatu ar=
ua vineaſq; diximus. Itaq; deo nō eget fimo vt optimi vicem repręſentet. Nihil aliud nullo ĩpendio
conſtat: vt quod ne ſerendi quidem gratia opus ſit afferre ꝓtinus ſerit ex aruo. Ac ne ſpergi quidē
poſtulat decidens ſpōte. Primumq; omnium ſeritur: nouiſſimū tollit. Vtrumq; ſeptembri fere men
ſe: quia ſi nō anteceſſerit hyemē frigoribus obnoxium eſt. Impune pręterea iacet: vel derelictum:
etiam: ſi nō ꝓtinus ſicuti obruant hymbres: ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutum. Plerū
q; tamen leui ſulco integunt. Ex denſiore terra rubricam maxime amat. Ad hanc alendā poſt terti=
um florem verti debet: in ſabulo poſt ſecundum. Cretoſa tantum limoſaq; odit: & in ijs non ꝓuenit.
Maceratum calida aqua homini in cibo eſt. Nam bouem vnū modij ſinguli ſatiant: validumq; p̄=
ſtant. Quādo etiam impoſitum puerorū ventribus ꝓ remedio eſt. Cōdi in fumo maxime conuenit:
quoniam in humido vermiculi vmbiculum eius in ſterilitatem caſtrāt. Si depaſtum ſit in frōde: ina
rari protinus ſolum opus eſt.

¶ De vitia: & eruo. CA.XV.

ET vitia pingueſcūt arua: nec ipſa agricolis operoſa: vno ſulco ſata: nō ſarrit: nō ſtercorat:
nec aliud q̄ deoccat. Sationis eius tria tempora. Circa occaſū arcturi vt decēbri mēſe pa
ſcat. Tūc optime ſerit in ſemen. Aeque nāq; fert depaſta. Secunda ſatio mēſe Ianuarij eſt:
nouiſſima martio: actum ad frondē vtiliſſima. Siccitatē ex oībus quę ſerunt maxīe amat
nō aſpernat etiā vmbroſa. Ex ſemine eius ſi lecta matura eſt palea cæteris p̄fert. Vitib⁹ pręripit ſuc=
cum langueſcuntq; ſi in arbuſtis ſerat. Nec erui operoſa cura eſt. Hoc amplius q̄ vitia rūcat: & ipm
medicaminis vim optinens. Quippe p eū Diuū Auguſtū curatū epiſtolis ipſius memoria extat. Suf
ficiunt ſingulis boū iugis modij quini ſati. Martio menſe ſatum noxiū eſſe bubus aiunt. Itē autumno
grauedinoſum. Innoxium autem fieri primo vere ſatum.

¶ De fœno & farragine & de ocimo & medica & cytiſo. CA.XVI.

ET ſicilia hoc eſt fœnū græcū ſacrificatiōe ſerit: nō altiore quattuor digytorū ſulco quanto
q; peius tractatur: tāto ꝓuenit melius. Rarum dictu: eſſe aliquid cui proſit negligentiam
Id autem quod ſecale atq; farrago appellatur occari tātum deſiderat. Secale taurini ſub
alpibus aſiam vocāt: deterrimum: & tantum ad arcendum famē vtile fœcundam ſed gra
cili ſtipula: nigritia: triſte: ſed pondere pręcipuum. Admiſcetur huic far vt mitiget amaritudinē ei⁹:
& tamen ſic quoq; ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicunq; ſolo cum cēteſimo grano. Ipſūq; ꝓ
letamine eſt. Farrago ex recrementis farris prędenſa ſeritur: admixta aliquādo & vitia. Eadem ali=
quando in africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia. Degenerantq; ex leguminibus quæ vocatur
cracca: in tantum columbis grata: vt paſtas ea negent illius loci fugitiuas fieri. Apud antiquos erat
pabuli genus: quod Cato ocimū vocat: quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat e pabulis ſegete viridi
deſecta anteq̄ gelaret. Sura Manulius id aliter interpretatur: & tradit fabę modios decē vitię duos
tantumdem: & eruilię in iugero autumno miſceri & ſeri ſolitos. Melius & aduena gręca: cui non ca
dit ſemen admixta. Hoc vocitatum ocimum: boumq; cauſa ſeri ſolitum. Varro appellatum a celeri
tate ꝓueniendi a gręco: quod ocys oceos dicunt. Medica externa etiam gręcię vt a medijs aduecta
per bella perſarum quæ Darius intulit. Sed vel in primis dicenda tāta dos eius: vt cum vno ſatu am=
plius q̄ tricenis ānis duret. Similis eſt trifolio caule: folijſq; geniculata: quicquid in caule aſſurgit in
folia contrahitur. Vnum de ea & cytiſo volumen Amphilochus fecit confuſū. Solum in quo ſeratur
elapidatum purgatumq;. Subigitur autumno: mox aratum & occatum integit crate iterū & tertio:
quinis diebus interpoſitis infimo addito. Poſcit autem ſiccum ſuccoſum vel riguum ita pręparatū
ſeritur mēſe maio: alias pruinis obnoxia Opus eſt denſitate ſeminis omnia occupari: internaſcenteſ
q; hęrbas excludi. Id pręſtāt in iugera modia vicena immouēdū ne adurat: terraq; ꝓtinus integi de
bet. Si ſit humidum ſolum: hęrboſū ve vineit: & deſciſcit in pratum. Ideo ꝓtinus altitudine vnciali
hęrbis omnibus liberanda eſt manu potius q̄ ſarculo. Secatur incipiens florere: & quotiēs refloruit.
Id ſexies euenit per annos: cū minimū quater in ſemen matureſcere ꝓhibendum eſt: quia pabulum
Vel in aruis. vtili⁹ ē vſq; ad trimatū. Verno ſeri deb;: liberariq; cęteris hęrbis ad trimatū marris a ſolo radi. Itaq;
Vel in aris. reliquę hærbe intereūt ſine ipſi⁹ damno ꝓpter altitudinē radicū. Si euicerint hęrbe: remediū vnicū
Vel radicis. eſt aratio: ſæpius vertēdo donec omnes alię radices intereant. Dari non ad ſatietatē debet: ne repel=
Vel replere lere ſanguinem neceſſe ſit: & viridis vtilior eſt. Areſcit ſurculoſe: ac poſtremo in puluerem inutilem
ſanguine. extenuatur. De cytiſo cui & ipſi principatus datur in pabulis affatim diximus inter frutices. Et nūc
frugū oīm natura peragenda eſt: cuius in parte de vitijs quoq; dicatur.

¶ De vitijs frugum & remedijs: & quid in quoq;
terrę genere debeat ſeri. CA.XVII.

PRimum omnium frumenti vitium auena eſt: & hordeū in eam degenerat:ſicut ipſa frumē
ti fit inſtar. Quippe cum germaniæ populi edant eā:neq; alia pulte viuant. Soli maxime
cæliq; humore hoc euenit vitium. Sequētem cauſā habet imbecillitas ſeminis:cum diuti⁹
retentum eſt terra:prius q̄ erumpat. Eadem eſt ratio ſiccariorum fuit:cū ſereretur. Prima
autem ſtatim eruptione agnoſcitur: ex quo apparet in radice eſſe cām. Eſt & aliud in vicino auenę vi
tium:cum amplitudine inchoata granū:ſed nondum natura : priuſq̄ roboretur corpus afflatu noxio
caſſū & inane a ſpica euaneſcit quodā abortiuo. Venti aūt tribus tēporibus nocēt frumēto & hordeo
In flore aut protinus cum defloruere:vel matureſcere incipientibus. Tunc enim exinaniunt grana.
Prioribus cauſis naſci prohibēt. Nocet & ſol crebere e nube. Naſcūtur & vermiculi in radice: cū ſemē
tē hymbribus ſecutis incluſerit repētinus calor humorē. Gignunť & in grano :cū ſpice in pluuijs ca-
lor inferueſcit. Eſt & cantharis dictus ſcarabeus paruus frumēta erodēs. Oīa ea animalia cuʒ cibo de
ficiunt. Oleū:pix:adeps cōtraria ſeminibus. Cauēdumq; ne contacta eis tūc ſerātur. Hymber in hęr
ba vtilis quarto. Florentibus autem frumēto & hordeo nocet. Leguminibus innocuus. preterq̄ cice
ri. Matureſcentia frumēta hymbre ledūtur: & hordeum magis. Naſcitur & hærba alba panico ſimi-
lis:occupans arua:pecori quoq; mortifera. Nam loliū & tribulum & carduum:lappamq; non minus
q̄ rubum inter frugum morbos potius q̄ iter ipſius terræ peſtem numerauerim. Cæleſte frugum vi-
nearumq; malum nullo minus noxium eſt rubigo. Frequentiſſima hæc in roſcido tractu:cōualibuſ Vel alias
q; ac ꝑflatum nō habētibus. E diuerſo carēt ea vētoſa & excelſa. Inter vitia ſegetum & luxuria eſt cum vel q̄ rubigo
onerata fertilitate ꝓcunbūt. Cōmune aūt oīm ſatorū vitiū vrtica:etiam ciceris cum ſalſilagine eius a-
bluendo hymber dulcius id facit. Eſt hærba quę cicer enecat & eruum circūligādo ſe : vocatur oro-
banche. Triticū ſimili mō era. Hordeum feſtuca quę vocať ægilos. Lentē hęrba ſecuridaca:quā græ
ci a ſimilitudine pelecinon vocāt. Et hę quidem cōplexu necant. Circa philippos aūt antranium no- vel ſecuriclā
minant in pingui ſolo hęrbā:qua faba necať. Era nōnunq̄ in macro:cū vdā qdā vētus afflauerit. Eræ
granum minimū eſt in cortice aculeato. Cum eſt in pane celerrime vertigines facit. Aiuntq; in aſia &
gręcia balneatores cū velint turbā pellere:carbonibus id ſemē inijcere. Naſcitur & phalāgius in eruo
beſtiola aranei generis:ſi hyems aquoſa ſit. Limaces e naſcūtur in vitia:aliquādo terra cocleę minutę
mirū immodū erodētes eā. Et morbi quidē hi ſunt. Remedia eorū quęcūq; ꝑtinēt ad hęrbas inſarcu
lo:& cū ſemē iactatur cinere. Quæ vero in ſemine & circa radicē cōſiſtūt præcedēte cura caueť. Vi-
no aūt ſemina perfuſa minus egrotare exiſtimant. Virgilius nitro & amurca ꝑfundi iubet fabam : ſic
etiā grādeſcere ꝓmittit. quidā vero ſi triduo ante ſatum vrina & aqua maceretur:p̄cipue adoleſcere
putant. Ter quidem ſartā modiuʒ fractæ e modio ſolidę reddere Reliqua ſemina cupreſſi folijs tuſis
ſi miſceātur:nō eſſe vermiculis obnoxia:nec ſi interlunio ſerātur. Multi ad milij remedia rubetā no-
ctu aruo circūferri iubet priuſq̄ ſarriať:defodiq; in medio incluſā vaſe fictili. Ita nec paſſerē nec vermē
nocere:ſed eruēdam priuſq̄ metať:alioquin amaron fieri. Quin & armo talpe cōtacta ſemīa vberiora
eſſe. Democritus ſucco hęrbę quæ appellať aizoō in tegulis naſcēs tabuli feſſum latine vero ſeduma
(vt dicit ille) medicata ſeri iubet oīa ſemina. Vulgo vero ſi dulcedo noceat & vermes radicibus inhe
reant:remediū eſt amurca pura hac ſine ſale ſpargere:deinde:ſarrire· Si in articulū ſeges ire cœpit rū
care:ne hęrbæ vincāt. Peſtem a milio atq; panico ſturnorum paſſerū ve agmina ſcio abigi hærba:cu-
ius nomen eſt ignotum:in quattuor angulis ſegetis defoſſa miruʒ dictu vt oino nulla auis intret. Mu
res abiguntť cinere muſtelle vel felis diluto & ſemine ſparſo:vel decoctarū aqua· Sed redolet vir⁹ ani
maliū eorū etiā in pane. Ob id felle bubulo ſemina attingi vtilius putāt. Rubigo quidē maxīa ſegetuʒ
peſtis lauris ramis in aruo defixis tranſit in earū folia ex aruis. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pe
coris in hærba dūtaxat: & depaſte quiſtē vel ſępius nullā in ſpica iniuriam ſentiūt. Retonſarū vero ēt
ſemel omnino certum eſt granum longius fieri:ſed inane caſſumq; ac ſatum non naſci. Babylone ta-
men bis ſecant:tertio depaſcūt. Alioquin folia tantum fierent. Sic quoq; cum quintodecimo fenore
meſſes reddit exilitas ſoli. Verū diligētioribus cum centeſimo quinquageſimo. Neq; eſt cura diffici-
lis. Quā diutiſſime aquari gaudent vt præpinguis & dēſa vbertas diluatur. Limū autem nō inuehūt
euphrates tigriſq;:ſicut in ægypto nilu. Nec terra ipſa hęrbas gignit. Vbertatis tamē tāte ſunt:vt ſe-
quente anno ſponte reſtibus fiat ſeges impreſſis veſtigio ſeminibus que tanta ſoli differentia ammo-
net terrę genera in fruges deſcribere. Igiť Catonis hæc ſententia eſt: In agro craſſo & lęto frumētum
ſeri. Si vero nebolo ſus ſit. Idem raphanum:miliū:panicum in frigido & aquoſo prius ſerendum.po
ſtea in qualido. In ſolo autem rubicoſo vel pullo:vel arenoſo ſi nō ſit aquoſū lupinum. In cretoſo &
branę ſimile mox partus:vt diximus illa pernitialia prorſus improbanda.Si enim caligaris claus:ſi ferri
vel çalibis aliqua rubigo:aut panni marcor affuerit:omnem ilico ſuccum alienum ſaporemq; in vene-
nũ decoquit:deprehendiſſeq; niſi aggreſtes poſſunt:atq; qui colligunt.Ducũt ipſi alia vicia.Nũc quidẽ

ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit: ſi pateſcentes primo adhalauerit capaci venenorum cognatione ad vi
rus accipiendum. Itaqȝ caueri conueniet prius q̄ ſe condant ſerpentes. Signa erũt tot herbę tot arbores
fruticeſqȝ ab emerſu earum ad latebram vſqȝ vernantes & vel fraxini tantum folia nec poſtea naſcentia
nec decidentia. Et boletis quidem ortus occaſuſqȝ omnis intra dies ſeptem eſt.

¶ De fungis & ſilphio: & de laſere medo. CA. XXIII.

FVngorum lętior natura: & numeroſa genera: & origo non niſi ex pituita arborum. Tuſſim
qui rubent callo minus diluto rubore q̄ boleti. Mox candidi: velut apice flaminis inſignibus
pediculis. Tertium genus ſuillis venenis accomodatiſſimum. Familias nuper interemere: &
tota conuiuia. Amneum Serenum præfectum Neronis vigilum & tribunos & centuriones
Vel taxo. quoſqȝ. Voluptas tanta ancipitis cibi. Quidam diſcreuere arborum generibus: fico ferula: & gummi fe
vel hic ha rentibus. Nos item fago aut robore aut cupreſſo vt diximus. Sed iſta quis ſpondet in venabulis? Omni
bebit. um colos liuidus. His aberit veneni argumentum: quo ſimilior fuerit abortum fici. Aduerſus hęc dixi=
mus remedia: dicemuſqȝ: interim ſunt aliqua & in iis Claudius ſtomacho vtiles putat boletos. Siccãtur
pendentes ſuilli iunco tranſfixi: quales a bithinia veniunt. Hi fluxionibus alui quas rheumatiſmos vo=
cant: medentur: exceſcentibuſqȝ in ſede carnibus: minuunt enim eas: & tempore abſumunt. Item lenti
gines & mulierum vitia in facie leuant. Leuantur etiam in plumbum in oculorum medicamenta. Sordi
dis vlceribus & capitis eruptionibus: canum morſibus ex aqua illinũtur. Libet & coquẽdi dare aliquas
communes in omni eorum genere obſeruationes: quando ipſę ſuis manibus delicię pręparant hunc ci
bum ſolum: & cogitatione ante paſcuntur: ſuccineis nouaculis aut argento apparatu comitante. Noxii
erunt fungi: qui in coquendo duriores fiunt. Innocentiores qui nitro addito coquentur: ſi vtiqȝ perco=
quantur. Tutiores fient cum carne cocti: aut cum pediculo pyri. Proſunt & pyra confeſtim ſumpta.
Debellat eos & aceti natura cõtra his hymbribus proueniunt omnia hęc. Hymbre & ſilphion venit pri=
mo e cyrenis: vt dictum eſt. Et ſyria nunc hoc maxime importatur deterius per thicho: ſed medico me=
lius extincto omni cyrenaico vt diximus. Vſus ſilphii in medicina. Nam folia ad expugnãdas vuluas:
pellendoſqȝ emortuos partus decoquuntur in vino albo odorato: vt bibatur menſura acetabuli a balne
is. Radix prodeſt arteriis exaſperatis: & collectionibus ſanguinis illinit. Sed & in cibis cõcoquitur ęgre.
Inflationes facit & ructus. Vrinę quoqȝ noxia. Sugillatis cum vino & oleo amiciſſima: & cum cęra ſtru=
mis. Verrucæ ſedis crebriore eius ſuffitu cadunt. Laſer e ſilphio profluens quo diximus modo: inter
eximia eſt naturę dona numeratum. Pluribus compoſitionibus inſeritur. Per ſe autem algores excalfa
cit. Potum neruorum vitia extenuat. Fœminis datur in vino. Et lanis mollibus admouetur vuluæ ad
menſes ciendos. Pedum clauos circũſcarificatos ferro mixtum cerę extrahit. Vrinam ciet ciceris magni
tudine dilutum. Andrias ſpondet copioſius ſumptum: nec inflationes facere: & concoctioni plurimum
conferre ſenibus & fœminis. Item hyeme q̄ æſtate vtilius. Verũtamen aquam bibentibus: cauendumqȝ
ne qua ſit exulceratio intra ab ęgritudine recreationi efficax in cibo. Tempeſtiue enim datum caute=
rium optinet: aſſuetis etiam vtilius q̄ ex partibus. Extera corporum indubitatas confeſſiones habet. Ve
nena telorum & ſerpentium extinguit potum ex aqua vulneribus iis circũlinitur. Scorpionum tantum
plagis ex oleo. Vlceribus vero non matureſcentibus cum farina hordeacea vel fico ſicca. Carbunculus
cum ruta vel cum melle: vel per ſe viſco ſuper litam vt hæreat. Sic & ad canis morſus. Excreſcentibus
circa ſemen cum tegmine punici mali ex aceto decoctum. Clauis pedum qui vulgo morticini appellan
tur nitro mixto. Ante ſubactum carnes replet cum vino & croco: aut pipere: aut murium fimo & aceto.
Perniones ex vino fouet: & ex oleo coctum imponitur. Sic & callo. Clauis pedum ſuperraſis pręcipue
vtilitatis. Contra aquas malas: peſtilentes tractus: vel dies. In tuſſi: vua: fellis veteris effuſione: hydro=
picis raucitabus. Confeſtim .n. purgat fauces vocemqȝ dedit. Podagras in ſpongia dilutum poſtea lenit.
Pleureticis in ſorbitione vinum poturis datur: contractionibus: epiſthotonicis: ciceris magnitudine cę
ræ circũlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus & in tuſſi vetuſta cum porro ex aceto datur: atqȝ
ex aceto iis qui coagulum lactis ſorbuerint. Pręcordiorum vitiis: ſynthecticis: comitialibus cum vino in
aqua mulſa: lingue paralyſi. Coxendicibus lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non ceń
ſuerim quod auctores ſuadent cauernis dẽtium in dolore inditum cęra includi. magno experimẽto ho
minis: qui ſe eadeȝ cauſa p̄cipitauit ex alto: quippe tauros inflãmat narib⁹ illitis ſerpentes auidiſſimas
vini admixtum rumpit: ideo nec iungi ſuaſerim cum attico melle: licet p̄cipiant. Quas habet vtilitates
admixtum aliis immenſum eſt referre: & nos ſimplicia tractamus: quoniam in iis naturam eſſe apparet
in illis coniecturam ſępe fallacem: nulli ſatis cuſtodita in mixturis concordia naturæ ac repugnantia.
Qua de re mox plura dicemus.

¶ De natura mellis: & aqua mulſa. Et quare genere ciborum mores immutẽtur:
& de melitide: & cæra. CA. XXIIII.

NOn eſſet mellis auctoritas in precio minor: q̄ laſeris: ni vbiq; naſceretur. Illud ipſa fabricata
ſit natura. Sed huic gignendo animal vt diximus innumeros ad vſus ſi quotiens miſceatur:
æſtimemus. Prima propolis alueorum de qua diximus: aculeos & omnia infixa corpori ex-
trahit: tubera diſcutit. dura concoquit: dolores neruorum mulcet: vlceraq; iam deſperantia
cicatrice includit. Mellis quidem ipſius natura talis eſt: vt putreſcere corpora non ſinat iucundo ſapore Mellis na
atq; non aſpero. Alia q̄ ſalis natura fauſcibus: tonſillis: anginæ: omnibuſq; oris deſiderijs vtiliſſimum: tura.
areſcentiq; in febribus linguæ. Iam vero peripneumonicis pleureticis decoctum. Item vulneribus: a ſer
pente percuſſis. Et contra venena fungorum. Paralyticis in mulſo: q̄q̄ ſuę mulſo dotes cōſtant. Mel au- Mel con-
ribus inſtillatum cum roſaceo prodeſt: lendes & fœda capitis animalia necat. Vſus deſpumati ſemper tra fūgos.
aptior: ſtomachum tamen inflat: bilem auget: faſtiduū creat: & oculis per ſe inutile aliqui arbitrantur.
Rurſus quidam angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atq; differentias nationeſq; &
indicationem in apium ac deinde florum natura diximus: cum ratio operis diuidi cogeret miſcenda.
Rurſus natuam rerum pernocere volentibus in mellis operibus & aqua mulſa tractari debet. Duo ge-
nera eius ſubitæ ac recentis. Alterum inueterate. Repentina deſpumato melle præclaram vtilitatem ha
bet in cibo egrotantium læui: hoc eſt alicę elutę viribus recreandis: ore ſtomachoq; mulcendo: arbore
refrigerando. Erigam enim vtilius dari ventri moliendo. Inuenio etiam apud auctores hunc potum bi
bendum alſioſis. Item animi humilis & preparci: quos illi dixere micropſycos. Eſt & ratio ſubtilitatis
immenſę a Platone deſcendens. Corpuſculis rerum leuibus ſcabris angulosis rotundis magis aut min9
ad aliorum naturam accedentibus ideo non eadem omnibus amara aut dulcia eſſe. Sic & in laſſitudine
proniores eſſe ad iracundiam & in ſiti. Ergo & hęc animi aſperitas ſeu potius anime dulciore ſucco mi
tigatur. Lenit tranſitum ſpiritus: & molliores facit meatus ne ſcindant euntem redeūtemq;. Experimen
ta in ſe cuiq;. Nullius non ira luctuſq; triſtitię. Omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoq; obſeruanda
ſunt quę non ſolum corporum medicina: ſed & morum habent. Aqua mulſa & tuſſientibus vtilis tradi
tur. Calefacta incitat vomitiones. Cōtra venenum pſimythij ſalutaris addito oleo. Item contra hyoſcya
mum cum lacte maxime aſinino: & contra hali caccabin vt diximus. Infunditur & auribus & genitali-
um fiſtulis. Vuluis imponitur cum pane molli. Subitis timoribus: luxatis: leniendiſq; omnibus. Inuete Aĩ ipetus
ratę aut vſum damnauere poſteri. Minus innocentem aqua: minuſq; vino firmum. Longa tamen vetu- cibo mol-
ſtate tranſit in vinum: vt conſtat inter omnes ſtomacho inutiliſſimū: neruiſq; contrarium. Semper mul- liri pōt.
ſum ex vetere vino vtiliſſimum facillimeq; cum melle concorporatur: quod in dulci nunq̄ euenit. Ex
auſtero factum non implet ſtomachum: neq; ex decocto melle minuſq; inflat: quod fere euenit. Appetē
di quoq; reuocat auiditatem cibi. Aluum mollit frigido potu pluribus: calido ſiſtit. Corpora auget.
Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu tolerauere: neq; vllo alio cibo. Celebri Pollionis romulę
exemplo quē centeſimum annum excedentem cum Diuus Auguſtus hoſpes interrogaret. quanā ra-
tioue maxime vigorem illum animi corporiſq; cuſtodiſſet: ille reſpondit: Intus mulſo: foris oleo. Varro Vel ĩtrita
regium cognominatum morbum arquatum tradit: quoniam curetur mulſo. Melitites quo fieret mo-
do ex muſto & melle docuimus in ratione vini. Sęculis iam fieri non arbitror. Hoc genus inflationibus
obnoxium. Solebat tamen inueteratarum alui cauſa dari in febre. Item articulario morbo: & neruorū
infirmitate laborantibus: & mulieribus vini abſtemijs. Mellis naturæ adnexa cæra eſt de cuius origine
& bonitate nationibuſq; ſuis diximus locis. Omnis autem mollit: calfacit: explet corpora: recens melior
Datur in ſorbitione diſcentericis. Fauiq; ipſi in pulte alicæ prius toſtę. Aduerſatur lactis naturę: ac mi-
lij magnitudine decem grana ceræ hauſta: non patiuntur coagulari lac in ſtomacho. Si inguem tume-
at: albam cęra ī pube fixiſſe remedio eſt. Nec huius vſus: quos mixta alijs præſtat: enumerare medicina
poſſit: ſicuti nec cęterorum quę cum alijs ꝓſunt. Iſta vt diximus ingenijs conſtant non fecit cęrata: ma
lagmata: amplaſtra: collyria: antidota. Parens illa diuina rerum artifex. Officinarum imo verius auari-
tię cōmenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta atq; perfecta gignuntur. paucis ex cauſa non ex con
iectura rebus abſumptis: vt ſucco aliquo ſicca temperantur ad meatus aut corpore alio humentia ad
nexus ſcrupulatim quidem colligere ac miſcere vires: non coniecturę humanę opus eſt: ſed impuden
tię eſt. Nos nec indicarum arabicarūq; mercium: aut externi orbis attingimus medicinas. Non placēt
remedijs tam longe naſcentia. Non nobis gi gnuntur. Immo ne illis quidem: alioquin non venderent.
Odorum cauſa vnguentorumq;: & delitiarum: ſi placet etiam ſuperſtitionis gratia emantur: quoniam
thure ſupplicamus: & coſto. Salutem quidem ſine ijs poſſe conſtare: vel ob id probabimus: vt tanto ma
gis ſui delitias pudeat. Sed medicinas e floribus coronamentiſq; & hortenſis: quęq; manduntur herbis
proſecuti: quoniam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare conueniet.

❡Contra compoſitiones medicorum: medicinę ex frugibus. CA.XXV.

IN primis ſapientiſſima animalium eſſe conſtat: quę fruge veſcātur. Siliginis grana combuſta
& trita in vino amineo oculis illita epiphoras ſedant. Tritici vero ferro combuſta iis: quę fri-
gus vſſerit: pręſentaneo ſunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta neruorū contractionibus
cum roſaceo vero: & fico ſicca mixiſq; decoctis. furfures tōſillis faucibuſq; gargarizatione ꝓ-
ſunt. Sex Pompeius prętorij viri pater hiſpanię citerioris princeps cum horreis ſuis ventilandis p̄ſide-
ret. correptus dolore podagrę merſi in triticuȝ ſeſe ſuper genua: leuatuſq; ſiccatis pedibus mirabili mo
do hoc poſtea remedio vſus eſt. Vis tanta eſt: vt cados plenos ſiccet. Paleam quoq; tritici vel hordei cali
dam imponi ramicum incommodis experti iubet: quaq; decoctę: ſunt aqua foueri. Eſt in farre vermicu
luſ te redini ſimilis: quo cauis dentium cęra incluſo cadere vitiati dicuntur: etiam ſi fricentur. Olyram
arincā diximus vocant. Hac decocta fit medicamentum: quod egyptiis atharem vocant: infantibus vti-
liſſimum: ſed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones impetuſq; diſcu-
tit: lenit & concoquit. Decoquitur alias in mulſa aqua aut fico ſicca. Ad iocineris dolores eam in poſca
poſitam concoqui opus eſt aut cum vino. Cum vero inter concoquendum diſcutiendumq; cura eſt: tūc
in aceto melius. aut in fæce aceti: aut cotoneis pyriſue decoctis. ad multipedum morſus cum melle: ad
ſerpentium in aceto: & contra ſuppurantia ad extrahenda ſuppurationes ex poſca addita reſina & gal-
Vel galli-ca. la. Ad concoctiones vero & vlcera veterea cum reſina. Ad duritias cum fimo columbarū: aut fico ſicco:
aut cinere. Ad neruorum inflammationes: aut inteſtinorum: vel laterum: vel virilium dolores cum pa-
pauere aut meliloto: & quotiens ab oſſibus caro recedit. Ad ſtrumas cuȝ pice & impubis pueri vrina.
Vel auriū Cum oleo & fœno gręco contra tumores pręcordiorum: vel in febribus cum melle vel adipe vetuſto.
Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cum hyoſciami ſucco illinitur. Ex aceto/ & melle lenti-
gini. zea ex qua alicam fieri diximus efficatior etiam hordeacea videtur: trimeſtris mollior. Ex vino ru-
bro ad ſcorpionum ictus tepida: & ſanguinem excreantibus. Item arterię. Tuſſi cum caprino ſeuo aut
butyro: Ex fœnogreco molliſſima omnium. Vlcera manantia ſanat: & furfures corporis: ſtomachi dolo
res: pedes & mammas cū vino & nigro cocta. Herina magis cęteris purgat vlcera vetera & grāgrenas.
Cum raphano & ſale & aceto lichenas. Lepras cum ſulphure vino. Et capitis dolores cum adipe anſeri
no impoſita fronti. Strumas & panos concoquit in fimo columbino & lini ſemine decocta in vino. De
Polentæ natura & virtus. polentę generibus in frugum loco ſatis diximus: locorum ratione: quę a farina hordei diſtat eo ꝙ torre
tur. Ad ſtomachum vtilis: aluuȝ ſiſtit: impetuſq; rubicundi tumoris. Et oculis illinitur & capitis dolori
cum menta: vt alia refrigerante herba. Item pernionibus & ſerpentium plagis. Item ambuſtis ex vino
inhibet quoq; poſtulas. Farinam in pollionem ſubacta vim extrahendi humoris habet. Ideo & cruore
ſuffuſis in faſcias vſq; ſanguinem producit. Efficatius in ſapa: imponitur & pedum callo clauiſq;. Nam
cum oleo vetere ac pice decocta polline condylomata: & alia omnia ſedis vitia q̄ maxime calido mirabi
lem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina qua chartę glutinantur ſanguinem excreantibꝰ
datur tepida ſorbenda efficaciter prodeſt. Halica res romana eſt: & nō pridem excogitata: alioquin nō
ptiſanę potius laudes ſcripſiſſent gręci. Nondum arbitror pompeij magni ętate in vſu fuiſſe. & ideo vix
quicq̄ de ea ſcriptum ab Aſclepiadis ſcola. Eſſe quidem eximie vtilem nemo dubitat: ſiue eluta detur ex
aqua mulſa: ſiue in ſorbitiones decocta: ſiue ī pulte. Eadeȝ in aluo ſiſtenda torretur: dein fauorū cęra co
quitur: vt ſupra diximus. Peculiaris tamen longo morbo ad tabitudinem redactis ſubuenit: ternis eius
cyatis in ſextarium aquę ſenſim decoctis: donec omnis aqua cōſumatur. Poſtea ſextario iactis ouilli aut
caprini addito per continuos dies mox adiecto melle. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntheſes: q̄
ſunt ex iis ſumpta. Milio Seſtitur aluus. Diſcutiuntur tormina in quē vſum torretur ante Neruorū do-
loribus & aliis feruens in ſucco ponitur. Neq; aliud vtilius: quoniam leuiſſimum molliſſimūq; eſt: & ca-
loris capaciſſimum. Itaq; talis vſus eius eſt ad omnia quibus calor profuturus eſt. Farina eius cum pice
liquida ſerpentium & multipede plagis imponitur. Pannicum diocles medicus mel frugum appella-
uit. Effectus habet quos milium. In vino potum prodeſt dyſcentericis. Similiter iis quæ vaporanda ſūt
excalfactum imponitur. Siſtit aluum in lacte caprino decoctum: & bis die hauſtum. Sic prodeſt & ad
tormia. Seſama trita in vino ſūpta inhibet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur & ambuſtis. Ea
dem efficit & dum in herba eſt. Amplius hoc oculis imponitur decocta in vino. Stomacho inutilis cibꝰ:
& animæ grauitatem facit. Stellionum morſibus reſiſtit. Item vlceribus quæ cocoethe vocant. Et au
ribus oleū quod ex ea fit: ꝓdeſſe diximus. Seſamoides a ſimilitudine nomen accipit: grano amaro: fo-
lio minore. Naſcitur in glarioſis. Detrahit bilē in aqua potū. Semen illinitur igni ſacro. Diſcutit panos.
Eſt etiaȝ nunc aliud ſeſamoides anticyræ naſcens: quod ideo aliqui anticyricon vocant: cætera ſimile
erigeronti herbę: de qua ſuo dicemus loco. Granū ſeſamę datur in vino dulci ad detractiones quantū
trinis digytis capitur. Miſcent & hellebori albi & dimidiuȝ obolū. Purgationē eā adhibentes maxie in

ſane melācholię comitialibus:podagris. Et per ſe drachme pondere exinanit. Hordeum optimū quod
candidiſſimum. Succus decocti in aqua cæleſti digeritur in paſtilos:vt infundatur exulceratus intrane
is & vuluis. Cinis eius ambuſtis illinitur & carnibus:quę receditit ab oſſibus:& eruptionibus pituitę mu
ris aranei morſibus. Idem aſperſo ſale ac melle candorem dentibus & ſuauitatem oris facit. Eos qui pa
ne ordeaceo vtuntur morbo pedum tentari negant. Nouemq; granis ſi furunculum quis circunducat: Mirum
ſingulis ter manu ſigniſtra & omnia in ignem abijciat:confeſtim ſanari aiunt. Eſt & hęc herba phœni- Phœni-
cæa appellata a gręcis:a noſtris vero hordeum murinum. Hęc trita ex vino pota pręclare ciet menſes. cea herba
Ptiſanę quę ex hordeo fit laudes vno volumine condidit Hipocrates: quę nunc omnes in halicam tran
ſeunt. Contra quanto innocentior eſt halica. Hippocrates tantum ſorbitionis gratia laudauit:quoniaꝫ
lubrica ex facili hauriretur:quoniam ſitim arceret: q̄m in aluo nō tumeſceret:q̄m facile redderetur: &
aſſuetis hic ſolus cibus in febribus die poſſet dari:tantum remotus ab iſtis qui medicinam fame exer-
cent. Sorbitione tamen dari tantum vetuit. Aliudue q̄ ſuccuꝫ ptiſanę. Itē vetuit. q̄diu pedes frigidi eſſēt
tunc quidem nec potionem dandā. Fit & ex tritico glutinoſior:arterięq; exulcerate vtilior. Amylō he-
betat oculos:& gulę inutile contra q̄ creditur. Item ſiſtit aluum. Epiphoras oculorū inhibet: & vlcera
ſanat. Item puſtulas & fluitiones ſanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ouo ijs qui ſanguinem rei
cerint. In veſice vero dolore ſemuncia amyli cum ouo & paſſis tribus ſufferue facta a balneo. Quin &
auenę farina decocta in aceto tollit neruos. Panis ipſe quo viuitur innumeras pene continet medicinas
ex aqua enim & oleo aut roſaceo mollit collectiones:ex aqua mulſa duritias valde mitigat. Datur ex vi
no ad diſcutienda valens: aut quæ perſtringi opus ſit:& ſi magis etiānum ex aceto. Aduerſus acutas pi
tuitę fluxiones:quas gręci rheumatiſmos vocant. Item ad percuſſa luxata. Ad omnia autē hęc fermen-
tatus:qui vocantur autopyros:vtilior. Illinitur & paronomichijs:& callo pedum in aceto veteri. Nauti-
cus panis tuſus atq; iterum coctus ſiſtit aluū. Vocis ſtudioſis & cōtra diſtillationes ſuccum eſſe primo ci
bo vtiliſſimuꝫ eſt. Sitanius hoc eſt trimeſtris incuſſa in facie:aut diſquāmata cum melle aptiſſime curat.
Candidus ęgris aqua calida frigidaue madefactus leuiſſimum cibum prebet. Oculorum tumori ex vi-
no imponitur:ſic & puſtulis capitis:aut adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua eſſe ieiunis ſta-
tim a balneo demonſtrant. Quin & grauitatem odorum cubiculis vſtus emēdat & vini in ſaccis addito.
Auxiliatur & faba. Nāq; ſolida fricta feruenſq; in acri aceto coniecta torminibus meditur. In cibo freſ-
ſa & cum alie cocta contra deploratas tuſſes ſuppurationeſq; pectorum quottidiano cibo ſumitur:& cō
manducata ieiuno ore etiam ad furunculos maturandos:diſcutiendoſue imponitur:& in vino decocta
ad teſtium tumores & genitalium. Lomento quoq; ex aceto decocto tumores maturat atq; aperit. Item
liuoribus combuſtis medetur. Voci eam prodeſſe auctor eſt. M. Varro. Fabalium etiam ſiliquarumq;
cinis ad coxendices:& ad neruorum veteres dolores cum adipis ſilli vetuſtate prodeſt:& per ſe cortices Quę lens
diſcocti ad tertias ſiſtunt aluum. Lens optima quæ facillime coquitur:eaq; quę maxime aquā abſorbet. optima.
Aciem quidem oculorum obtūdi: & ſtomachum inflat: ſed aluum ſiſtit in cibo: magiſq; decocta celeſti
aqua. Eadem ſoluit minus percocta. Cruſtas vlcerum rumpit: eaq; quę intra eos ſunt purgat & aſtrin-
git. Collectiones omnes impoſita ſedat:maximeq; exulceratas & rimoſas. Oculorum autem epiphoras
cum melliloto aut cutoneo. Contra ſuppurantia cum polenta imponitur. Decocte ſuccos ad oris exul-
cerationes & genitalium adhibetur. Ad ſedem cum roſaceo aut cotoneo. In ijs quę acrius remediū exi
gunt cum putamine punici melle modico adiecto. Ad id demū ne celeriter inareſcat: adijciunt & betæ
folia. Imponitur & ſtrumis paniſq; vel maturis vel matureſcētibꝰ ex aceto diſcocta. Rimis ex aqua mul
ſa:& grāgenis cum punici germine. Item podagris cum polenta:& vuluis et renibus:et pernionibꝰ. Vl-
ceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter diſſolutionem ſtomachi .xxx. grana lentis deuorātur.
In choleris quoq; dyſenteria efficatior eſt in tribus aquis cocta. In quo vſu melius ſemper eam torrere
aut tundere:vt tenuiſſima detur vel per ſe vel cum cotoneo malo:aut pyris:aut myrton:aut intubo erra
tico aut beta nigra:aut plātagine. Pulmoni eſt inutilis:& capitis dolori neruoſiſq; omnibus:et felli:nec
ſomno facilis:ac puſtulas vtilis: igniq; ſacro et mammis in aqua marina decocta. In aceto autem duriti-
as et ſtrumas diſcutit. Somachi quidem cauſa pollentę modo potionibus inſpergitur. Quę ſunt ambu-
ſta aqua ſemicocta curat. Poſtea trita et per cribrum effuſo furfure:mox precedente curatione addito
melle. Ex poſca coquitur ad guttura. Eſt et plauſtris lens et per naſcens in aqua non fluente refrigerato
riæ nature. Propter quod collectionibus illicitur:et maxime podagris: et per ſe cum polenta glutinat
et interanea procidentia. Eſt ſilueſtris et elelisphacos dicta a grecis ab alijs phachos. Ea eſt ſatiua lente
leuior: et folio minore. Atq; ſicciore odoratiore. Eſt et alterum genus eius ſilueſtris: odore graui:
hęc mitior. Folia habet cotonei mali effigie:ſed minora et candida: quę cum ramis decoquuntur. Men
ſes cit:et vrinas et paſtinacæ marine ictus ſanat. Torporem autem obducit percuſſo loco. Bibitur cum

abſinthio ad dyſenteriam. Cum vino eadem commmorantes menſes trahit. Abundantes ſiſti decocto
eius poto. Per ſe impoſita herba vulnerum ſanguinem cohibet. Sanat & ſerpentium morſus. Et ſi invi-
no decoquatur pruritus teſtium ſedat. Noſtri qui nunc ſunt herbarij eleliſphacon græce: latine ſaluiam
vocant mentę ſimilem: canam odoratam: partus emortuos ea appoſita extrahunt. Item vermes autiu;
vlcerumq;. Cicer & ſilueſtre eſt: folijs ſatiuo ſimile: odore graui. Sed ſi largius ſumatur: aluus ſoluitur: et
inflatio tontrahitur: et tormina. Toſtum ſalubrius habetur. Cicercula etiam nunc magis in aluo ꝓficit.
Farina vtriuſq; vlcera manant a capitis ſanat efficacius ſilueſtris. Item comiciales et iocinerum tumores
et ſerpentium ictus. Cit menſes et vrinas grano maxime. Emendat et lichenas: et teſtium inflationes: re-
gium morbum hydropycos. Ledunt omnia hęc genera exulceratam veſicam et renes. Grãgrenis vtilio
ra cum melle et ijs quę cachoete vocantur. Verrucarum in omni genere prima luna ſingulis granis ſin
gulas tangunt. Eaq; grana in lintheolo deligata abiſciunt poſt ſe: ita fugari vitium arbitrantes. Noſtri
pręcipiunt arietinum in aqua cum ſale diſcoquere: ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus vrinę.
☞ Sic et calculos pelli: morbumq; regium. Eiuſdẽ folijs ſarmentiſq; decoctis aqua q̃ maxime calida mor-
Erui vis magna. bos pedum tolli: & ipſum calidum tritumq; illitum. Columbini decocti aqua horrorẽ tertianę et quar-
tanę minuere traditur. Nigrum autem cum gallę dimidio tritum oculorum vlceribus ex paſſo mede-
tur. De eruo quædam in mentione eius diximus: nec potentiam ei minorem veteres q̃ braſſicę tribuere.
Contra ſerpentium ictus ex aceto ad crocodillorum hominumq; morſum. Si quis eruum quottidie ie-
iunus edat lyenem eius abſumi certiſſimi auctores affirmant. Farina eius (vt ait Varro) maculas ex toto
corpore emendat. Serpere vulnera non patitur. In mammis efficaciſſimum. Carbunculos rumpit ex vi
no. Vrinę difficultates: inflationem: vitia iocineris: tenaſmon quæ cibum non ſentiant atropha appella-
ta: toſtum & in nucis auellane magnitudinem melle collectum deuoratumq; corrigit. Item petigines
ex aceto coctum & quarto die ſolutum. Panos in melle ſuppurare prohibet impoſitum. Aqua decoctu;
perniones & pruritus ſanat fouendo. Quin & vniuerſo corpori ſiquis quottidie ieiunus biberit: melio
rem fieri colorem exiſtimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones mouet. Aluum turbat. Capiti
& ſtomacho onerosum Genua quoq; degrauat. Sed madefactum pluribus diebus miteſcit. Bubus iu-
mentiſq; vtiliſſimum. Siliquæ eius virides prius q̃ indureſcant: cum ſuo caule folijſq; contritę capillos
nigro colore inficiunt. Lupini quoq; ſilueſtres ſunt omnimodo minores ſatiuis: pręterq̃ amaritudine.
Ex omnibus quę eduntur ſicco nulli minus ponderis eſt: nec plus vtilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua
calida. Diſcolorem hominem frequentiores in cibo exilarant. Amari contra aſpidas valent. Vlcera atra
aridi decorticatiq; triti ſuppoſito linteolo ad viuum corpus redigunt. Strumas paroditas in aceto cocti
diſcutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere vel in febri datur ad ventris animalia pelenda mino
ribus. xxx. annorum. Pueris vero etiam impoſiti in ventrem ieiunis proſunt. Et alio genere toſti & in-
defruto poti vel ex melle ſumpti. Idem auiditatem cibi faciunt: faſtidium detrahunt. Farina eorũ ace-
Erui vis magna. to ſubacta papulas prutituſq; in balneis illita cohibet: & per ſe ſiccat vlcera. Liuores emendat. Inflam-
mationes cum polenta ſedat. Silueſtrium efficatior vis eſt contra coxendicum & lumborum debilita-
tem. Ex iiſdem decocta lentigines & fouentium cutem corrigunt. Si vero ad mellis craſſitudinem deco
quantur ſatiui: vtiligenes nigras & lepres emendant. Satiui quoq; rumpunt carbunculos impoſiti: pa-
nos & ſtrumas minuunt: aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt. Si vero
cęleſti aqua decoquatur: ſuccus illé ſmegma fit: quo ſolent fouere grangrenas: eruptiones pituitæ: vl-
cera manantia vtiliſſimum. Expedit ad lyenem bibere: & cum melle menſtruis hęrentibus. Lyeni crudi
cum fico ſicca ex aceto imponuntur. Radix quoq; in aqua decocta vrinas pellit. Medentur pecori cum
chameleone herba decocti: aqua in potum collata. Sanãt & ſcabiem quadrupedum omnium i amurca
decocti: vtroq; liquore poſtea mixto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges ſeſamæ
ſimilem eſſe diximus: & a græcis eryſimon vocari. Galli velarum appellant. Eſt autem fructicoſum fo-
lijs erucæ anguſtioribus paulo ſemine naſturtij. Vtiliſſimum tuſſientibus cum melle: & in thorachis pu
rulentis excreationibus. Datur & regio morbo: & lumborum vitijs pleureticis torminibus celiacis. Illi-
nitur vero paroditum & carcinomatum malis. Teſtium ardoribus ex aqua alias cum melle. Infantibus
quoq; vtiliſſimum. Item ſedis vitijs & articularijs morbis cum melle & fico. Contra venena etiam effi-
cax potu. Medetur & ſuſpirioſis. Item fiſtulis cum axungia veteri ne intus addatur. Orminum ſemine
(vt diximus) cymino ſimile eſt: cętero vero porro dodrãtali altitudine. Duorum generum alteri ſemen
nigrius & oblongum. Hoc ad venerem ſtimulandam & ad oculorum argema et albugines. Alteri can-
didius ſemen et rotundius. Vtroq; tuſo extrahuntur aculei ex corpore per ſe illitum ex aqua. Folia ex
aceto impoſita panos per ſe vel cum melle diſcutiũt. Item furunculos: prius q̃ capita faciant: omneſq;
acrimonias. Quin & ipſe frugum peſtes in aliquo ſunt vſu: infœlix dictum eſt a Virgilio lolium. Hoc a

men molitum ex aceto coctum impoſitumq; ſanat impetigines: celerius quo ſepius mutatum eſt. Me=
detur & podagris: aliiſq; doloribus cum oximelite. Curatio hęc a cęteris differt. Aceti ſextario vno di=
lui: melis vncias duas iuſtum eſt: ita temperatis ſextariis tribus decocta farina lolij ſextariis duobus
vſq; ad craſſitudinem: calidumq; ipſum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit oſſa fra=
cta. Miliaria appellatur herba quę necat milium. Hęc trita & cornu cum vino infuſſa podagras iumen
torum dicitur ſanare. Bromos ſemen eſt ſpicam ferentis herbę: naſcitur inter vitia ſegetis auenæ gręce
genere: & folio & ſtipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas velut locuſtas habet
Semen vtile ad cataplaſmata atq; hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſientibus ſuccus. Orobanchem appel
lauimus necantem eruum & legumina. Alij cynomorion eam appellant a ſimilitudine canini genitalis:
cauius cauliculus eſt ſine filiis pinguis rubens. Eſtur & per ſe & in patinis cum tenera eſt decocta. Et le
guminibus innaſcuntur beſtiolę venenatæ: quę manus pungunt: & periculum vitæ afferunt. Soli fuga=
rum generis. Aduerſus has omnia eadem medentur: quę contra araneos & phalangia demonſtrantur.
Et frugum quidem hęc ſunt in vſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus zithum in ęgypto: cęlia & cærea in
hiſpana: ceruiſia & plura genera in gallia: aliiſq; prouintiis: quorum omnium ſpuma cutem fœmina=
narum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipſum attinet: pręſtat ad vini tranſire menſionem: atq; a vi=
tę ordiri medicinas arborum.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.XXIII.PROHEMIVM.

PERACTA CAEREALIVM IN MEDENDO QVOQVE NATVRA
eſt: omniumq; quæ ciborum aut florum odorumq; gratia proueniunt ſupina tellu=
re: non ceſſit his pomona: parteſq; medicas pendentibus quoq; dedit: non conten=
ta protegere: arborumq; alere vmbra quę diximus: immo velut indignata plus au=
xilij ineſſe iis quę longius a cælo abeſſent: quæq; poſtea cœpiſſent. Primũ enim ho
mini cibum fuiſſe inde: & ſic inductos cęlum ſpectare: paſciq; & nunc ex ſe poſſe ſi= Vel ſʒiaʒ.
ne frugibus. Ergo hercule artes in primis dedit vitibus: non contenta delitias etiam Telluris
& odores atq; vnguenta omphacio: & oenanthe: ac maſſari: quę ſuis locis diximus verba.
nobiliter inſtruxiſſe. Plurimum inquit homini voluptatis ex me eſt. Ego ſuccum vini: liquorem olei gi=
gno. Ego palmas & poma totq; varietates. Neq; vt tellus omnia per labores: aranda thauris: terenda
areis: deinde ſaxis: vt quando quantoue opere cibi fiant. At ex me parata omnia: nec curuo adoranda
aratro: nec cura laboranda: ſed ſeſe porrigentia vltro: & ſi pigeat attingere etiam cadẽtia. Certauit ipſa
ſecum: pluſq; vtilitatis cauſa genuit etiam q̃ voluptatis. Folio vitium & pampino capiti dolores: inflam
mationeſq; corporum mitigantur cum polenta. Folia per ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida. Cum fa=
rina vero hordei articularios morbos. Pampini triti & impoſiti tumorem omnem ſiccant. Succus eorũ
dyſſentericis infuſus medetur. Lachryma vitium quę veluti gummi eſt: lepras & lichenas: & ploras ni= Vitis la=
tro ante pręparatas ſanat. Eadem cum oleo ſępius pilis illitis pſilothri effectum habet maximeq; aqua chrima le
quam virides anciſę vites exudant: qua & verucę tolluntur. Pampini ſanguinem excreantibus: & mu= prã curãs
lierum a conceptu defectioni diluti potu proſunt. Cortex vitium & folia arida vulnerum ſanguinem ſi=
ſtunt: ipſumq; vulnus conglutinant. Vitis albę viridis tuſę ſucco: & thure impetigines tolluntur. Cinis
ſarmentorum vitiumq; & vinaceorum condylomatis & ſedis vitiis medetur ex aceto: item luxatis: & Ad quid
ambuſtis: & lyenis tumori cum roſaceo & ruta & aceto: item igni ſacro ex vino citra oleum aſpergitur: & vitiũ ꝓſit
intertrigines & pilos abſumit. Dant & bibendum cinere ſarmentorum ad lyenis remedia aceto conſper= cinis.
ſum ita vt vini cyathi in tepida aqua bibant: vtq; qui biberit in lyene iaceat. Clauiculę ipſę quibus repũt
vires tritę & ex aqua potæ ſiſtunt vomitionum conſuetudinem. Cinis vitium cum axungia vetere con=
tra tumores proficit: fiſtulas purgat: mox & perſanat: neruorum dolores frigore ortos: contractioneſq;
contuſas vero partes cum oleo: carnes excreſcentes in oſſibus cum aceto & nitro: ſcorpionum & canuʒ
plagas cum oleo. Corticis: per ſe cinis combuſtus pilos reddit. Omphacium qua fieret ratione incipien
tis vuę pubertate in vnguentorum loco docuimus. Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicauimꝰ.
Sanat ea quę in humido ſunt vlcera oris: tonſillarum genitalium. Oculorum claritati plurimum con=
fert. Scabritię genarum: vlceribuſq; angulorum: nubeculis: vlceribus quacũq; in parte manãtibus. Cir
catricibus marcidis. Oſſibus purulente limoſis. Frangitur vehementia eius melle aut paſſo. Prodeſt dyſ
ſentericis: ſanguinẽ excreantibus: anginis. Omphacio choeret oenante: quã vites ſilueſtres ferunt dicta
a nobis in vnguenti ratione. Laudatiſſima in ſyria: maxime circa antiochie & laodiceę mõtes: & ex alba
vite refrigerat: aſtringit. vulneribus inſpergitur: ſtomacho illinitur: vtilis vrinæ: iocineri. Capitis dolori



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0369-8 DFG

bus:dyſſentericis:cęliacis: choloricis. Contra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eru
ptiones:efficaciſſima ad vitia quę ſunt in humidis. Ideoq; & oris vlceribus:& vrendis ac ſedi. Cum mel-
le & croco:aluum ſiſtit. Genarum ſcabiem emendat oculorumq; lachrymationes. Ex vino ſtomachi
diſſolutionem. Ex aqua frigida pota ſanguinis excreationes. Cinis eius ad collyria:& ad vlcera purgan
da & paronychia:& pterygia probatur. Vritur i n furno: donec panis percoquatur. Maſſaris odoribus
tantũ gignitur omniaq; ea auiditas humani ingenij nobilitauit rape feſtinando.

¶ De medicinis vuarum recentiũ:& ſarmentis vuarũ:& vinaceis:& de vua theriace:& de vua paſ
ſa:& aſtaphidæ:& aſtaphiſagria:pituitaria:& labruſca & de vitæ alba:& nigra:& de muſtis:& vini
generibus. CA.I.

Cur vuæ albę ſuauiores q̃ nigræ.

Maturescentium autem vuę vehementiores nigrę:ideoq; vinum ex ijs minus iucundum:ſua-
uiores albæ quoniam e trãſlucido facilius accipitur aer Recentes ſtomachum & ſpiritum in-
flant:aluũq; turbant. Itaq; i febri damnãtur vtiq; largiores. Grauedinem enim capiti mor-
bumq; letargicum faciunt. Innocentiores quæ decerpte diu pependere: qua vẽtilatitione etiam vtiles
fiunt ſtomacho ægriſq;. Nam & refrigerant leniter:& faſtidium auferunt. Quę autẽ in vino dulci condi
tę fuere:caput tentant. Proxime ſunt penſilibus in palea ſeruatæ. Nam & vinaceis ſeruatę & caput & ve
ſicam & ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamen aluum:ſanguinem excreãtibus vtiliſſimę. Quæ vero i mu
ſto fuere peiorẽ vim etiãnum habent:q̃ quę in vinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit. Saluberri-
mas putant medici in cęleſti aqua ſeruatas:etiã ſi minime iucundas ſed voluptatem earum in ſtomachi
ardore ſentirent: & in amaritudine iecoris felliſq; vomitione. In choleris hydropicis cum ardore febri-
um ægrotantibus. At in ollis ſeruatę/& os et ſtomachum/& auiditatem excitant. Paulo tamen grauio-
res exiſtimantur fieri vinaceorũ halitu. Vuę florem in cibis ſi edere gallinacei vuas non attigunt. Sarmẽ-
ta earum in quibus acini fuere aſtringendi vim optinent. Efficatiora ex ollis. Nuclei acinorũ eandẽ vim

Aduerte.

optinẽt. Hi ſunt qui in vino capitis dolorem faciunt. Toſti tritiq; ſtomacho vtiles ſunt. Inſpergitur fari-
na eorũ polentę modo potionis dyſentericis:& cęliacis:et diſſolutis ſtomacho. Decocto etiam eorũ fo-
uere pſoras:& pruritum vtilę eſt. Vinacei per ſe minus capiti aut veſicę nocent q̃ nuclei. Mammarũ in-
flationi triti cum ſale vtiles. Decoctura eorum veteres dyſenterieos & cęliacos iuuat & potione & fœtu.
Vua theriace de qua ſuo loco diximus:contra ſerpentium ictus valet. Pampinos quoq; eius edendos cẽ

Vua paſſa aſtaphiſ dicta.

ſent:imponendoſq;:vinumq; & acetum ex eis factum auxiliarem contra eandẽ vim habet. Vua paſſa
quã aſtraphida vocant:ſtomachum ventrem interanea tentaret: niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei
eſſent. Iis exemptis veſicę vtilis habeť: & tuſſi alba vtilior. Vtilis & arterię & renibus:ſicut ex ijs paſſum
priuatim e ſerpentibus. Contra hemorrhoiam potens. Teſtium inflammationi cum farina cumini aut
coriandri imponuntur:item carbunculis:articularibus morbis ſine nucleis tritæ cum ruta fouere ante
vino vlcera oportet. Sanant epinyctidas & dyſenteriam cum ſuis nucleis:& in oleo cocte grãgrenis illi-
nuntur cum cortice raphani & melle. Podagris & vnguium mobilibus cum panace & per ſe ad purgan
dum os caputq; cum pipere commanducãtur. Aſtaphis agria ſiue ſtaphis quã vuam taminiã aliquivo-
cant falſo:ſuum enim genus habet:cauliculis nigris rectis folijs labruſcę:fer folliculos verius q̃ acinos
virides ſimiles ciceri. In ijs nucleum triangulum. Matureſcit cum vindemia nigreſcitq; cum taminiæ
rubentes norimus acinos:ſciamuſq; illam in apricis naſci:hanc non niſi in opacis. Hic nucleis ad pur-
gationem vti non cenſuerim propter ancipitem ſtrangulatiouem. nec ad pituitam oris ſiccandam:fau-
ces enim ledunt:phthriaſi caput & reliquum corpus liberant triti. Facilius admixta ſãdaraca. Item pru

Vel gingiuarum.

ritu & pſoris. Ad dentium dolores decoquũtur in aceto. Ad aurium vitia rheumatiſmuȝ:cicatricum:vl
cerum manantia. Flos tritus in vino contra ſerpentes bibitur. Semen enim abdicauerim ꝓpter nimiam
vim ardoris. Quidam eam pituitariam vocant:& plagis ſerpentiũ vtiq; illinunt. Labruſca quoq; oenã-
thẽ fert ſatis dictum. Quæ a grę cis ampelos agria appellatur:ſpiſſis:& candicantibus folijs geniculata
rimoſo cortice:fert vuas rubentes cocci modo quę cutẽ in facie mulierũ purgant:& varijs coxendicum

Oenathe gre. ãpelos.

& lumborũ vitijs tulę cum folijs et ſucco ꝓſunt. Radix decocta in aqua & in vini coi cyathis duob⁹ hũo-
rem alui ciet:ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim eſſe:quã vulgns vuam taminiã vocat. Vtũ
tur ea ꝓ amuleto:& ad expiationem ſanguinis quoq; adhibent nõ vltra gargariȝationes:& ne qđ deuo

Salicaſtrũ cõtra oẽȝ ſcabiem.

retur addito ſale thymo aceto mulſo. Ideo & purgationibus ancipitem tentant. Eſt huic ſimilis : ſed in
ſalictis naſcens:ideo diſtinguitur nomine:cum eoſdem vſus habeat:& ſalicaſtrum vocant. Scabiẽ & pru
riginem hominum et quadrupedum aceto mulſo tria hęc efficatius tollit. Vitis alba quã gręci ampelo
leucen:alij ophio ſtaphylon:alij melptron:alij pſilothrum:alij archeȝoſtrin:alij cedroſtin alij madon
appellant. Huius ſarmenta longis et exilibus internodijs geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa ad
magnitudinem ederę diuiduntur vt vitium. Radix alba grandis : raphano ſimilis initio : ex ea cau-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0370-9
DFG

les aſparagi ſimilitudine exeunt. Hi decocti in cibo aluum & vrinam cient. Folia & caules exulcetam
corpus: vtiq; vlcerum phagedenis & grangrenis tibiarumq; tedio cum ſale illinuntur. Semen in vna ra
ris acnis dependent ſucco rubente poſtea croci. Nouere id qui coria perficiunt: *illo.n.* vtuntur. Pſoris &
lepris illinitur. Lactis abundantiaȝ fecit coctuȝ cum tritico potuq;. Radix numeroſis vtilitatibus nobilis
contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie varoſq; lentigines & ſugillata
emendat & cicatrices. Eadēq; pręſtat decocta in oleo decocto: datur & in comitialibus potus. Iteȝ men
te cōmotis: & vertigine laborantibus drachmæ pondere quotidie anno roto. Et ipſa autem largior ali-
quanto purgat ſenſus. Illa vis præclara ꝙ oſſa infracta extrahit in aqua īpoſita ſed vt bryenia quare qui-
dam hanc albam bryeniam vocant. Alia vero nigra efficatior in eodem vſu cum melle & thure. Sup-
purationes incipientes diſcutit: veteres maturat & purgat. Cit meſes & vrinam. Eligma ex ea fit ſu
ſpirioſis & contra lateris dolores vulſis ruptis. Splenam ternis obolis pōta. xxx. diebus conſumit. Illi-
nitur eadem cum fico & pterigijs digytorum. Ex vino ſecundas fœminarum appoſita trahit & pi-
tuitam drachma pota in aqua mulſa. Succus radicis colligi debet antē maturitatem ſeminis. Qui illi-
tus per ſe & cum eruo lætiore quodem colore & cutis teneritate mangoniȝat corpora. Serpentes fu-
gat. Tunditur ipſa radix cum pingui fico: erugatq; corpus: ſi ſtatim bina ſtadia ambulent: alias vrit
niſi frigida ſtatim abluatur. Iucundius hoc idem præſtat nigra vitis: quoniam alba pruritum affert.
Eſt ergo & nigra: quam proprie etiam bryeniam vocant: alij chironiam: alij gynæcanthen aut apro- Nigra vi-
niam ſimilem priori: præterq̃ colore. Huius enim colorem nigrum eſſe diximus: cuius aſparagos ſimi tis brye-
les. Diocles prætulit veris aſparagis in cibo vrinæ ciende: lyeniq; minuendo. In frutetis & harundine- nia dicit.
tis maxime naſcitur. Radix foris nigra: intus buxeo colore: oſſa infracta efficacius extrahit q̃ ſupradi-
cta. Cæterum eidem peculiare eſt quod iumentorum ceruicibus vnicę medetur. Aiunt ſi quis in villa Mirabile
eam extruxerit: fugere accipitres: turaſq; fieri aues villaticas alites: eadem in iumento homine- de ei⁹ vir-
q; flegma aut ſanguinem qui ſcreatur: talos circunligata ſanat. Et hactenus de vitium generibus. Mu- tute.
ſta differentias habent naturales has: ꝙ ſunt candida aut nigra: aut inter vtrūmq; alia ex alijs ex quibus de muſto.
vinum fiat: alia ex quibus paſſum: curaq; differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hoc dixiſſe
conueniet. Muſtum omne ſtomacho inutile: venis iucundum. A balneis raptim & ſine interſpiratione Muſtū ſa-
potum necat: cantharidum naturæ aduerſatur. Item ſerpentibus maxime emorrhoiæ & ſalamandræ: lamādræ
Capitis dolores facit & gutturi inutile. Prodeſt renibus: iocineri: & interaneis veſicæ: colleuat enim ea. cōtrariuȝ.
Priuatim contra bupreſtrin valet. Contra meconium: lactis coagulationem. Cicutaȝ: toxica: dorycnidū
ex oleo potum redditumq; vomitionibus. Ad omnia infirmius album. iucundius paſſi muſtum: & quod
minorem capitis dolorem afferat. Vini genera differentiaſq; per q̃ multas expoſuimus: & fere cuiuſq;
proprietates. Neq; eſt vlla pars difficilior tractatu: aut numeroſior. Quippe cum ſit tardum dictu pluri
bus proſit: an noceat. Præterea q̃ ancipiti euentu potu ſtatim auxilium ſit aut venenum. Etenim de ei⁹
natura quæ ad remedia tantum pertinent nunc loquimur. Vnum de dando eo volumen. Aſclepiades
condidit: ab eo cognominatum: qui vero poſtea de volumine illo diſſeruere innumeri. Nos iſta roma
na grauitate artiumq; liberalium appetentia non vt medici: ſed vt iudices ſalutis humanæ diligen-
ter diſtinguemus. De generibus ſingulis diſſerere immenſum & inexplicabile aut falernum. Deinde
alia alij iniquiſſimo genere decreti: quod cuiq; gratiſſimum cæteris omnibus pronunciando. Quin
vt conſtarent ſententiæ: quota portio tamen mortalium ijs generibus poſſet vti. Iam vero nec pro-
ceres vſq̃ ſinceris. Eo venere mores vt nomina cellarum modo veneant: ſtatimq; in lacubus vinde-
miæ adulterentur. Ergo hercle mirum dictu innocentius iam eſt quodcum q; & ignobilius. Hæc ta-
men facere conſtantiſſime videntur ſententiæ victoriam: quorum menſionem fecimus: ſi quis hoc quo-
q; diſcrimen exigat. Falernum nec in nouitate: nec in nimia vetuſtate corpori ſalubre eſt. Media eius Falerni vi
ætas a quintodecimo anno incipit. Hoc non rigido potu ſtomacho vtile: non item in calido. Et in- nivis & na
diutina tuſſi ſorbetur merum vtiliter a ieiunis: item in quartanis. Nullo æque venæ excitantur: al- tura.
uum ſiſtit. corpus alit. Creditum eſt obſcuritatem viſus facere: nec prodeſſe neruis: aut veſicæ. Albana Albanū vi
neruis vtiliora: ſtomacho minus quæ ſunt dulcia vel auſtera. Falerna vtiliora. Concoctionem mi- nuȝ.
nus adiuuant. Stomachum modice implent. Ad ſurrentina nullo modo: nec caput tentant: ſtomachi & Surrenti-
inteſtinorum rheumatiſmos cohibent: ſecubum iam non gignitur. At quæ superſunt ſentina cibos con- nuȝ.
coqui cogunt. Virium plus ſurrentino: auſteritatis albano: vehementiæ minus falerno. Ab ijs ſtatana ſtatanuȝ.
non longo interualo abſuerunt. Aluo citæ ſigninum maxime conducere indubitatum eſt. Reliqua in
commune dicentur. Vino aluntur vires: ſanguis coloſq; hominuȝ. Hoc quoq; diſtat orbis medius & mi
tior plaga a circuniectis: quantum illis feritas facit roboris: tantū nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit.
Frugū neruos: aquæ carnes. Ideo minus ruboris eſt ī corporibus illis: & minus roboris: cōtraq; labores Vini natu
patiētiæ. Vino modico nerui iuuant: copioſiore ledūt: ſic & oculi. Stomach⁹ recreatur. Appetētia cibo- ra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0371-5
DFG

☞ rum inuitatur. Triſticiæ cura hebetatur. Vrina & algor expellitur. Sõnus conciliatur. Præterea vomitionem ſiſtit. Collectiones extra lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiades vtilitatem vini æquari vix deorum potentia poſſe pronunciauit. Vetus copioſiore aqua miſcetur. Magis nouum vrinam expellit: minus ſiti reſiſtit. Dulce minus inebriat: ſed ſtomacho innatat. Auſterum facilius conquoquitur. Leuiſſimum eſt: quod celerrime inueteratur. Minus infeſtat neruos quod vetuſtate dulceſcit Stomacho minus vtile eſt pingue nigrum: ſed corpora magis alit: tenue & auſterum minus alit: magis ſtomachum nutrit. Celerius per vrinam tranſit: tantoq; magis capita tentat. Hoc & in omni alio ſucco ſemel dictum ſit. Vinum ſi ſit fumo inueteratum inſaluberrimum eſt. Mangones iſta in apothecis excogitauere. Iam & patrefamilias ætate ademere iјs: quæ per ſe cariem traxere. Quo certe vocabulo ſatis conſilij dedere priſci: quoniam & in materijs cariem fumus erodit. Ad nos e diuerſo fumi

*Vini vtilitas ferme deorꝝ potẽtie eq̃.*

☞ amaritudine vetuſtatem indui perſuaſum habemus. Quæ ſunt admodum exalbida hæc vetuſtate inſalubria fiunt. Quo generoſius vinum eſt: hoc magis vetuſtate craceſcit: & in amaritudinem corpori minime vtilem coit. Condire eo aliud minus annoſum inſalubre eſt. Sua cui vino ſaliua innocentiſſima. Sua cuiq; ætas gratiſſima: hoc eſt media. Corpus augere volentibus: aut mollire aluum conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus: aluumq; cohibentibus ſitire in edendo: poſtea parum bibere. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento: inutiliſſimum eſt. Curas vigoremq; animi impedit ad procintum tendentibus. Somno vero accommodatum ac ſecuritatibus. Iamq; dudum hoc fuit quod

*Vi igeneroſitati in dicium.*

☞ homerica illa Helena ante cibum miniſtrauit. Sic quoq; in prouerbium ceſſit: ſapientiam vino obumbrari: vitio damus homini quod ſoli animalium non ſitientes bibimus. Aquæ potum interponere vtiliſſimum. Itemq; iugi ſuperbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus exemplo diſcutit. Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum totidemq; poſtea ſuadet heſiodus vti. Merum quidem remedio eſt contra cicutas: coriandrum: aconita: viſcum: meconium: argentum vinum: apes: veſpas: crabrones: phalangia: ſerpentum ſcorpionumq; ictus: contraq; omnia quæ refrigerando nocẽt. Priuatim contra hemorrhoidas: præſteras. fungos item contra inflationes roſioneſq; præcordiorum & quorum ſtomachus in vomitiones effunditur. Et ſi venter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. Dyſentericis: ſudatoribus: in longa tuſſi: in epiphoris meracum. Ad vero cardiacis in mamma leua

*Prouerbiũ hinc hoĩes vinoſi: potiꝰ dicimur: q̃ cętera anĩalia aquoſa.*

☞ merum in ſpongia imponi prodeſt. Ad omnia autem maxime album inueteraſcens. Vtiliter etiam fouet in vino calido virilitas iumentis: quo etiam infuſo cornu laſſitudinem auferri aiunt. Simias quadrupedeſq; quibus digyti ſunt: negant creſcere aſſuetas meri potu. Nunc circa ægritudines ſermo de vinis erit. Saluberrimum liberaliter genitis campaniæ quodcumq; tenuiſſimum. Vulgo vero quod quemq; maxime iuuerit validum. Vtiliſſimum omnibus ſacco viribus fractis. Meminerimus ſaccum eſſe qui feruendo vires e muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera omnibus inutile. Saluberrimum cui nihil in muſto additum eſt: meliuſq; ſi nec vaſis pix affuit. Marmore enim: & gypſo aut calce condita quis non etiam validus expauerit? In primis igitur vinum marina aqua factum inutile eſt ſtomacho neruis: veſicæ. Reſina condita frigidis ſtomachis vtilia eſſe exiſtimatur: non expedire vomitionibus: ſicut neq; muſtum: neq; ſapa: neq; paſſum. Nouitium reſinatum nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt. Tuſſientibus: & in rheumatiſmo nominata proſunt. Item cæliacis: & dyſentericis mulierum menſibus. In hoc genere rubrum nigrumue magis conſtringit: magiſq; calefacit. Innocentius pice ſola conditum. Sed & picem meminiſſe debemus non aliud eſſe q̃ combuſtæ reſinæ fluxum. Hoc genus vini calefacit: concoquit: purgat: pectori: ventri vtile. Item vuluarum dolori ſi ſine febre ſit: veteri rheumatiſmo: exulcerationi: ruptis: conuulſis: ner

*Merum quonã pacto cardiacis ꝓdeſt.*

☞ uorum infirmitati: inflationibus: tuſſi: anhelationibus: luxatis in ſuccida lana impoſitum. Ad omnia hæc vtilis id quod ſponte naturæ ſuæ picem reſipit: picatumq; appellatur. Heluenaco quoq; tamen nimio caput tentari conueniet. Quod ad febrium valitudines attinet: certum eſt non dandum in febre: niſi veteribus ægris vinum: nec niſi declinante morbo. In acutis vero periculis nullis niſi qui manifeſtas remiſſiones habeant & has noctu potius. Dimidia enim pars periculi eſt noctu: hoc eſt ſpe ſomni bibentibus: nec a partu abortuue: nec a libidine ægrotantibus: nec in capitis doloribus: nec quorum acceſſiones cum frigore extremitatum fiant: nec in febri tuſſientibus: nec in tremore neruorũq; doloribus vel faucium: aut ſi vis morbi circa illa intelligatur: nec in duritia præcordiorum: venenarum vehementia: neq; in opiſthotonio: tetano: & ſingultientibus: nec ſi cum febre dyſponoea ſit. Minime vero oculis rigentibus: & genis ſtantibus: aut defectis grauibuſq;: nec quorum conniuentium perlucebunt oculi neu palpebris non coeuntibus. Vel ſi dormientibus hoc idem eueniet. Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi: vel ſi lachryme in oculis erunt. Minime lingua fungoſa: nec graui: & ſubinde imperfecta loquentibus: nec ſi vrina difficile reddetur. Neq; expaueſcentibus repente. Nec ſpaticis: aut ruriꝰ torpentibus: nec ſi per ſomnos genitura effundetur. Cardiacorum morbo vnicam ſpem hanc in vino

*Vinũ i febre nulli niſi ſenidã dum.*

eſſe certum eſt. Sed id dandum quidam non niſi in acceſſione cenſent: alij in remiſſione. Illi vt ſudo-
rem coerceant. Hi quia tutius putant minuente ſe morbo quamplurimum ſententiam eſſe video.
Dari vtiq; non niſi in cibo debet: nec a ſomno: nec precedente alio potu: hoc eſt vtiq; ſitienti: nec ni-
ſi in deſperatione ſumma: et viro facilius q̄ fœminæ: ſeni q̄ iuueni: iuueni q̄ puero: hyeme q̄ æſtate:
aſſuetis potius q̄ expertibus. Modus dandi pro vehementia vini: item mixtura. Atq; vulgo ſatis pu-
tant vnum vini cyathum duobus aquæ miſceri. Si diſſolutio ſit ſtomachi dandum: et ſi cibus non de-
ſcendat. Inter vini genera quæ fingi docuimus: nec fieri iam arbitror. Eſt et superuacaneus eorum
vſus cum ipſis rebus ex quibus fingitur doceamus vti: et alias modum exceſſerat medicorum in his
oſtentatio: veluti e napis vinum vtile eſſe ab armorum equitatu ſue laſſitudine præcipientium: atq; vt
reliqua omittamus: etiam in iunipero. Et ſi quis ſatius ſenſeat abſinthite vino vtandum potius q̄ ab-
ſinthio ipſo. In reliquis omittatur. Et palmeum capiti noxium: ventriq; tantum molliendo et ſangui-
nem excreantibus non inutile. Fictitium non poteſt videri: quod bion appellauimus: cum ſit in eo ſola
pro arte feſtinatio. Prodeſt ſtomacho diſſoluto: aut cibos non perficiente: prægnantibus: defectis para-
lyticis: tremulis: vertigini. torminibus: iſchiadicis: In peſtilentia quoq; ac peregrinationibus vi3 ma-
gnam auxiliandi habere dicitur. Vini etiam vitium tranſit in remedia. Aceto ſumma vis eſt in refri-
gerando: non tamen minor in diſcutiendo. Ita fit vt infuſo terræ ſpumet. Dictum eſt ſæpius diceturq;
quotiens cum alijs proſit. Per ſe hauſtum faſtidia diſcutit. Singultus cohibet. Sternutamenta olfa-
tu. Vim et balneis æſtus arcet: ſi contineatur ore. Quin et cum aqua bibitur. Multorum ſtomacho
vtiliter gargarizatur. Cum eadem conualeſcentium et a ſolis ardoribus. Oculis quoq; illo modo ſa-
luberrimum. Plurimum fotu medetur poſt vredines: item lepris: furfuribus: vlceribus manantibus:
canis morſibus: ſcorpionumq; ictibus: ſcolopendarum muris araneiq;. Contra omnium aculeatoru3
venena & pruritus. Item contra multipedum morſum. Calidum in ſpongia appoſitum: aut adiecto
ſulphuri ſextante ſextarijs tribus aceti aut hyſopi faſciculo medetur ſedis vitijs. In ſanguinis fluxione
poſt exciſos calculos & omnes alias roſiones foris in ſpongias impoſitum intus potum chiatis binis q̄
acerrime. Conglobatum vtiq; ſanguinē diſcutit. Contra lichenas & bibitur & imponitur. Siſtit aluos:
& rheumatiſmos interaneorum infuſum. Item procidentia ſedis vuluæq;. Tuſſim veterem inhibet &
gutturis rheumatiſmo. Orthopnoeam dentium labefactionem. Veſicæ nocet: neruorum infirmitati-
bus. Neſcire medici quantum contra aſpidas polleret. Nuper ab aſpide calcata percuſſus vtrem aceti fe-
rens quotiens depoſuiſſet ſentiebat ictum: alias illeſo ſimilis. Intellectum ibi remedium eſt: potuq; ſuc-
curſum. Neq; altero os colluunt venena exeuntes in totum vomitrix vis hæc non ciborum modo eſt ve-
rum & rerum plurimarum. Saxa rumpit infuſum: quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem
& ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat: in quo vſu mitigatur toſto pane aut vino.
Vel accenditur pipere ac laſere vtiq; ſale compeſcitur. Non eſt prætereundum ex eo exemplu3 ingens.
Siquidem. M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum cum dolorem eum per-
peti nequiret: vnius medicorum portentoſa ſcientia ignorante. Diuo Auguſto tanti putauit vſu pedū
ſenſuq; omni: carere dummodo & dolore illo careret: demerſis in acetum calidum cruribus in acerri-
mo impetu morbi euaſit.

Cardiacis vinū ſpes vnica.

Aceti vis.

Exemplū ꝙ acetu3 contra aſpi. morſ9 vi imodicas hēat. Hic hānibal alpes aceto & igni tranſiuit. Aiaduerte exēplū.

¶ De aceto ſcyllino: & oximelle: & ſapa: & fecę vini: aceti: & ſapæ. CA. II.

ACetum ſcyllinum inueteratū magis probatur. Prodeſtq; ſuper ea quæ diximus: aceſcentibus
cibis. Guſtatum enim diſcutit pœnam eam: & ijs qui ieiuni vomunt. Callum enim facium fa-
cit. ac ſtomachi odorē oris tollit gingiuas: aſtrigit dentes firmat colorē meliorē præſtat Tardi
tate3 quoq; auriū gargarizatione purgat: & trāſitū auditus aperit. Oculorum aciē obiter exa-
cuit: comitialibus: melancholicis: vertiginoſis: vuluarum ſtrugulationibus: percuſſis: aut præcipitatis.
Et ob id ſanguine conglobato. Neruis infirmis: renum vitijs perq̄ vtile. Cauendum exulceratis. Oxy-
mel antiqui (vt Dieuces tradit) hoc modo tempetabant. Melius heminas. x. aceti veteris heminas
quinq;: ſalis marini pondo: thymbræ quadrantem: aquæ marinæ ſextarios. v. variter coquebant de-
cies deferueſcente cortina: atq; diffundebant: inueterabantq;. Suſtulit totum id Aſclepiades: coargu-
itq;. Nam etiam in febribus dabant. Profuiſſe tamen fatentur contra ſerpentes: quo ſepas vocant: & cō-
tra meconium: ac viſcum & anginas calidum: gargarizatum: & auribus: & oris gutturiſq; deſiderijs: q̄
nunc omnia oxyhalme contingunt: id ſale & aceto recente efficatius eſt. Vino cognata res ſapa eſt: mu-
ſto decocto: donec tertia pars ſuperſit. Ex albo hoc melius. Vſus contra cantharidas: bupreſtin pino-
rum erucas: quas pityocampas vocant. ſalamandras: & contra mordentia venenata. Secundas partuſ-
q; mortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor eſt: venenum eſſe ſi quis ieiunis a balneis id bi-
bat. Conſequens horum eſt fex vini: ſui cuiuſq; generis. Ergo vini fæci tanta vis eſt: vt deſcendentes in-
cupas enecet. Experimentum dimiſſa præbet lucerna q̄diu extinguatur deſcenſionis periculu3 denū-

Vel in cubas.

tians. Illota miſcetur medicamentis. Cum iridis vero pari pondere eruptionibus pituitæ illinitur. Et ſicca vel madida contra phalangia: & teſtium mammarumq; inflammationes: vel in quacumq; parte corporis. Item cum hordeacea farina & thuris polline in vino decocta crematur: & ſiccatur. Indeq; experimentum eſt legitimæ coctæ: vt refrigerata linguaʒ tactu videatur vrere. Celerrime examinatur non incluſo condita. Crematio ei multum virium adijcit. Vtiliſſima eſt ad compeſcendas licenas: furfureſq; cum fico decocta. Sic & lepris & vlceribus manantibus imponitur. Fungorum naturæ contraria eſt pota ſed magis cruda. Oculorum medicamentis cocta & lota miſcetur. Medetur illita & teſtibus & genitalibus. In vino autem aduerſus ſtrangurias bibitur. Cum expiauerit quoq; lauandis corporibus & veſtibus vtilis: tuncq; vſum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior ſit neceſſe eſt: multoq; magis exulceret. Reſiſtit ſuppurationum incrementis: ſtomachum interanea: ventrem illita adiuuant. Siſtit earum partium rheumatiſmos: & mulierum menſes. Panos diſcutit nondum exulceratos: & anginas. Sacros ignes cum cæras Mammas lactis ſui impatientes eadem extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpentibus contra ceraſtas validiſſima cum polenta. Cum melanthio autem contra crocodili morſus: & canis. Et hæc cremata ampliat vires. Tunc addito lentiſcino oleo illita vna nocte ruffat capillum. Eadē aqua lintheolo appoſita: vuluas purgat. Sapæ fæce ambuſta ſanantur. Medius addita lanugine arundinis. Eadem quoq; fecæ decocta potáq; tuſſes veteres. Decoquitur in patinis cum ſale & adipe: ad tumorem quoq; maxillarum: & ceruicum.

### ¶ De oleis & folijs oleæ & flore: & cinere: & de oliua alba: & nigra: & de amurca. CA. III.

OLearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum vehementiſſime aſtringunt: purgant: ſiſtunt. Itaq; manducata impoſita vlceribus medentur: & capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle iјs quæ medici vſſerint. Gingiuarum inflammationibus: paronychijs ſordidiſq; vlceribus excreſcentibus. Cum melle profluuium ſanguinis e neruoſis partibus cohibet. Succus eorum carbunculentibus excreſcentibus circa oculos vlceribus: & puſtulis: procidentiq; pupilę efficax: quapropter in collyria additur. Nam & veteres lachrymationes ſanat: & genarum eroſiones. Exprimitur autem ſuccus tuſis: effuſo vino ex aqua cæleſti. Siccatuſq; in paſtillos digeritur. Siſtit menſes in lana admotus vuluæ. Vtilis & ſaniem emanantibus. Item condylomatis: ignib⁹ ſacris: quæq; ſerpunt vlcera: epinyctidi. Eoſdem & flos eorum habet effectus. Vruutur & cauliculi floreſcentes vt ſpodij vicem cinis præſtet. Vinoq; infuſo iterū vrit̃. Suppurationes & panos illinunt cinere eo vel folijs tuſſis cū melle. Oculos vero cuʒ pollenta. Succus fruticis recentis accenſi diſtillans ſanat lichenas: furfures manētia vlcera. Nā lachrymam quæ ex arbore ipſa diſtillat æthiopicæ maximæ oleæ: mirari ſatis non eſt. Reperti ſunt qui dentiū dolores illinendos cenſerent: venenū eſſe prædicantes: atq; etiā in oleaſtro querēdam. E radice oleæ q̄ tenerrime cortex deraſus: in melle crebro guſtatu medet̃ ſanguinē retijcientibus: & ſuppurata tuſſientibus. Ipſius oleæ cinis cū axungia tumores ſanat. extrahitq; fiſtulis vitia: & ipſas ſanat. Oliuæ albæ ſtomacho vtiliores ventri munus. Pręclaræ habēt anteq̄ cōdiantur vſū

oliuę albe Vis. recentes per ſe cibi modo deuoratæ. Medentur enim harenoſę vrinę: item dentibus: aut attritis: aut cōuulſis. Nigra oliua ſtomacho mutilior: neutri facilior: capiti & oculis non conuenit. Vtraq; ambuſtis ꝓdeſt trita & illita. Sed nigra commanducantur: & protinus ex ore impoſita poſtulas gygni prohibet. Colymbades ſordida vlcera purgant. Inutiles difficultatibus vrinæ. De amurca poteramus videri ſatis dixiſſe Catonem ſecuti: ſed reddenda quoq; medicinæ ratio eſt. Gingiuis & oris vlceribus dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Item ignibus ſacris infuſa: & iјs quæ ſerpunt pernionibus nigræ oliuæ amurca vtilior: item infantibus fouendis. Albæ vero mulierum vuluæ in lana admouetur. Multo auteʒ omnis amurca decocta efficatior. Coquitur in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis. Vſus eius cum aceto: aut vino vetere: aut mulſo: vt quæq; cauſa exigat in curatione oris dentium: aurium: vlcerum manātium: genitalium: rhagadum. Vulneribus in lintheolis imponitur: luxatis in lana. Ingens hic vſus vtiq; linueterato medicamento. Tale enim fiſtulas ſanat. Infunditur ſedis genitalium: vuluæ exulcerationi illinitur vero podagris incipientibus: item articularibus morbis. Si vero cum omphacio recoquatur. ad mellis craſſitudineʒ: caſuros dentes extrahit. Item iumentorum ſcabiē cum decocto lupino & chameleonthe herba mira ſanat. Cruda amurca podagris foueri vtiliſſimum.

### ¶ De folijs oleaſtri: & oenanthino oleo: & cicino: & amygdalino: et laurino: et myrteo: chamęmyrſino: et cupreſſino: et citreo carino. CA. IIII.

Mira oleaſtri vis. OLeaſtri foliorū eadeʒ natura. Spodiūq; e cauliculis vehementi⁹ inhibet rheumatiſmos. Sedet inflāmatiōes oculoruʒ. Purgat vlcera: alienata explet: excreſcentia leniter erodit. Siccat et ad cicatriceʒ ꝑducit cetera vt in oleis. In hoc aūt peculiare: ꝙ folia decoquunt̃ ex melle danturq; coclearib⁹ cōtra ſāguinis excreatiōes. Oleū tn̄ acri⁹: atq; efficaci⁹. et os quoq; colluitur illo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0374-2
DFG

Ad dentium infirmitatem imponuntur folia: & paronychijs: & carbunculis & contra omnem collectio-
nem cum vino. Iȷs vero quę purganda ſint: cum melle. Miſcentur oculorum medicamentis: & coctum
foliorum: & ſuccus oleaſtri. Vtiliter etiam auribus inſtillatur cum melle: vel ſi pus effluat. Flore oleaſtri
condylomata illinuntur & epinyctides. Item cum farina hordeacea venter in rheumatiſmo cum oleo.
Capitis doloribus. Cutem in capite ab oſſibus recedentem cauliculi decocti & cum melle impoſiti cõ-
primunt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtunt aluum. Toſti autem & cum melle triti nouas repur-
gant. Carbunculos rumpunt. Olei naturam cauſaſq; abunde diximus. Ad medicinam ex olei generib⁹
hæc pertinent. Vtiliſſimum eſt omphacium: proxime viride. Præterea q̃ maxime recens: niſi cum vetu-
ſtiſſimum queritur: tenue: odoratum: quoq; non mordeat: e diuerſo q̃ in cibos eligitur. Omphiacium
prodeſt gingiuis. Si contineatur in ore: colorem dentium cuſtodit magis q̃ aliud ſudores cohibet. Oe-
nantino idem eſt effectus qui roſaceo. Omni autem oleo mollitur corpus: vigorem & robur accipit. Sto
macho contrarium Auget vlcerum incrementa. Fauces exaſperat. Et venena omnia cohibet: hebetat-

Olei varia gña & ꝓprietates.

q; Præcipue pſimythij & gypſi in aqua mulſa. Aut ficorum ſiccarum decoctum potum contra meco-
nium. Ex aqua contra cantharidas bu preſtin ſalamandras pityocampas. Per ſe lotum: redditũq; vomi-
tionibus. Contra omnia ſupracta laudatiſſimum & laſſitudinum perfrictionumq; refectio eſt tormina
calidum potum chiathi. vȷ. magiſq; ruta ſimul decocta pellit. Item ventris animalia. Soluit aluum hemi
næ menſura cum vino & calida aqua potum aut ptiſanæ ſucco. Vulnerarijs emplaſtris vtile. Facieꝫ pur
gat. Bubus infuſum per nares donet ructent: inflationem ſedat. Vetus autem magis excalfacit corpora:
magiſq; diſcutit ſudoris. Duritia magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare & inclinato morbo. Ocu-
lorum claritati confert aliquid cum pari portione mellis ac opiȷ. Capitis doloribus remedium eſt. Item
ardoribus in febri cum aqua. Et ſi vetuſti non ſit occaſio: decoquitur: vt vetuſtatem repræſentet. Oleuꝫ
cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ menſura. Priuatim dicitur purgare præcordia.
Prodeſt & articulorum morbis: duritiȷ omnibus: vuluis auribus: ambuſtis. Cum cinere vero muricum
ſedis inflammationibus. item pſoræ. Colorem cutis commendat: capillumq; fertili natura euocat. Se-
men ex quo fit: nulla animans attingit. Ellychnia ex vua fiunt claritatis præcipue. Ex oleo lumen obſcu
rum propter nimiam pinguedignem. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto. Per ſe autem recentia mam-
mis & epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta & croco. Per ſe autem triduo
impoſita faciem purgant. Oleum amygdalinum purgat: mollit corpora: cutem erugat: nitorem com-
mendat varos cum melle tollit a facie. Prodeſt & auribus cum roſaceo & melle & mali punici germine
decoctum. Vermiculoſq; in his necat: & grauitatem auditus diſcutit: ſonos incertos: & tinnitus: obiter
capitis dolores: & oculorum. Medetur furunculis: & a ſole vſtis cum cæras Vlcera manantia & fur-
fures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per ſe vero capiti illitum ſomnum allicit.

Oleum laurinum vtilius quo recentius quoq; viridius colore. Vis eius excalefactoria: & ideo paraly-
ticis: ſpatici: iſchiadicis: ſigillatis: capitis doloribus inueteratis diſtillationibus auribus in calice pu-
mici calfactum illinitur. Similis & myrthei olei ratio: aſtringit: indurat: medetur gingiuis dentium
dolori: dyſenterie: vuluæ exulceratæ: veſicis: vlceribus vetuſtis vel manantibus cum ſcamina æris &
cæra. Item eruptionibus ambuſtionibus. Attritas ſanat & furfures rhagadas condylomata; articu-
los luxatos odorem grauem corporis. Aduerſatur cantharidi bupreſti: alijſq; malis medicamentis
quæ exulcerando nocent. Chamemyrſinæ ſiue oxymyrſinæ eadem natura. Cupreſſinum oleum
eoſdem effectus habet quos myrteum: item citreum. Enuce vero iuglandium quod carynum ap-
pellauimus: alopecijs vtile eſt & tarditati aurium infuſum. Item capitis doloribus illitum. Cæte-
rum iners & graue ſapore corpori. Enimuero ſi quid in nucleo putridi fuerit: totus modus deperit.
Ex gnidio grauo factum vim habet quam cicinum. Ex lentiſco factum vtiliſſimum acopo eit. Idem-
q; proficeret æque vt roſaceum: ni durius paulo intelligeretur. Vtuntur eo & contra nimios ſudo-
res. papulaſq; ſudorum. Scabiem iumentorum efficaciſſime ſanat balaninum: oleum repurgat va-
ros: furunculos: lentigines: gingiuas. Cypros qualis eſſet: & quemadmodum ex ea fieret oleum:
docuimus. Natura eius excalfacit: emollit neruos. Folia ſtomacho illinuntur: & vuluæ concitatæ ſuc-
cus quoq; eorum apponitur. Folia recentia commanducata: vlceribus in capite manantibus. Item
oris medentur collectionibus condylomatis. Decoctum foliorum ambuſtis & luxatis prodeſt. Ipſa ruf-
fant capillum tuſa: adiecto ſtrutei mali ſucco. Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus. Idem com-
buſtus in cruda ola nomas ſanat: & putreſcentia vulcera per ſe vel cum melle. Odor floris olet: qui
ſomnum facit. Aſtringit gleucinium & refrigerat eadem ratione qua & oenanthinum. Balſaminuꝫ lon
ge precioſiſſimum omnium: vt in vnguentis diximus: contra omnes ſerpentes efficax. Oculorum cla-
ritati plurimum confert: caliginem diſcutit. Item dyſpono eas collectiones omnes duritiaſq; lenit. San-
guinem denſari prohibet. Vlcera purgat: auribus: capitis doloribus: tremulis ſpaticis ruptis: perq̃

Oalſamĩ cõtra oculorũ aciẽ efficax.

vtile. Aduerſatur a cognito ex lacte potum. Febres cum horrore venientes perũcti leuiores facit. Vtendum tamen modice: quoniam adurit: augetq; vitia non ſeruato temperamento. Malobathri quoq; naturam & genera expoſuimus. Vrinam cit. Oculorum epiphoris vino expreſſum vtiliſſime imponitur. Item frontibus dormire volentibus. Efficaſſius ſi & nares illinantur: aut ſi ex aqua bibantur. Oris halitus & ſuauitatem commendat linguæ ſubditum folium: ſicut & veſtium odorem interpoſitum Hyoſcyaminum molliendo vtilius eſt: neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum e lupinis emollit proximum roſaceo effectum habens. Narciſſinum dictum eſt cum ſuo flore. Rhaphaninum phthiriaſes longa valitudine tollit. Scabritiaſq; cutis in facie emendat. Seſaminum aurium dolores ſanat: & vlcerum quæ ſerpunt: & quæ cacoethe vocant alcera. Lilinum quod & phyllynum & ſyrium vocauimus: renibus vtiliſſimum eſt: ſudoribuſq; euocandis: vuluæ moliendæ: concoquendoq; intus Seleucum neruis vtile eſſe diximus: ſicut hærbaceum: quoq;: quod eugubini circa flaminiam viam vendunt. Eleomeli quod in ſyria ex ipſis oleis manare diximus: ſapore melleo non ſine nauſea aluum emollit: bilem præcipue detrahit: duobus cyathis in hemina aquæ datis. qui bibere torpeſcunt: excitanturq; crebro. Pugnatores certaturi præſumunt ex eo chatyum vnum piſſimo oleo

Ve ad tuſſim.

vſus eſt paſſim ad quadrupedum ſcabiem. Eſt autem vitibus oleiſq; proxima nobilitas palmis inebriant recentes capitis dolorem afferunt: minus ſiccæ. Nec quantum videtur vtiles ſtomache: tuſſim exaſperant: corpus augent. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad vires recreandas: ſitim ſedandam: in quem vſum præferebant thebaichas. Sanguinem quoq; excreantibus vtiles: in cibo maxime Illinuntur cariotæ ſtomacho: veſicæ: ventri inteſtinis. Cum cotoneis & cæra & croco ſugillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo cinere loto ſpodij vicem efficiunt: miſcenturq; collyrijs: & caliblephara faciunt addito nardo.

¶De myrobalano palma: & de palma elate. CA.V.

PAlma quę fert myrobalanum probatiſſima in ægypto. Oſſa non habet reliquarum modo in balneis. Aluum & menſes ſiſtit in vino auſtero: & vulnera conglutinat. Palma elate: ſiue ſpathe medicinæ confert germina folia: corticem. Folia imponuntur præcordijs. ſtomacho: iocineri: vlceribus quæ ſerpunt cicatrici repugnantia. Pſoras cortex eius tener cum reſina & cæra ſanat diebus. xx. Decoquitur & ad teſtium vitia. Capillum denigrat ſuffitu. Partus extrahit. Datur bibẽdus renum vitijs: & veſicę: & præcordiorum Capiti & neruis inimicus. Vuluæ ac ventris fluxionem ſiſtit decoctum eius. Item cinis ad tormina potꝰ in vino albo. In vuluarum vitijs efficaciſſimus.

Elate cortex ad qd prodeſt.

¶Medicinæ ex ſingulorum generũ flore: folijs: fructu: ramis cortice: ligno: ſucco: radice: cinere. CA.VI.

PRoximæ varietates generum medicinarumq;: quę mala habent. Ex his verna acerba ſtomacho inutilia ſunt. Aluum veſicam circunagunt. Neruos lędunt. Cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tamen dũtaxat matura proſunt ſanguinem excreantibus: ac dycentericis: cholericis: cœliacis. Non idem poſſunt decocta: quoniam amittunt conſtringentem illaꝫ vim ſucci. Imponuntur & pectori in febris ardoribus: & tum decoquuntur in aqua cæleſti: ad eadem quæ ſupra ſcripta ſunt. ad ſtomachi autem dolores cruda decoctaue cærati modo imponuntur. Lanugo eorũ carbunculos ſanat: cocta in vino & illita cum cæra. Alopecijs capillum reddunt. Quæ ex ijs cruda in melle condiuntur: vrinam mouent. Mellis autem ſuauitati multum adijciunt: ſtomachoq; id vtilius faciunt. Quæ vero in melle condiuntur cocta: quidẽ ad ſtomachi vicia tria cum roſaceo folijs decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lyenibus: orthopnoicis hydropicis prodeſt. Item mammis condylomatis: varicibus. Elos & viridis & ſuccus inflammationibus oculorum: execrationibus ſanguinis: mẽſibus mulierum. Fit & ſuccus ex ijs mitis cum vino dulci tuſſis: vtilis & cæliacis & iocineri. Decocto quoq; eorum fouẽtur: ſi procidant: vuluæ & interanea. Fit & oleum ex ijs: quod melinum vocauimus quotiẽs nõ fuerit in humidis nata. Ideo vtiliſſima quæ ex cicilia veniunt. Minus vtilia ſtruthia quanuis cognata. Radix eorum circunſcripta terra manu ſiniſtra capitur: ita vt qui facit dicat quæ capiat: & cuius cauſa. Sic ad alligata ſtrumis medetur. Melimela & reliqua dulcia ſtomachum & ventrem ſoluunt: ſiticuloſa: æſtuoſa: ſed neruos non lædunt. Orbiculata ſiſtunt aluum: & vomitiones: & vrinas ciunt. Silueſtria mala ſimilia ſunt vernis acerbis: aluumq; ſiſtunt. Sane in hunc vſum immatura opus ſunt. Citerea contra venenũ in vino bibuntur: vel ipſa vel ſemen. Faciunt oris ſuauitatem decocto eorum colluto autem ſucco expſſo: horum ſemen edendum præcipiunt in malicia pergnãtibus: ipſa vero contra infirmitatem ſtomachi: & non niſi ex aceto facilline manduntur. Punici mali nouem genera nunc iterare ſuperuacuum.

Aduerte.

Mali punici. Virtus.

Ex ijs dulcia: quę epyrina alio nomine appellauimus ſtomacho inutilia habentur: inflationes pariũt: dentes gingiuaſq; lædunt. Quæ vero ſapore maxime vinoſa diximus: paruum nucleum habẽtia: vtiliora paulo intelliguntur. Aluum ſiſtunt & ſtomacum dũtaxat pauca citraq; ſacietatem. Sed hæc minime

danda q̄q̄ omnino nulla in febri nec carne acinorum vtili nec ſucco. Cauentur æque vomitionibus:
ac bilem reijcientibus. Vuam in his ac ne muſtum quidem: ſed protinus vinum aperuit natura. Vtrū- ☞
q; vero aſperiore cortice. Hic & acerbis in magno vſu. Vulgus coria maxime perficere illo nouit: ob malicoriū
id malicorium appellant medici. Vrinam cieri eodem monſtrant: mixtaq; galla in aceto decocto mobi- cur voca-
les dentes ſtabilire. Expetitur in grauidarum malicia: & quoniam guſtatu moneat infantem. Diuiditur tum.
malum: cæleſtiq; aqua madeſcit ternis fere diebus. Hæc bibitur frigida cæliacis: & ſanguinem excre-
antibus. Ex acerbo fit medicamentum: ſtomachice vocatur: vtiliſſimum oris vitijs: narium: auriu3: ocu
lorum caligini: pterygijs: genitalibus: & ijs quę nomas vocant: & quę in vlceribus excreſcunt. Contra
leporem marinum hoc modo acinis detracto cortice tuſis mellis attici ſelebris. Alij hoc modo faciunt.
Punica acida multa tunduntur. Succus in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine: ad virilitatis & ſe-
dis vitia: & omnia quæ lycio curantur: aures purulentas: epiphoras incipientes rubras maculas. In ma
nibus rami punicoru3 ſerpentes fugant. Cortici punici ex vino cocti & impoſiti perniones ſanantur. Cō
tuſū malū ex trib⁹ heminis vinis decoctum ad heminam: tormina: & tineas pellit. Punicum in olla no-
ua opericulo indito in furno toſtum & contritum potumq; in vino ſiſtit aluum: diſcutit tormina. Prim⁹
pomi huius partus florere incipientis cytinus vocatur a gręcis: mire obſeruationes multorum experi-
mento. Si quis vnum ex ijs ſolutus vinculo omni cinctus & calciatus: atq; etiam annuli decerpſerit Cytinus.
duobus digytis pollice & quarto ſiniſtræ manus: atq; ita luſtratis leui tactu oculis: mox in os additum
deuorauerit ne dente contingat: affirmatur nullam oculorum imbecilitatem paſſurum eo anno. Idem Mirum ſi
cytini ſiccati tritiq; carnes excreſcentes cohibent. Gingiuis & dentibus medentur. Vel ſi mobiles ſint verum.
decocto ſucco. Ipſa corpuſcula trita vlceribus quæ ſerpunt putreſcuntue: illinuntur. Item oculorum
inflammationi: inteſtinorumq; priſcorum: & fere ad omnia quæ cortices malorum. Aduerſatur ſcor-
pionibus. non eſt ſatis mirum curam diligentiamq; qui omnia ſcrutati nihil intentatum reliquere.
In hoc ipſo cytino floſculi ſunt: anteq̄ ſcilicet malum ipſum prodeat: erumpentes: quos balauſtium
vocari diximus. Hos quoq; ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari. Siſtunt potu menſes fœ-
minarum: ſanant oris vlcera: tonſillas: vuam: ſanguinis excreationes: ventris & ſtomachi ſolutiones: ge
nitalia vlcera quacunq; in parte manantia. Siccauere etiam vt ſic quoq; experirentur. Inueneruntq;
tuſorum farina dyſentericos a morte reuocari. Aluum ſiſtit. Quin & nucleos ipſos acinorum experiri Vel vt tu-
non pinguit. Toſti tuſiq; ſtomacum iuuant. Cibo aut potione inſperſi bibuntur ex aqua cæleſti ad ſi- ſis.
ſtendum aluum. Radix decocta ſuccum emittit: qui tineas necat victoriati pondere. Eadem diſcocta in
aqua quas lycium præſtat vtilitates. Eſt & ſilueſtre punicum a ſimilitudine appellatum. Eius radices ru
bro cortice denarij pondere ex vino potæ ſomnos faciunt. Semine poto aquam: quæ ſubierit cutem ſic- ☞
cat. Mali punici corticis fumo culices fugantur. Nota.

¶De pyris: & eorum obſeruationibus: & de ficorum obſeruatione: & caprifico: &
erineo: & aliorum generibus medicinæ. CA.VII.

Pyrorum omnium cibus etiam valentibus oneroſus: ægris quoq; vini modo negatur. De- ☞
cocta eadem mire ſalubria / & grata: præcipue cruſtumina. Quæcunq; vero cum melle de-
cocta ſtomachum adiuuant. Fiunt cataplaſmata e pyris ad diſcutienda corporum vitia: Et pirorū
& decocto eorum ad duritias vtuntur. Ipſa aduerſantur boletis atq; fungis: pelluntq; pon- & vini vſ⁹
dere & pugnante ſucco. Pyrum ſilueſtre tardiſſime matureſcit. Conciditur: ſuſpenſumq; ſiccatur ad ægris ne-
ſiſtendam aluum: quod & decoctum eius potum præſtat. Decoquuntur & folia cum pomo ad eoſdem gatus.
vſus. Pyrorum ligni cinis contra fungos etiam nunc efficatius proficit. Mala pyraq; portatu vtiq; iumē
tis mire grauia ſunt vel pauca. Remedio aiunt eſſe ſi prius edenda dentur aliqua: aut oſtendantur. Fici
ſuccus lacteus aceti naturam habet. Itaq; coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem po-
mi: & in vmbra ſiccatur ad aperienda vlcera: cienda menſtrua appoſitus cum luteo oui: aut potus cum
amylo. Podagris illinitur. Cum farina fænogręci & aceto. Pilos quoq; detrahit: palpebrarumq3 ſcabie3
emendat. Item lichenas & ſporas: aluum ſoluit. Lactis ficulni natura aduerſatur crabronum veſparūq;
& ſimilium venenis priuatim ſcorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia & q̄ non maturue-
re fici: ſtrumis illinuntur: omnibuſq; quę emollienda ſunt diſcutiendaue. Pręſtant hęc & per ſe folia. Et
alij vſus eorum tanquam in fricando lichene & alopecijs: & quæcunq3 exulcerari opus ſit: & aduerſus
canis morſus. Ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Idem cum melle vlceribus quæ cæria vocā-
tur: illinitur. Extrahūt infracta oſſa cum papaueris folijs ſilueſtris. Canum rabioſorum morſus folio tri ☞
to ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis: muriſaranei morſibus cum Aduerte.
cæra cinis earum e folijs grangrenis: conſumendiſq3 quæ excreſcunt. Fici mature vrinam ciunt: al-
uum ſoluunt: ſudorem mouent: papulaſq3. Ob id autūno inſalubres: quoniam ſudantia huius cibi opa
corpora refrigeſcunt. Nec ſtomacho vtiles. Sed ad breue tempus. Et voci cōtrariæ intelliguntur. Nouiſ

ſimę ſalubriores q̃ primæ. Medicatæ vero nonnunquam iuuenum vires augent. Senibus meliorem
valitudinem faciunt: minuſq; rugatum. Sitim ſedant. Calorem refrigerant. Ob id non negande in febri-
bus conſtrictis: quas ſtegnas vocant. Siccæ fici ſtomachum lædũt gutturi & faucibus magnifice vtiles.
Natura iis excalfaciendi. Sitim afferunt. Aluũ molliunt. Reumatiſmis eius & ſtomacho contrariæ. Ve-
ſice ſemper vtiles: & anhelatoribus: ac ſuſpirioſis. Itẽ iocinerum: renum: lyenum vitiis. Corpus & vires
adiuuant: ob id ante athletæ hoc cibo parcebantur. Pythagoras exercitator primum ad carnes eos trã-
ſtulit. Recolligentibus ſe a longa valitudine vtiliſſimæ. Item comitialibus & ydropicis. Omnibuſq;
quæ maturanda aut diſcutienda ſunt: imponuntur. Efficacius calce aut nitro admixto. Ad coctæ cum
hyſopo pectus purgant: pituitam: tuſſim veterem. Cum vino autem ad ſedem & tumorem maxillarũ
& furunculos: panos: parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earum fouere fœminas. Deco-
ctæ quoq; eædem cum fœno gręco vtiles ſunt pleureticis: et peripneumonicis. Cum ruta coctæ tormi-
nibus proſunt tibiarum vlceribus. Cum æris flore et ſpaticis et pterygiis. Cum punico malo ambu-
ſtis: pernionibus. Cum cęra hydropicis coctę in vino et cum abſinthio et farina hordeacea nitro ad-
dito. Aluum ſiſtunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum ſale trite illinuntur. Carbunculos extrahunt
in vino coctę et impoſitæ. Carcinamati ſi ſine vlcere eſt: quam pinguiſſimam ficum imponi: pene ſin-
gulare remedium eſt: item phagedene. Cinis non ex alia arbore aciem purgat acrior: non congluti-
nat. replet: aſtringit. Bibitur et ad diſcutiendum ſanguinem concretum. Item percuſſis præcipitatis.
Conuulſis ruptis cinereis cyathis ſingulis aquæ & olei datur tetanicis & ſpaticis. Item potus vel in-
fuſus cæliacis: dycentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur: excalfacit. Item cum cera & roſaceo
ſub actus ambuſtis cicatricem tenuiſſimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat: dentiumq;
vitia crebro fricatu. Produnt etiam ſi quis inclinata arbore ſupino ore aliquem nodum eius morſu
abſtulerit nullo vidente: atq; in aluta alligatum licio e collo ſuſpenderit ſtrumas & parotidas diſcu-
tit. Cortex tritus cum oleo ventris vlcera ſanat. Crudæ groſſi verrucas & thymos nitro farinaq; addi-
tis tollunt. Spondiiſq; vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Bis toſtus adiecto pſimythio
digeritur in paſtillos ad vlcera oculorum & ſcabritiam. Caprificus etiamnum multo efficatior fico.
Lactis minus habet. Surculo quoq; eius lac coagulatur in caſeo. Exceptum id coactumq; in durici-
am ſuauitatem carnibus affert. Fricatur diluto ex aceto. Miſcetur exulceratoriis medicamentis. Al-
uum ſoluit: vuluam cum amylo aperit. Potamenſes cit cum luteo oui. Podagris cum farina fœno-
græci illinitur. Lepras: pſoras: lychenas: lentigines expurgat. Item venenatorum ictus & canis morſus.
Dentium quoq; dolori hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt: aut in canis eorum additus. Cauliculi &
folia admixto eruo contra marinorum venena proſunt. Adiiciunt & vinum. Bibulas carnes additi
caules magno ligni compendio percoquunt. Groſſi illitæ ſtrumas & omnium collectionem emolli-
unt & diſcutiunt aliquatenus & folia. Quæ molliſſima ſunt ex iis cum aceto vlcera manantia & epi-
nyctidas & furfures ſanant. Cum melle item & foliis ceria ſanant & canis morſus. Recentes cum vi-
no phadegenas. Cum papaueris foliis oſſa extrahunt. Groſſi caprifici inflammationes diſcutiunt ſuf-
fitu. Reſiſtunt & ſanguini taurino poto: & pſimythio & lacti coagulato potæ. Item aqua decoctæ at-
q; illitæ parotidas ſanant. Cauliculi aut groſſi eius q̃ minutiſſimæ ad ſcorpionum ictus e vino bibun-
tur. Lac quoq; inſtillatur plagæ: & folia imponuntur. Item aduerſus muremaraneum. Cauliculorum
cinis vuam faucium ſedat. Arboris ipſius cinis ex melle: thagadia. Radix deferuefacta in vino den-
tium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Illinuntur ramentrami ſi-
ne cortice q̃ minutiſſima ad ſcobis modum. Caprifico quoq; medicinæ vnius miraculum additur.
Corticem eius impubeſcentem puer impubis ſi defracto ramo detrahat hentibus medullam ipſam
Vel rabi- adalligatam ante ſolis ortum prohibere ſtrumas. Caprificus tauros quamlibet feroces collo eorum
dã naturã circundata in tantum mirabili natura compeſcit vt immobiles præſtet. Hærba quoq; quam græci eri-
neon vocant: reddenda in loco propter gantilitatem. Palmo alta eſt cauliculis quinis fere ocimi ſimi-
litudine. flos candidus: ſemen. nigrum: paruum tritum cum melle attico oculorum epiphoris me-
detur. Manat lacte multo & dulci. Hærba perq̃ vtilis aurium dolori nitri exiguo addito. Folia reſiſtunt
venenis. Pruni folia decocta tonſillis. gingiuis: vuæ proſunt in vino decocta: & ſubinde ore colluto.
Ipſa pruna aluum molliunt: ſtomacho non vtiliſſima: ſed breui momento. Vtiliora perſica ſuccuſ-
q; eorum etiam in vino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius eis pomis innocentior cibus. Nuſq̃ minus
odoris. Succi qui plus tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita hemorrhoiam ſiſtunt. Nuclei per-
ſicorum cum aceto & oleo capitis doloribus illinuntur. Silueſtrium quidem prunorum baccæ: vel e
radice cortex in vino auſtero ſi decoquantur ita vt triens & hemina ſuperſit: aluum & tormina ſiſtunt.
Satis eſt ſingulis chiato decocti ſumi. Et in iis & ſatiuis prunis eſt limus arborum. quem græci lichem
appellant: rhagadis & condilomatis mire vtilis. Mora in ægypto & cypro ſui generis (vt diximus)

largo ſucco abundant. Summo cortice deſquãmato altiore plaga ſicca mirabili natura. Succus aduerſatus venenis ſerpentium. Prodeſt dyſentericis. Diſcutit panos: omneſq; collectiones. Vulnera conglutinat: capitis dolores ſedat: item aurium. Splenticis bibitur. Illinitur & contra pfrictiones. Celerrime teredinem ſentit. Nec apud nos ſucco vſus minor. Aduerſatur aconito: & araneis in vino potum. Aluũ ſoluit. Pituitaſq; ac tineas/ & ſimilia vẽtris animalia extrahit. Hoc idem p̄ſtat & cortex tritus. Folia tingũt capillum cum fici nigrę/ & vitis cortice ſimul coctis in aqua cœleſti. Pomi ipſius ſuccus aluum ſoluit ꝓtinus ipſa poma ad pręſens ſtomacho vtilia refrigerant: ſitim faciunt. Si non ſuperueniat alius cibus: intumeſcunt. Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum: veluti animalis alicuius in hac arbore obſeruandis miraculis/ quę in natura eius diximus. Fit ex pomo pãchreſtos ſtomatice: eadem arteriace appellata hoc modo. Sextarij tres ſucci e pomo leui vapore ad craſſitudinem mellis redigũtur. Poſt additur omphacij aridi pondo duodecim: aut myrrhę vndecim: Croci .xi Sed hęc ſimul mixta/ vel trita miſcentur decocto. Neq; eſt aliud oris arteriæ vuę ſtomachi iucundius remediu;. Fit & alio modo. Succi ſextarij duo/ mellis attici decoquũtur: vt ſupra diximus. Mira ſunt præterea: quę produntur. Mora germinatione prius q̄ in folia exeant ſiniſtra decerpi iubentur futura poma: cytinos gręci vocant. Hi terrã ſi non attingere: ſanguinem ſiſtunt ad alligati: ſiue ex vulnere fluat: ſiue ore: ſiue naribus: ſiue hemorrhoidis. Ad hoc ſeruantur repoſiti. Idem pręſtare/ & ramus dicitur luna plena defractus. incipiens fructum habere. Si terrã non attigerit priuatim mulieribus alligatus lacerto contra abundantiam menſium. Hoc & quocũq; tempore ab ipſis decerptum: ita vt terram non attingat: adalligatumq; exiſtimant pręſtare. Folia mori trita/ aut arida decocta ſerpentium ictibus imponuntur. Ad idemq; potu proficitur. Scorpionibus aduerſatur e radice corticis ſuccus ex vino/ aut poſca potus. Reddenda eſt antiquorũ compoſitio. Succu; expreſſum pomi maturi/ immaturiq; mixtũ coquebant in vaſe ęreo ad mellis craſſitudinẽ. Aliqui myrrha adiecta/ & cupreſſo p̄duratum vas ſole torrebant: permiſcentes ſpatha ter die. Hęc erat ſtomatice: quę e vulnere ad cicatricem perducebat. Alia ratio ſuccum ſiccato exprimebant pomo multum ſapori obſoniorum conferente. In medicina vero contra nomas: & pectoris pituitas: & vbicũq; opus eẽt aſtringi viſcera. Dentes quoq; colluebant eo. Tertiũ genus ſucci folijs/ & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponũtur: & per ſe folia. Radix per meſſes inciſa ſuccum aptiſſimum dentiũ dolori collectionibuſq;/ & ſuppurationibus habetur. Aluum purgat. Folia mori in vrina madefacta pilum corijs detrahunt. Cęraſia aluum molliunt: ſtomacho inutilia. Eadem ſiccata aluum ſiſtunt. Vrinam ciunt. Inuenio apud auctores: ſi quis matutino roſcida deuoret cum ſuis nucleis: in tantũ leuari aluum: vt pedes morbo liberẽtur. Meſpila exceptis ſetanijs: quę malo ꝓpriorem vim habent: reliqua aſtringunt ſtomachu; ſiſtumq; aluum. Item ſorba ſicca. Nam recentia ſtomacho/ & citę proſunt.

*Attẽde ad extrahendas vẽtris tineas.*

*Põd⁹ ſextariorum duorũ ãt myrrhæ ſextarij vni⁹: croci vnius.*

*Morę vis mirabilis.*

*Aduerte.*

¶ De pineis/ & amygdalis: & nuce auellana: & de nuce iuglande: & piſtacijs/ & caſtaneis: & ſiliquis: cornu: & vnedone & lauro. CA.VIII.

Nvces pineæ quę reſinam habent cõtuſę leuiter additis in ſingulis ſextarijs aquę ad dimidiũ decoctę ſãguinis excreationi medẽtur: ita vt cyathi bini bibãtur ex eo. Cortex e pino in vino decoctus contra tormina datur. Nucleo nucis pineę ſitim ſedant: & acrimoniam ſtomachi roſioneſq;/ & contrarios hũores cõſiſtẽtes ibi: & infirmitatẽ viriũ roborant: renibus/ & veſicæ vtiles. Fauces vidẽtur exaſperare/ & tuſſim. Bilem pellunt Poti ex aqua: aut vino/ aut paſſo: aut balanorum decocto. Miſcetur ijs contra vehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemen/ & ſuccus portulacæ. Item ad veſicę vlcera: & renes: quoniam & vrinam cient. Amygdalę amarę radicũ decoctum cutem in facie corrigit: coloremq; hylariorem facit. Nuces ipſę ſomnum faciunt & auiditatem. Vrinã et menſes ciunt. Capitis dolori illinũtur maximeq; i febri: ſi ab ebrietate in aceto: & roſaceo ex aquę ſextario/ & ſanguinem ſiſtunt. Cũ amylo/ & menta lethargicis/ comitialibuſq; proſunt. Capite peruncto epinyctidas ſanant e vino vetere vlcera putreſcentia. Canum morſus cũ melle. Et furfures ex facie ante potu p̄parata. Item iocineris/ & renum dolores ex aqua potę. Et ſępe ex eligmate cum reſina terebinthina Calculoſis/ & difficili vrinę in paſſo: & ad purgãdã cutẽ in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces. Proſunt eligmatę iocineri: tuſſi/ & colo cum eleliſphaco modice addito. In melle ſumitur nucis auellanæ: magnitudine. Aiunt quoq; quinis fere pręſumptis ebrietatem non ſentire potores. Vulpeſq; ſi ederint eas nec cõtingat e vicino aquam lambere: mori. Minus valent in remedijs dulces: & eæ tamen purgant: & vrinam ciunt. Recentes ſtomachum implent. Nucibus gręcis cum abſinthij ſemine ex aceto ſumptis morbus regius ſanari dicitur. Item illitis per ſe vitia ſedis. Et priuatim condylomata. Item tuſſi/ et ſanguinis reiectioni ꝓdeſt. Nuces iuglandes gręci a capitis grauedine appellauere. Etenim arborum ipſarũ/ foliorũq; vires in cerebrum penetrant. Hocq; minore momento: ſed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores. Siccę noxiores: & ſtomacho inutiles: difficiles concoctu: dolorem capitis inferẽtes. Tuſſiẽ

*nuclei piꝓſunt.*

*Nucũ magna vtilitas.*

*Nuces cõtra ebrietatẽ remediũ: vel ebrietatis nõ ſentiri putores.*

*Nu. gręcis morb⁹ ſanatur regius.*

tibus inimicæ: et vomituris ieiunis aptę: tenaſmo ſolo: trahunt enim pituitam. Eędem pręſumptę vene
na hebetant. Item anginam cum ruta/et oleo. Item aduerſantur cepis: leniuntq; earum ſaporem Auriũ
inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item ruta mammis/et luxatis. Cum cepa autem et ſale/
et melle canis/hominiſq; morſui. Putamine nucis iuglandis dens cauus inuritur. Putamen combuſtũ/
tritumq; in oleo: aut vino infantium capiti puncto nutrit capillum: et ad alopecias eo ſic vtuntur. Quo

De ãtido to Mithridatis: ama. Põ. cõtra venena inuento.

plures quis nuces ederit: hoc faciliustineas pellit. Et quę per veteres ſunt nuces gangrenis/et carbuncu
lis medentur. Item ſuggillatis. Cortex iuglandium lichenum vitio/et dyſſentericis ꝓdeſt. Folia trita cũ
aceto aurium dolori. In ſanctarijs Mithridatis maximi regis deuicti. Cn. Pompeius inuenit in peculia-
ri commentario ipſius manu compoſitionem antidoti e duabus nucibus ſiccis. Item ficis totidẽ: et rutę
folijs. xx. ſimul tritis: addito ſalis grano: et qui hoc ieiunus ſumat: nullũ venenum nociturũ illo die. Cõ
tra rabioſi quoq; canis morſus nuclei a ieiuno homine commanducati/illitiq; pręſenti remedio eſſe di-

Nuces auellanæ cõtra tuſſim ꝓſũt.

cuntur. Nuces auellanę capitis dolorem faciunt: & inflammationem ſtomachi/& pinguedini corporis
conferunt pluſq̃ ſit veriſimile. Toſtæ & diſtillationi medentur. Tuſſi quoq; veteri tritę/& in aqua mulſa
potę. Quidam adijciunt grana piperis. Alij e paſſo bibũt. Piſtacia eoſdem vſus/& effectus habẽt: quos
pinei nuclei: ꝑterq; ad ſerpentium ictus: ſiue edantur: ſiue bibantur. Caſtaneæ vehementer ſiſtunt ſto-

Caſtaneæ virtus.

machi/& ventris fluctiones. Aluum ciunt. Sanguinem excreantibus proſunt. Carnes alunt. Siliquæ re-
centes ſtomacho inutiles. Aluum ſoluunt. Eædem ſiccatę ſiſtunt: ſtomachoq; vtiliores fiunt. Vrinam
ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternas in aquę ſextarijs decoquunt. Quidam ad dimidium: eũq; ſuc-
cum bibunt. Sudor virgæ corni arboris lamina ferrea candente exceptus: non contingente ligno illitaq;
inde ferrugo incipientes lichenas ſanat. Arbuſtus/ſiue vnedo fructum fert difficilem concoctioni: & ſto
macho inutilem. Laurus excalfactoriam naturam habet: & folijs/& corticę: & baccis. Itaq; decoctum

Laur⁹ naturę calfactorię.

ex ijs maxime e folijs prodeſſe vuluis/& veſicis conuenit. Illita vero veſparum/cabronumq; & apium.
Item ſerpentium venenis reſiſtunt: maxime ſepis dypſadis/& viperę. Proſunt & menſibus fœminarum
cum oleo cocta. Cum polenta autem quę tenera ſunt trita inflammationes oculorum cum ruta: teſtiu;

Vel vino.

cum roſaceo capitis dolores: aut cum irino. Quin manducata/atq; deuorata per triduum terna: liberãt
a tuſſi. Eadem a ſuſpirijs trita cum melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipſa radix calculos rũpit:
iocineri prodeſt tribus obolis in vino odorato pota. Folia pota vomitiones mouent. Baccę menſes tra-
hunt appoſitę tritę/vel potę. Tuſſim veterem/ & ortopnoeam ſanant binę detracto cortice i vino potæ.
Si & febris ſit: ex aqua: aut eligmate ex aqua mulſa: aut ex paſſo decoctę. Proſunt & phthiſicis eodem
modo/& omnibus thoracis/rheumatiſmis. Nam & excoquũt pituitam: & extrahunt. Aduerſus ſcorpio
nes quaternę ex vino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitę/& lentigines. Et vlcera manantia: & vlcera
oris: & furfures. Cutis pruriginem ſuccus baccarum emendat: & phthiriſin. Aurium dolori: & grauita
ti inſtillatur cum vino vetere: & roſaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia. Prodeſt & contra vene
natorum ictus potus. Maxime autem eius laurus: quę tenuiora habet folia. Baccę cum vino ſerpentib⁹
& ſcorpionibus/& araneis reſiſtunt. Ex oleo/& aceto illinũtur: & lyeni/& iocineri. Gangrenis cũ mellæ/
& infatigatione etiam/aut perfrictione ſucco eo pungi: nitro adiecto prodeſt. Sunt qui celeritati partus
multum conferre putent radice acetabuli menſura pota iu aqua. Efficacius recentem q̃ aridam. Quidã
aduerſus ſcorpionum ictus. x. baccas dari iubent potui. Item & in remedio vuę iacentis quadrantẽ pon
do baccarum/foliorumue decoqui in aqua ſextarijs tribus ad tertias: eamq; calidam gargarizare: & in
capitis dolore impari numero baccas cum oleo conterere: & calfacere. Laurus delphicę folia trita/olfa

Laur⁹ delphica cõtra peſtis contagia.

ctaq; ſubinde peſtilentię contagia ꝓhibent: tanto magis ſi & vtantur. Oleum ex delphica ad cerata: aco
põq;: ad ꝑfrictiones: diſcutiendas neruos laxandos lateris dolores: febreſq; frigidas vtile eſt. Item ad au
rium dolorẽ: in mali punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquę vuã cohibent gar
rizatione pota alui dolores: inteſtinorumq;. Tenerrima ex ijs trita in vino papulas prurituſq; illita noct
bus ꝓximę valent: inter cetera lauri genera. Laurus alexandrina/ſiue idęa partus celeres facit radice po

Laur⁹ alexandrina

ta trium denariorũ pondere in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit: menſeſq; eodem modo
pota. Daphnoides ſiue ijs nominibus quæ diximus ſilueſtris laurus prodeſt aluum ſoluit: recenti folio/
vel arido drachmis tribus cum ſale/& hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium/& vomit⁹: ſto-
macho inutile. Sic & baccę quinę deneuę purgationis cauſa ſumuntur.

## De myrto ſatiua: & myrtidano: & de myrto ſilueſtri. CA. IX.

Vel menãdri.

Myrti vtilitas.

Myrtus ſatiua candida minuus vtilis eſt medicinę q̃ nigra. Semen eius medetur ſãguinẽ excre
antibus. Itẽ contra fungos in vino potum. Odorem oris commendat: vel pridie commandu-
catum. Itẽ apud Menandrum ſynariſtuſim hoc edunt. Datur & dyſentericis denarij põdere
in vino. Vlcera difficilia in extremitatibus corporis ſanat cum vino ſubferuefactum imponitur lippitu

dini cum polenta. Et cardiacis in mamma ſiniſtra. Et contra ſcorpionis ictus mero: & ad veſicę vitia.
Capitis dolores: & ęgilopas: anteq̄ ſupputent. Item tumoribus. Exemptiſq; nucleis in vino vetere tritū
eruptionibus pituitę. Succus ſeminis aluum ſiſtit. Vrinas cit. Ad eruptiones puſtularum/pituiteq; cum Mytti vti
cętato illinitur: & contra phangias. Capillum denigrat. Lenius ſucco oleum eſt: ex eadem myrto: & vi= litas.
num: quo nunq̄ inebriantur. Inueteratumq; ſiſtit: & aluum/ & ſtomachum: tormina ſanat: faſtidiū abi=
git. Foliorum arentium farina ſudores cohibet inſperſa: vel in febri. Vtilis & cœliacis: & procidentię vul
uarum: ſedis vitijs: vlceribus manantibus igni ſacro fotu: capillis fluentibus: furfuribus. Item alijs eru=
ptionibus ambuſtis. Additur quoq; in medicamento: quod liparas vocāt: eadē de cauſa/qua oleum ex
ijs efficaciſſimum ad ea quę in humore ſunt: tanq̄ in ore/vulua. Folia ipſa fungis aduerſantur trita ex Vel ale=
vino: cum cæravero articularibus/ & collectionibus. Eadem in vino decocta dyſentericis/ & hydropicis pſas.
potui dantur: ſiccantur in farina/quę inſpergitur vlcerib⁹/aut hemorrhoię. Purgant & lentigines ptery
gia/ & paronychia: & epinyctidas condylomata: teſtes: tetra vlcera. Item ambuſta cum cętato. Ad au=
res pululentas/ & folijs crematis vtuntur: & ſucco decocto. Cōburuntur & in antidota. Itē cauliculi flo=
re decerpti in nouo fictili operto cremati in furno dein triti ex vino: & ambuſtis foliorum cinis medetur.
inguem ne intumeſcat ex vlcere ſatis eſt ſurculum tantum myrti habere ſecum: nec ferro/nec terra con=
tactum. Myrtidanum diximus quomodo fieret. Vuluę ꝓdeſt appoſitum fotu/ & illitu. Multo efficatius/
& cortice folio/ & ſemine. Exprimitur/ & folijs ſuccus molliſſimis in pila tuſis ad fuſo: paulatim vino au=
ſtero. Alias aqua cœleſti: atq; etiam expreſſo vtuntur ad oris/ſediſq; vlcera vuluę: & ventris. Capillorū
nigritiam malarū perfuſiones/purgationes lentiginum: & vbi conſtringendum aliquid eſt. Myttus ſil=
ueſtris: ſiue oxymirſine: ſiue chamemyrſine baccis rubentibus & breuitate a ſatiua diſtat. Radix eius in
honore eſt: decocta vino ad renum dolores pota. Et difficili vrinę: pręcipueq; craſſę/ & grauiter olenti.
Morbo regio/ & vuluarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoq; incipientes aſparagorum modo
in cibo ſumpti: & in cinere cocti. Semen cum vino potum/ aut oleo/ aut aceto calculos frangit: item in
aceto & roſaceo tritum capitis dolores ſedat: & potum morbum regium. Caſtor oxymirſinem myrti fo
lijs acutis: ex aqua fiunt ruri ſcopę: ruſcum vocauit: ad eoſdem vſus. Et hactenus habent ſe medicinæ
vrbanarum arborum. Tranſeamus ad ſilueſtres.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VIGESIMVSQVARTVS. PROHEMIVM.

### Medicinę ex arboribus ſilueſtribus. CA.I.

HE SILVAE QVIDEM/HORRIDIORQVE NATVRAE FACIES ME
dicinis carent: ſacra illa parante rerum omnium nuſq̄ non remedia diſponente ho=
mini: vt medicina fieret etiam ſolitudo ipſa: ſed ad ſingula illius diſcordię atq; con=
cordię miraculis occurſantibus. Quercus/ & olea tam pertinaci odio diſſident: vt al Mirū q̄ter
tera in alterius ſcrobę de pactę moriātur. Quercus vero & iuxta nucem iuglandē. c⁹/& oleę
Pernicialia/ & braſſicæ cum vitę odia: ipſumq; olus/quo vitis fugatur aduerſum ci= odium.
clamino/ & origano areſcit. Quin & annoſas iam & quę ſternātur arbores: difficili⁹
cędi: ac celerius inareſcere tradunt: ſi prius manū q̄ ferro attingātur. Pomoꝝ one=
ra a iumētis ſtatī ſentiri: ac niſi prius oſtēdātur ijs: q̄uis pauca portent: ſudare illico. Ferulę aſinis gratiſſi Vel mar=
me ſūt in pabulo: cęteris vero iumētis p̄ſtaneo veneno. Qua de cā id aīal. Libero pr̄i aſſignaꝛ: cui feru= ceſcere.
la. Surdis ēt rerū ſua cuiq; ſunt venena: ac minimis quoq;. Phillyra coci/ & polie nimiū ſalē cibis eximūt. Ferulę aſi
Prędulciū faſtidium ſal tempat. Nitroſę/aut amarę aq̄ polēta addita mittigātur: vt ītra duas horas bibi nis gratæ
poſſint. Qua de cauſa & ſaccos vinarios aditur polēta. Similis vis rhodiæ cretę/ & argillę noſtratis cōcor hinc a ſili
dia valētiū. Pix oleo extrahitur: quādo vtrūq; pinguis naturę eſt. Oleum ſolum calci miſcetur: quando pr̄i datur.
vtrūq; aquas odit. Gummi aceto facilius eluitur. Atramentum aqua: in numera pręterea alia/ q̄ ſuis lo
cis dicētur aſſidue. Hinc nata mediciua. Hæc ſola naturę placuerat eſſe remedia parata vulgo: inuentu Vel cū his
facilia/ac ſine impendio: ex quib⁹ viuimus. Poſtea fraudes hominum/ & ingeniorū capturę officina iue aceto faci
nere iſtas: quib⁹ ſua cuiq; homini venalis ꝓmittitur vita. Statim cōpoſitiones/ & mixturę in explicabiles li⁹ eluitur
decantātur. Arabia/atq; in india in medio ęſtimantur. Vlceriq; paruo medicina a rubro mari imputaꝛ: atramētū
cum remedia vera quotidie pauperim⁹ quiſq; cœnet. Nam ſi ex horto petaꝛ herba/vel frutex queratur:
nulla artium vilior fiet. Ita eſt ꝓfecto: magnitudo populi romani perdidit ritus: vincendoq; victi ſumus Dictū no
Paremus externis. Et vna artium imperatoribus quoq; imperat. Verum de his alias plura. tandum.

### Lothos. CA.II.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0381-0
DFG

LOton herbam/itemq; ęgyptiam eodem nomine alias & ſyrticā arborem diximus ſuis locis.
Hęc lothos/q̄ herba gręca appellatur a noſtris: aluum baccis ſiſtit. Ramenta ligni decocta in
vino ꝓſunt dyſentericis: mēſtruis: vertigini: comitialibus. Cohibent & capillum. Mirū his ra
mētis nihil eſſe amari⁹: fructuq; dulcius. Fit & e ſcrobe eius medicamentū ex aqua myrti de
cocta ſubacta/ & diuiſa in paſtillos: I dyſētericis vtiliſſimū pōdere victoriati cum aquę cyathis tribus.

¶ Glans. CA. III.

GLans intrita duritias: quas cachoete vocāt cū falſa axungia ſanat: vehementioreſq; lichenas
vel iliacos In omnibus cortex ipſę: corticiq; tunica ſubiecta. Hęc decocta iuuat cœliacos. Dyſentericis
etiam illinitur: vel ipſa glans. Eademq; reſiſtit ſerpentium ictibus: rheumatiſmis ſupputatio
nibus. Folia/ & baccæ/ vel cortex/ vel ſuccus decocti ꝓſunt contra toxica. Cortex illinitur de-
coctus lacte vaccino ſerpentis plagę. Datur ex vino dyſentericis.

¶ De Cocco ilicis: & galla: et viſco: pilulis: glande: de cerri radice/ et ſubere. CA. IIII.

EAdem et ilici vis. Coccum vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua. Et
oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in attica fere: et naſcens: celerrime
in vermiculum ſe mutans: quod ideo ſcolecion vocant: improbantq;. Principalia eius genera
diximus. Nec pauciora genera gallę fecimus: ſolidam: perforatam. Item albam: nigram: maiorem: mi
norem. Vis omnium ſimilis. Optima comagena. Excreſcentia in corpore tollit. Proſunt gingiuis vuæ.
Ouis exulcerationi. Crematę & in vino extinctę cœliacis. Dyſentericis illinūtur. Paronychijs ex melle/
Idẽ ſanguinẽ ſiſtit tritꝰ cũ oximellite: aut aquæ calidæ cyathis quinq; denarij vniꝰ pondere. Sic & ad ſe- dis effectꝰ
cundas mulierũ efficax. Sȝ græci clamatidas & alias habent: vnam quã aliqui echiten vocant: alij laginẽ
nõnulli tenuem ſcamoniã: & pedales folioſos: non diſſimiles ſcamonæ ramos habet: niſi ꝙ nigriora mi-
noraq; ſunt folia. Inuenitur in vineis aruiſq;. Eſtur vſu vt olus cum oleo & ſale. Aluum cit. Eadem a dy-
ſentericis cũ lini ſemine in vino auſtero ſorbet̃. Folia epiphoris imponunt̃ cũ polẽta: ſuppoſito vno lin-
teolo. Strumas ĩpoſita ad ſuppurationẽ perducunt: deinde axungia adiecta ꝑcurrãt: itẽ hemorrhoidas
cũ oleo viridi phthiſicos iuuãt cũ melle. Lactis vbertatẽ faciũt ĩ cibi ſũpta. Et ĩfãtibꝰ illita capillũ alunt.
Ex aceto dentiũ dolores ſedant. Venerem ſtimulãt. Eſt & alia clematis ægyptia cognomĩe: quę ab alijs
daphnoides: ab alijs polygonoides vocatur folio lauri longa tenuiſq;: aduerſꝰ ſerpentes ac priuatim a-
ſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

## De aro: & dracunculo: & dracontio: & eri: & millefolio: & hærba eiuſdem nomi-nis: & pſeudounio: & myrrhi: & onobryce medicinæ. CA.XVI.

Eſt & aron: de qua inter bullos diximus magnæ cum dracuntio litis. Quidam enim eſſe dixe-
runt eandem. Glaucias ſatu diſcreuit: dracuntium ſilueſtrem arum pronunciando. Aliqui
radicem aron appellauerunt: caulem vero dracuntium: in totum alium. Si modo hic eſt: qui
vocatur apud nos dracunculus. Nãq; aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet: ☞
multo quoq; maiorem & qua manus impleatur. Dracunculus: ſubrutilam & draconis conuoluti mo- Dracũcu-
do: vnde ei & nomen. Quin & ipſi græci immenſam poſuere differentiam. Semen dracunculi feruens lus cur di
mordaxq; tradendo: tantumq; ineſſe ei virus vt olfatum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus ctus.
extullere: primũ in cibis fœminarũ præferentes: quoniam mas dulcior eſſet: & in coquendo lentior pe-
ctoriſq; vitia purgaret. Aridum impoſitione inſperſũ aut eligmate: vrinã & menſes cieret. Sic & in oxy-
melite potum ſtomacho interraneis exulceratis in lacte ouillo bibendum. Ad tuſſim in cinere coctum
ex oleo dedere. Alij coxere in lacte: vt decoctum biberetur. Epiphoris elixum impoſuere: item ſuggilla
tis tõſulis. Ex oleo hemorrhoidũ vitio infudere: lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophãtus &
ꝓantidoto contra venena pleureticis: peripneumonicis quoq;: & tuſſientibus. Semen intritum cũ oleo
aut roſaceo infundens auriũ dolori. Diucles. Cleophantus tuſſientibus aut ſuſpirioſis & orthopnoicis
& purulenta excreantibus farina permixtum in pane cocto dedit. Diodorus phthiſicis e melle eligma- Aduerte.
te & pulmonis vitijs: oſſibus etiã fractis impoſuit. Partus omnium aĩaliũ extrahit naturæ circũlitũ. Suc-
cus radicis eius cum melle attico: oculorum caligines: ac ſtomachi vitia diſcutit: tuſſim decocti ius cum
melle. Vlcera oim̃ generũ ſiue phagedene ſint: ſiue carcimonica: ſiue ſerpant ſiue polypi in naribꝰ: ſuc-
cus mire ſanat. Folia ãbuſtis ꝓſunt ex vino & oleo coctã. Aluũ inaniũt ex ſale & aceto ſumpta. Etiam lu-
xatis cocta cum melle proſunt. Item articulis podagricis cum ſale recentia vel ſicca. Hippocrates quaſli
bet ad collectiões cũ melle ĩpoſuit ad mẽſes trahẽdos: ſemis vel radicis drachmę duæ ĩ vini cyathis duo
bus ſufficiunt. Eadem potio ſi a partu non purgantur: & ſecunda trahit. Hippocrates & radicem ipſam
appoſuit. Dicũt & in peſtilẽtia ſalutarẽ in cibis. Ebrietatem diſcutit. Serpentes nidore cũ cremat̃ priua- Vel vt lau
timq; aſpides fugat: aut inebriat: ita vt torpentes inueniantur. Perunctos quoq; areo aut laureo oleo teo.

fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in vino nigro putant vtile. In folijs ari caſeus optime ſeruari tra-
ditur. Dracunculus quem dixi ordeo matureſcente effoditur luna creſcente. Omnino habentem ſerpē-
tes fugiunt. Ideo percuſſis ꝓdeſſe in potu aiunt maiorem vt & menſes: ſi ferro non attingatur ſiſtat. Suc
cus eius & aurium dolori prodeſt. Id autem quod græci dracontion vocant triplici effigie mihi demon-
ſtratum eſt: folijs betæ: non ſine thyrſo: flore purpureo. Hoc eſt ſimile aro. Alij radice lōga veluti ſignata
articuloſaq; monſtrauere tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra ſerpentium ict⁹
iubentes. Tertia demonſtratio fuit folio maiore q̄ cornus: radice harundinea: totidem vt affirmabant ge
Vel grani. niculata nodis: quot haberet annos totidem eſſe folia. Hi ea ex vino vel aqua contra ſerpentes dabant.
Eſt & aris quæ in eadem ægypto naſcitur ſimilis aro: minor tantum minoribuſq; folijs: & vtiq; radice: q̄
tamen oliuæ grandis magnitudinem implet. Alba geminum caulem: altera vnum tantū emittens. Me
detur vtraq; vlceribus manātib⁹: itē cōbuſtis ac fiſtulis. Collyrio imixta & nomas ſiſtunt: decoctarum in
aqua & poſtea tritaꝝ roſaceo addito. Sed vnū miraculum ingens: contacto genitali cuiuſq; fœmini ſex⁹
Myriophyllon. animal in perniciē agi. Myriophillon quod noſtri mille foliū vocant caulis eſt tener. Similis eſt fœnicu-
lo plurimis folijs: vnde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus: magnifici vſus ad vulnera. Cū aceto
bibitur ad difficultates vrinæ: & veſicæ: & ſuſpiria: pręcipitatiſq; ex alto. Efficaciſſima eadem ad dentiū
dolores. Hetruria hoc nomine appellat hærbam in pratis tenuem: a lateribus capillamenti modo folio
ſam: eximij vſus ad vulnera: boum neruos abſciſſos vomere ſolidari ea rurſuſq; iungi addita axungia af
firmans. Pſeudobunion napi folia habet fruticans palmi altitudine. Laudatiſſima in creta. Contra tor-
mina atq; ſtranguriam: laterum pręcordiorūq; dolores bibuntur rami eius quini ſeniue. Myrrhis quā
alij ſmyrrhizam alij myrrham vocāt ſimillima eſt cicutæ. Caule folijſq; & flore minor tantum & exilior:
cibo non inſuauis. Cit menſtrua & partus cum vino. Aiunt quoq; eandem potam in peſtilentia ſalutarē
eſſe. Subuenit & phthiſicis in ſorbitione. Auiditatem cibi facit. Vlcera in facie aut capite ſuccus eius in
aqua triduo maceratæ ſanat. Onobrychis folia habet lentis longiora paulo florem rubentem: radicem
exiguam & gracilem. Naſcitur circa fontes. Siccata in farinæ modum & inſparſa vino albo ſtrangurias
finit. Aluum ſiſtit. Succus eius perunctis cum oleo ſudores mouet.

## ¶ De coriaceſia: & callicia: & menaide: & alijs. xxiij. & medicinis earum: quas quidam magicas eſſe dicunt: & de conſidia: & de aproxi: & recidiuis morborum. CA. XVII.

Pythagoras. Democritus. IN promiſſo hęrbarum mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis. Quę enim mirabilio
res ſunt? Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atq; Democritus cōſectati magos
Callicia hærba aqua glaciatur. Coriaceſiam & calliciā Pythagoras qua aquā glaciari tradit: & quarū mentionē apud alios
non reperio: nec apud eum alia de his. Idem menaidem appellat & nomine alio corinthadē:
cuius decocto in aqua ſucco protinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueatur: dicit. Eundēq; effuſum in hær
ba qui e veſtigio contigerint: aut forte reſperſi fuerint inſanabiles perire: monſtrifica prorſus natura ve-
neni præterq̄ contra venena. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba: cuius radix e longinquo
Aproxis hærba mirabilis. concipiat ignes vt naptha: de qua in terræ miraculis diximus. Idem tradit. Si qui morbi humano corpo
ri acciderint florēte aproxi: quāuis ſanatos admonitionem eorum ſentire quotiens florere eam contige-
rit: & frumentum: & cicutam: & violam ſimilem cōditionem habere. Nec me fallit hoc volumen eius a
quibuſdam Cleemporo medico aſcribi. Pythagoræ vero eſſe pertinax fama antiquitaſq; vendicant. Et
id ipſum auctoritatem voluminibus affert: ſi quis alius curæ ſue op⁹ illo viro dignū iudicauerit. Quod
Marmaritis hęrba. feciſſe ſcimus Cleemporum: cum & alia ſuo ex nomine ederet quis credet? Democriti certe chirocineta
eſſe cōſtat. At in ijs ille poſt pythagoram magorum ſtudioſiſſim⁹ quanto portentoſiora tradit? Aglao
Acheme. hęrba oia i ſōnis fatentur. photin hærbam: quę admiratione hominū ꝓpter eximiū colorem acceperit nomē: in marmoribus ara-
bię naſcentem: perſico latere. Qua de cauſā & marmaritidem vocari. Magos vtiq; ea vti: cū velint deos
euocare. Achemenidon colore eſt electri ſine folio naſcens in taradaſtilis indiæ. Cuius radix in paſtillos
digeſta: in dieq; pota: in vino noxij per cruciatus nocte cōfiteantur omnia per varias numinum imagi-
Adamantis hærba indomabilis. nationes. Eandem hippophoruadem appellat: quoniā equæ præcipue caueant eam. Theombrotion.
xxx. ſcœnis a Cloaſpe naſci pauonis picturis ſimilem odore eximio. Hanc autē a regibus ſperſarū co-
medi aut bibi cōtra omnia corporum incōmoda: ſtabilitātemq; mentis et iuſticiæ vocari. Eandem deni-
q; ſemniona potētiæ maieſtate appellari. Aliam deinde adamantidē armeniæ cappadociæq; alumnā.
Hac admota leones reſupinari cū hiatu laxo. Nominis cauſā eſſe q͵ cōteri nequeat. Arianidē in arianis
Arianidis vis mirabilis. gigni igneā colore. Colligi cum ſol in leone ſit. Hui⁹ tactu peruncta oleo ligna accendi: therionarca in
cappadocia et myſia naſcente: et omnes feras torpeſcere: nec niſi hyenæ vrine aſperſu recreari. Ethiopi
da in meroe naſci. Ob id et meroidem appellari: folio lactucæ. hydropicis vtiliſſimam e mulſo potam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0392-5

Ophiuſam in elephantine eiuſdem æthiopiæ liuidam: difficilemq; aſpectu: qua pota terrorem minaſq; ſerpentium obſeruari: ita vt mortem ſibi eo motu conſiſcant: ob id cogi ſacrilegos illam bibere. Aduerſari autem ei palmeum vinum. Thalaſſeglen circa nidum amnem inueniri: quæ ob id nomine alio potamautis appellatur. Hac pota lymphari homines obſeruantibus miraculis. Theangelida in libano ſyriæ: dicteo cretæ montibus & babylone: & ſuſis perſidis naſci: qua pota magi diuinent. Gelotophyllida in bactris & circa boryſtenem. Hęc ſi bibatur cum myrrha & vino: varias obſeruari ſpecies: ridendiq; finem non fieri: ni potis nucleis pineę nucis/ cum pipere/ et melle/ in vino palmeo. Syſſitieterida a conuictu in perſide nominari: quoniam hilarentur illa: eadem proto media: qua primatum apud reges optineant. Caſignetem: quoniam ſecum ipſa naſcatur: nec cum alijs hærbis. Eandem Dionyſio nymphadem: quoniam vino mire conueniat. Heliatem vocant in themiſcira regione et cilicię montibus maritimis: folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta: addito croco et palmeo vino: perungi magos: et perſarum reges: vt fiat corpus aſpectu iucundum. Ideo eandem helliocallidem nominari Hermeſias ab eodem vocatur ad liberandos generandos pulchros bonoſq;. Non hærba: ſed compoſitio e nucleis triſtis cum melle myrrhe croco vino palmeo: poſtea admixto theõbrotio et lacte bibere genituros iubet: et a conceptu puerperas partum nutrientes ita fieri excellentes animo et forma: atq; bonos. Harum omnium magica quoq; vocabula ponit. Adięcit Apollodorus aſſectator eius herbam eſchynomenem: quoniam appropinquante manu folia contraheret. Aliam crocidem: cuius tactu phalangia morerentur. Crateiax oenotheridem: cuius aſperſu e vino feritas omnium animalium mitigaretur. Anacampſerotem celeber arte grammatica paulo ante: cuius omnino tactu redirent amores vel cum odio depoſiti. Et abunde ſit hactenus ſit attigiſſe inſignia magorum in ijs herbis alio de his aptiore dicturus loco.

Ophiuſa.
Theãgelida herba pota diuinãt magi
Gelotophyllidaʒ poti continuo ridẽt
Hermeſias vtilis ad pulchros generandos liberos.
Oenotheridis aſperſu aialiuʒ oiʒ feritas mitigaẽ.
Quo mõ redeũt amores.

## ¶ De eriphia: & lanaria: & ſtratiore medicinæ. CA.XVIII.

ERriphiam multi prodidere. Scarabeum hęc in auena habet ſurſum deorſumq; decurrentem cũ ſono hædi: vnde & nomen accepit. Hac ad voceʒ nihil præſtantius eſſe tradunt. Herba lanaria ouibus ieiunis data: lactis abundantiam facit. Eq; nota latoris vulgo eſt plena lactis: q̄d deguſtatum vomitiones concitat. Eandem hanc aliqui eſſe dicunt: & alij ſimilem illi: quam militarem vocant: quoniam vulnus ferro factum nullum non intra dies quinq; ſanat ex oleo impoſita. Celebratur autem a græcis ſtratiores. Eſt ea in ægypto tantum: & inundatione nili naſcitur aizoo ſimilis: ni maiora haberat folia. Refrigerat mira & vulnera ſanat ex aceto illita: item ignes ſacros ac ſuppurationes. Sanguinem quoq; qui defluit a renibus pota cum thure maſculo mirifice ſiſtit.

Herba lanaria lactis copiã facit.

## ¶ De herba quę naſcitur in capite ſtatuæ: & de herba de fluminibus: & herba lingua: & cribro: & fimetis: & rhodora: & impia: & veneris pectine: & nodia: & philantropo: & canaria lappa: & tordyle: & de gramine: & dactylo: & fœnogręco medicinæ. CA.XIX.

HErba in capite ſtatuæ nata collectaq; alicuius in veſtis panno: & alligata in lino ruffo capitis dolorem confeſtim ſedare traditur. Herba quecumq; e riuis aut fluminibus ante ſolis ortum collecta: vt nemo colligentem videat: contra tertianas adalligata leuo brachio: ita vt æger quid ſit illud ignoret: tertianas arcere traditur. Lingua herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis: adijciunt vt nigra ſit & ſterilis: alopetias emendat vnguentum in ſole. Cribro in limite abiecto: hęrbę intus extantes decerptæ adalligatæq; grauidis: partus accelerant: Herba quæ gignitur ſupra fimenta ruris: contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Hærba iuxta quam canes vrinam fundunt euulſa ne ferro attingatur: luxatis celerrime medetur. Rumbotinum arborem demonſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc viduam vitæ naſcitur herba: quam galli rhodhoram vocant: caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum folia vrtice in medio exalbida: eadem procidente tempore tota rubentia: florem argenteum: pręcipua contra tumores feruoreſq; & collectiones. Cum axungia vero veteri tuſa: ita vt ferro non attingatur: qui perunctus eſt: ſi deſpuat ad ſuã dexteram ter: efficacius remedium eſſe aiunt: ſi tres quoq; trium nationuʒ homines perungant dextrorſus. Hęrba impia vocatur incana: roris marini aſpectu thyrſi modo veſtita atq; capitata. Inde alij ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes: ob id impiam appellauere: quoniam liberi ſuper parentem excellãt. Alij potius ita appellatam: ꝙ nullum animal eãm attingat: exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet præcipuo aduerſus anginas ſucco lacte & vino admixto: mirumq; traditur nunquam ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaq; & ſuibus dari: quęq; medicamentũ id noluerit haurire: eo mõ interire. Sũt qui & in auiũ nidis inſeri aliquid ex ea putẽt: atq; ita nõ ſtrãgulari pullos auidius deuorãtes. Veneris pectinam appellant a ſimilitudine pectinum. Cuius radix cum malua tuſa omnia corpori infixa extrahit. Veternoſa curat: quæ exeduʒ vocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis dr̃ alijſq; feratur.

Mirabile ſi mõ verũ
Herba ĩca na cur impia dicta.
Cur ĩpia herba ĩ auiũ nidis ĩ

nominibus. Efficaciſſimamq; aduerſus ſcorpiones eſſe potam in vino aut poſca reperio. Philathropon hęrbam gręci appellant irſutam: quoniam veſtibus adhereſcat. Ex hac corona impoſita capitis dolores ſedantur. Nam quę canaria appellatur lappa cum plantagine & mille folio trita ex vino carcinomata ſanat: ternis diebus ſoluta. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro: & addita in colluuiem poturis vel ex lacte & vino. Quidam adijciunt & fodientem dicere oportere. Hęc eſt hęrba argemon: quaꝫ Minerua repperit ſuibus is remedium: qui de illa guſtauerint. Tordylen alij ſemen ſilis eſſe dixerunt. Alij hęrbam per ſe quam & ſyreon vocauerunt. Neq; aliud de ea proditum inuenio ꝗ in montibus naſci: combuſtam potu ciere menſes: & pectoris excreationes. Efficatiore etiamnum radice. Succo eius obolis hauſto renes ſanari. Addi radicem eius & in malagmata. Gramen ipſum eſt inter hęrbas vulgatiſſimum.

Velſemẽ ſimilis.

Geniculatis ſerpit iternodijs: crebroq; ab ijs & ex cacumie nouas radices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in eilitatem faſtigiantur. In pernaſo tantum hederacea ſpecie denſius ꝗ vſq; fruticante: flore odorato candidoq;. Iumentis hærba non alia gratior ſiue viridis ſiue in fœno ſiccata. Tunditur aſpera aqua. Succum quoq; eius in pernaſo excipi tradunt propter vbertatem. Dulcis enim eſt. In vicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctum ad vulnera conglutinanda: quod & ipſa hærba tuſa præſtat.

Tueturq; & ab inflammationibus placat. Decocto adijcitur vinum ac mel: ab aliquibus & thuris & piperis myrrhæq; tertiæ portiones. Rurſuſq; coquitur in æreo vaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in vino torminibus medetur & vrinæ difficultatibus. Vlceribus veſicæ. Calculos frangit. Semen vehementius vrinam impellit. Aluum vomitioneſq; ſiſtit. Priuatim autem draconum morſibus auxiliatur. Sunt qui genicula.ix. vel vni⁹ vel e duab⁹ tribuſve hærbis ad hũc articuloꝝ nũerũ inuolui lana ſuccida nigra iubeant ad remedia ſtrumæ panorũue. Ieiunum debere eſſe qui colligat. Ita ire in domum abſentis cui medeatur: ſuperuenientiq; ter dicere ieiuno ieiunum medicamentum dare. Atq; ita adalligare: triduo id facere. Quod e graminũ genere ſeptẽ iternodia habet: efficaciſſime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter veſicæ cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocant trium generum cum in cacumine aculei ſint plurimum: quod illi dactylon vocant: hos conuolutos naribus inſerunt: extrahuntq; ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt aizoo ſimile ad paronychia & pterygia vnguium: & cum caro vnguibus excreuerit vtũtur cum axungia. Ideo dactilon appellantes quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli ſed tenuis naſcitur in parietibus aut tegulis. Huic cauſtica vis eſt. Siſtit vlcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circundatum ſanguinis e naribus fluctiones ſiſtit. Camelos auteꝫ necare traditur in babylonis regione id quod iuxta vias naſcitur. Nec fœnogræco minor auctoritas: quod telin vocant: alij carphos. Aliqui buceras: alij ęgoceras: quoniam corniculis ſemen eſt ſimile: nos ſiliciam: quod quo modo ſereretur ſuo loco diximus. Vis eius ſiccare: mollire: diſſoluere. Succus decocti fœminarum pluribus malis ſubuenit ſiue duricia ſiue tumor: ſiue contractio ſit vuluę: fouetur: incidunt: infuſum quoq; prodeſt. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impoſitum medetur: item ex aceto. Sic iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus ſemen eius dedit acetabuli menſura tritum in nouem cyathis ſæpe ad tertias partes bibere: vt qui biberint in calida lauarentur. Et in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a balneo reliquum pro ſummo auxilio. Farinam fœnogræci cum hordeo aut lini ſemine decoctam aqua mulſa contra vuluę cruciatus ſubiecit. Itemq; impoſuit imo ventri. Lepras lentigines ſulphuris pari portione mixta farina curauit nitro ante præparata cutæ ſępius die illinens: perungiq; precipiens. Theodorus fœnogręco miſcuit quartam parteꝫ purgati naſturtij acerrimo aceto ad lepras. Damion fœnogræci ſemen acetabuli dimidia menſura cum ſapæ & aquę nouem cyathis ad menſes ciendos dedit potu. Nec dubitatur quin decoctum eius vtiliſſimum ſit vuluis interaneiſq; exulceratis: ſicuti ſemen articulis atq; præcordijs. Si vero cum malua decoquatur: poſtea addito mulſo potus ante cætera vuluis interaneiſq; laudatur. Quippe cum vapor quoq; decocti plurimum proſit. Alarũq; etiam graueolentiam: decoctum fœnogræci ſemen emendat. Farina prurigines capitis furfureſq; cum vino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus medetur: item pano perotidi podagrę chiragrę: articulis: carnibuſq; quæ recedunt ab oſſibus. Aceto vero ſubacto luxatis. Illinitur & lyeni decocta in aceto & melle tantum. Carcinomata ſubacta ex vino purgat. Mox addito melle perſanat. Sumitur & ſorbitio e farina ad pectus exulceratum longãq; tuſſim. Diu decoquitur: donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur. Nunc ipſa claritas hęrbarum dicetur.

Mira & alioqui vana obſeruatio.

Dactyli tria gña.

Dactylon cur vocatum.

Diocles.

Finis.xxiiij.libri.

## ¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXV. PROHEMIVM.

¶Natura Hærbarum Sponte naſcentium. CA. I.

IPSA QVAE NVNC DICETVR HAERBARVM CLARITAS: MEdicinæ tm̄ gratia gignēte eas tellure: in admiratiōnē curæ priſcoruꝫ diligentiæqꝫ aīum agit. Nihil ergo intentatū inexpertumqꝫ illis fuit. Nihil deinde occultatuꝫ quod non ꝓdeſſe poſteris vellent. At nos elaborata iis abſcondere ac ſupprimere cupimus: & fraudare vitam etiam alienis bonis. Ita certe recondunt qui pauca aliqua nouere: inuidentes aliis: & neminen docere in auctoritatē ſcientiæ eſt. Tātum ab excogitandis nouis ac adiuuāda vita mores abſunt. Summumqꝫ opus ingeniorum diu in hoc fuit: vt intra vnūquēqꝫ recte facta veterum perirent. At hercule ſingula quoſdam inuēta deorum numero addidere: oīmqꝫ vitam clariorem fecere cognominibus hęrbarum tam benigne gratiam memoria referente. Non æquæ hęc cura eorum mira eſſet in iis quæ ſatu blandiuntur: aut cibo inuitāt: ſed culmina quoqꝫ mōtium inuia & ſolitudines abditas omniſqꝫ terræ fibras ſcrutati inuenere: quid quæqꝫ radix polleret: ad quos vſus hærbarum folia pertinerent: etiam quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis vſus vertentes.

*Antiquoruꝫ cura i hærbarum ſcrutandis viribus.*

¶Qui latine vſus hærbarū ſcripſerint: & qn̄ ad romanos noticia eoruꝫ peruenerit: & qui primi græcorum de his compoſuerint: & de hęrbarum inuētione: & antiqua medicina: & quare minus exerceantur earum remedia: & de cynorhodo: & de dracunculo medicine. CA. II.

MInus hoc q̄ par erat: noſtri celebrauere omniuꝫ vtilitatum & virtutū rapaciſſimi. Primuſqꝫ & diu ſolus idem ille. M. Cato omnium bonarū artium magiſter paucis duntaxat attigit. Boum etiam medicamina nō omiſſa. Poſt eum vnus illuſtrium tentauit. Ca. Valgius eruditione ſpectatꝰ: imperfecto volumine ad diuum Auguſtum: inchoata etiaꝫ prefatione religioſa: vt omnibus malis humanis illius potiſſimum principis ſemper medicetur maieſtas. Ante condiderat ſolus apud nos: quod equidem inueni. Pompeius Leneus Magni Pompeii libertus: quo primum tempore hanc ſcientiam ad noſtros perueniſſe animaduerto. Nāqꝫ Mithridates maximus ſua ætate regum: quem debellauit. Pompeius: omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitę fuiſſe argumentis præterq̄ fama intelligitur. Vni ei excogitatum quottidie venenum bibere: preſumptis remediis: vt conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti: ex quibus vnum etiam nomen eiꝰ retinet. Illius inuentum autumāt ſanguinem anatum ponticarum miſcere: antidotis: qn̄ veneno viuerent. Ad illum aſclepiadis medēdi arte clari: volumina extant: cum ſollicitatus ex vrbe Roma pręcepta pro ſe mitteret. Illum ſolum mortalium. Mithridatem. xxii. linguis locutū certum eſt. Nec de ſubiectis gentibus vllum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curioſus ab hominibus ſubiectis: qui fuere pars magna terrarum: ſingula exquirens: ſcrinium commētionum harum & exemplaria effectuſqꝫ in archanis ſuis reliquit. Pompeius autē oī regia præda potius: transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Leneum grammaticæ artis doctiſſimum iuſſit. Vitęqꝫ ita ꝓfuit non minus qua reipublicę victoria illa pręter hos græci auctores medicinæ prodidere: quos ſuis locis diximus. Etiis: Euax rex arabum qui de ſimplicium effectibus ad Neronem conſcripſit. Crateias: Dionyſius: Metrodorus ratione blādiſſima: ſed qua nihil pene aliud qui rei difficultas intelligatur. Pinxere namqꝫ effigies hærbarum: atqꝫ ſubſcripſere effectus. Verum & pictura fallax eſt ex colloribus taꝫ numeroſis: præſertim in ęmulatione naturę: multumqꝫ degenerat tranſcribentium ſors varia. Pręterea parum eſt ſingulas earum ætates pingui: cum quadriparticis varietatibus anni faciem mutēt. Quare cæteri ſermone eas tradidere. Aliqui effigie quidē indicata & nudis quidē plęrūqꝫ nominibus defuncti: quoniam ſatis videbatur poteſtates vimqꝫ demonſtrare querere volentibus. Nec eſt difficile cognitu. Nobis certe: exceptis admodum paucis contigit reliquas contemplari ſcientia Antonii Caſtoris: cui ſumma auctoritas erat in ea arte noſtro æuo. Viſendo hortulo eius: in quo plurimas alebat: centeſimum ætatis annum excedens nullum corporis malum expertus ac ne ætate quidem memoria aut vigore concuſſis. Nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inuēta iampridēꝫ ratio eſt prænuntians horas nō modo dies ac noctes ſolis lunęqꝫ defectuuꝫ. Durat tamen tradita perſuaſio in magna parte vulgi veneficiis & hærbis id cogi. In eo namqꝫ fœminarum ſcientiam pręualere. Certe quid non repleuere fabulis colchis Medea. aliæqꝫ? In primiſqꝫ italica circe diis etiam adſcripta? vnde arbitror natum vt Aeſchylus e vetuſtiſſimis in poetica re refertam italiam hærbarum potentia prodoret. Multiqꝫ circeios agros vbi habitauit illa: in magno argumento etiamnum durante in marſis a filio eius orta gente:

*M. Cato.*

*C. Valgius.*

*Her. notio magni pompeii tp̄ibus. Ro. venit.*

*Mithri. i medicina periſſimus veneno quotidie hauſto Remediis preſeruabatur.*

*Solus. Mi. xxii. linguas callebat.*

*Mirabilis memoria.*

*M. mr̄ta medicine monumenta reliqt*

*Antonii Caſtoris vigor & ætas mirāda.*

*Colchis medea.*

*Circę italicā*

*Homerus her. primatū ęgypto dat. Helena. orpheus her. primus prodidit. Pythagoras Apollo & æſculapius hęrbarum inuētores. Democritus Mirabile de dra. catulo hęrba bali. ad vitam reuocato. Illa eadē tillo reuocatus Iuba hærba homo in vi renocatus.*

quos eſſe domitiores ſerpentium cōſtat. Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens: multus alias in admiratione Circes: gloriam hærbarum ægypto tribuit: tum etiam cum rigaretur ægyptus illa non autem eſſet: poſtea fluminis limo inuecta. Hærbas certe Egyptias a regis vxore traditas ſuę Helenæ plurimas narrat: ac nobile illud nepenthes obliuionem triſtitiæ veniamq; afferens: & ab Helena vtiq; omnibus mortalibus propinandum. Primus autem omnium: quos memoria nouit. Orpheus de his hærbis curioſius aliqua prodidit. Poſt eū Muſeus & Heſiodus polion hærbam in quautum mirati ſunt: diximus. Orpheus & heſiodus ſuffitiones cōmendauere. Homerus & alias nominatim hęrbas celebrat: quas ſuis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus ſapientia prim⁹ volumen de earum effectu compoſuit. Apollini: Aeculapioq;: & in totum diis immortalibus inuentione & origine aſſignata. Compoſuit & Democritus: ambo peragratis perſidis arabię ęthiopię ægyptiq; magis. Adeoq; adhæc attonita antiquitas fuit: vt affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus hyſtoriarum auctor in prima earum tradidit occiſum draconis catulum reuocatum ad vitam a parenthe hęrba: quam balim nominat. Eademq; tillonem quem draco occiderat: reſtitutum ſaluti. Et Iuba in arabia hęrba reuocatum ad vitā hominem tradit. Dixit Democritus: credidit theophraſtus eē hęrbam: cuius cōtactu illatę ab alite: quam rettulimus: exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus. Quę etiā ſi fide carent admiratione; tamen implent: coguntq; cōfiteri multum eſſe: quid vero ſupſit inde & plęroſq; video exiſtimare: nihil non hærbarū vi effici poſſe. Sed plurimaru; vires eſſe incognitas. Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferunt dictum quaſda; etiam fortaſſis calcatas ꝓdeſſe. Obſeruatum certe eſt inflāmari vulnera: ac morbos: ſuperuentu eoru;: qui pedibus iter confecerint. Hęc erat antiqua medicina: q̄ tota migrabat in græciæ linguas. Sed quare nunc non plures noſcuntur cauſæ: niſiq; eas agreſtes litterarūq; ignari experiūtur: vtpote qui ſoli iter illas viuant pręterea ſecuritas quęrendi obuia medicorū turba. Multis etiā inuētis noīa deſunt: ſicut illi. quā rettulimus in frugū curaſcimuſq; defoſſā in angulis ſegetis pręſtare ne quauis intret. Turpiſſima cauſa raritatis: qđ etiam qui ſciunt: demonſtrare nolunt: tanq̄ ipſis pariturū ſit quod tradiderint aliis.

*☞ Hiſtoria notanda.*

Accedit ratio inuētionis anceps. Quippe etia; in repertis: alias inuenit caſus: alias (vt vere dixerim) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus: pauorem aquæ: potuſq; omnis afferens odium. Nuper cuiuſdam militantis in prętorio mater vidit in quiete vt radicē ſiluestris roſę: qua; cynothodon vocant: eblanditā ſibi aſpectu pridie in fruteto mitteret folio bibendam in lacte. In luſitania res gerebatur hiſpanię proxima parte. Caſuq; accidit: vt milite a morſu canis incipiente aquar expaueſcere ſuperueniret epiſtola orantis: vt pareret religioni. Seruatuſq; eſt ex inſperato. Et poſtea qſquis auxiliu; ſimile tentauit. Alias apud auctores cynorhodi vna medicina erat ſpongiolæ quę in mediis ſpinis eius naſcitur cinere cum melle alopecias capitis expleri.

*☞ Dracunculi caulis vis.*

In eadem prouintia cognoui in agro hoſpitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum caulem pollicali craſſitudine verſicoloribus viperarum maculis: quam ferebāt contra omniū morſus eſſe remedium. Alius eſt quē nos in priori volumine eiuſdem nominis diximus: ſed huic alia figura. Aliudq; miraculum exeuntis e terra ad primas ſerpentiu; vernationes bipedali fere altitudine ruſuſq; cū iiſdē in terrā ſe cōdendis: nec oino occultato eo apparet ſerpens: vel hoc per ſe ſatis officioſo naturæ munere: ſi tantum præmoneret: tempuſq; formidinis demonſtraret.

## ❡ De quodam peſtifero fonte germaniæ: & de britānica: & maximis morborum doloribꝰ. CA. III.

*☞ Mirabilis germanię fōs quo dētes genæq; ſoluerētur. Hærba britānica cōtra illū fontem reperta.*

HEc beſtiarum ſolum ad nocendū ſcelera ſunt: ſed iterim aquarū quoq; ac locorum. In germania trans rhenum caſtris a germanico Cęſare promotis maritimo tractu fons erat aquę dulcis ſolus: qua pota intra biennium dentes deciderent. Compageſq; in genibus ſoluerētur. Stomacacem medici vocabant & ſceletirben. Ei malo reperta auxilio eſt hærba: quæ vocatur britānica nō neruis modo & oris malis ſalutaris: ſed contra anginas quoq; & ſerpentes. Folia habet oblonga nigra: radicem nigram. Succus eius exprimitur & ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus prius q̄ tonitrua audiātur: & deuoratus ſecuros in totū reddit friſi qua caſtra erant noſtris demōdrauere illā. Miror quidem quæ nominis eſſet cauſa: niſi forte cōfini oceano britānię veluti propinquę dicauere. Non eñ īde appellatam eā: quonia; ibi plurima naſceretur certū eſt. Etiam tum britannia libera fuit quidem: & hic quondam ambitus nominibus ſuis eas adoptandi: vt docebimus feciſſe reges: vt res tanta debeatur: hęrbam inuenire: vitam iuuare nō fortaſſis credet aliquis: cum hęc noſtra friuola quoq; exiſtimentur: adeo deliciis ſordent: etiam quę ad ſalutē pertinent. Auctores tñ quarum inueniuntur in primis celebrare par eſt: effectu earū digeſto in genera morboru;. Qua quidem in reputatione miſereri ſortis humanæ ſubit: & præter fortuita caſuſq; & nomina quæ omnis hora excogitat ad milia morborum ſingulis mortalibus timenda. Qui grauiſſimi ex iis ſint diſcernere ſtultitia prope videri poteſt: cum ſuus cuiq; ad præſens quiſq; atrociſſimus videatur. Et de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0396-9
DFG

hoc tamen iudicauere aut experimento aſpimos cruciatus eſſe calculorum aſtillicidio veſicæ. Proximum ſtomachi tertiuum eorum qui in capite doleãt. Non ob aliud fere morte cõſcita græcis: & noxias hærbas demonſtratas miror equidem. Nec venenorum tñ: qm̃ ea conditio vitæ eſt: vt mori plærumqꝫ etiã optimi portus ſit: tradatqꝫ Varro Seruiũ Clodiũ equitẽ romanũ magnitudine doloris in podagra coactũ veneno crura punxiſſe: & poſtea caruiſſe ſenſu oĩ æque q̃ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit venia monſtrandi: qua mentes ſoluerentur? Partus elididerẽtur? multaqꝫ ſimilia? Ergo nec abortiua dico. Ac ne amatoria quidẽ memoro. Lucullũ iperatorẽ clariſſimum amatorio periſſe. Nec alia magica portenta: niſi vbi cauenda ſunt aut coarguenda in primis fide eorum dãnata. Satis operę fuit abundeqꝫ p̄ſtitũ vitæ ſalutares dixiſſe: ac poſtea inuenta.

vel vſſ.

Seruius clo. podagrę dolore veneno curatus.

Lu. imperator amatorio periſt.

¶ De moly: & dodecatheo: & pęonia vel pentorobo: vel glycylide: & panace vel aſclepio: & heracleo panace: chironio: & panace centaureo: vel pharnaceo: & heracleo ſidereo: & Hyoſcyamo vel apollinari ſiue altercangeno. CA. IIII.

Moly hęrbarum oim laudatiſſima.

LAudatiſſima herbarum eſt Homero teſte quã vocari ab dijs putat: moly. Aſt inuentionem eius Mercurio aſſignat. Contraqꝫ ſumma veneficia demõſtrat. Naſci eam hodie circa pheneum & in cylene archadię tradunt. Specie illa homerica radice rotunda nigraqꝫ magnitudine cepæ folio ſcylle: effodi autem difficulter. Gręci auctores florẽ eius luteũ pinxere: cũ Homerus candidum ſcripſerit. Inueni e peritis hęrbarũ medicis qui in italia naſci eã dicerẽt: afferriqꝫ campania mihi aliquot diebus effoſſam inter defficultates ſaxeas radicis triginta pedes longæ. Ac ne ſic quidem ſolidę ſed abrutę. Ab ea maxima auctoritas hęrbę eſt: quã dodecatheon vocãt: omnium deorum maieſtatem cõmendãtes. In aqua potã omnibus morbis mederi tradũt. Folia eius ſeptẽ lactucis ſimilima exeũt lutea radice. Vetuſtiſſima inuẽtu pęonia eſt. Nomẽqꝫ auctoris retinet. Quã quidã pẽtorobon appellãt: alij glycyliden. Hęc quoqꝫ difficultas eſt: ꝙ eadẽ aliter alibi nuncupatur. Naſcitur opacis montibus caule inter folia dygitorum quattuor ferente in cacumine veluti gręcas nuces quattuor aut quinqꝫ. Ineſt ijs ſemen copioſum: rubrum: nigrumqꝫ. Hæc medetur & faunorum in quiete ludibrijs. Præcipiunt eruere noctu: quoniã ſi picus martius videat: tuẽdo in oculos impetũ faciat. Panaces ipſo noĩe oĩm morborum remedia ꝓmittit: numeroſum & dijs inuẽtoribus adſcriptum. Vnum quippe aſclepion cognominatur: quoniã is filiam panicam appellauit. Succus eiꝰ eſt coactus ferulæ qualem diximus. Radix eſt multi corticis & ſalſi. Hac euulſa ſcrobem repleri vario genere frugũ religio eſt. ac terrę piamẽtum. Vbi: & quo fieret modo: & quale maxime probaretur inter peregrina docuimus. Id quod e macedonia affertur bucolicon vocãt armentarijs ſponte erupentẽ ſuccũ excipientibus: hoc celerrime euaneſcit. Et in alijs autem generibus improbatur maxĩe nigrũ ac molle. Id. n. argumentum eſt cęra adulterati. Alterum genus heracleon vocant: & ab Hercule inuentum tradũt. Alij origanum heracleoticum ſiluere: qm̃ eſt origo ſimile: radice inutili. De origano diximus. Tertium panaces chironeõ cognominatur ab inuẽtore. Folium eius lappato ſimile maius tamen & hirſutius. Flos aureus: radix parua. Naſcitur pinguibꝰ locis. Huius flos efficaciſſimꝰ eoqꝫ amplius q̃ ſupra dicta prodeſt. Quartum genus panaces ab eodẽ Chirone repertum centaurion cognominatur. Sed & pharnaceon in controuerſia inuẽtionis a Pharnace rege deductũ. Seritur hoc longioribus q̃ cętera folijs & ſerratis. Radix odorata in vmbra ſiccatur: vinoqꝫ gratiã adijcit. Huius genera duo fecere: alterum leuioris folij: alterũ tenuioris. Heracleon ſiderion & ipſum ab hercule inuentum eſt: caule tenui digytorum quattuor altitudine. Flore puniceo. folij coriandri. Iuxta lacus & amnes inueniť. Oĩaqꝫ vulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. Et Chironis inuẽtum ampelos quę vocatur cherõia: de qua diximus inter vites. Sicuti de hęrba cuius inuẽtio aſſignatur minerue. Herculi quoqꝫ eã aſcribũt: quę appollinaris apud arabas altercum ſiue altercangenum: apud græcos vero hyoſcyamos appellatur. Plura eius genera. Vnum nigro ſemine floribus pene purpureis ſpinoſum. Talis naſcitur in galacia. Vulgare autem candidius eſt: & fructicoſius: altius papauere. Tertij ſemen irionis ſemini ſimile: & omnia inſaniam gignẽtia: capitiſqꝫ vertigines. Quartum genus molle languinoſum pinguius ceteris. Candidi ſeminis: in maritimis naſcens hoc recepere medici. Item ruffi ſeminis nõnunq̃ ante cãdidum ruffecit: ſi non ematuruit: improbaturqꝫ. Ex alioquin nullum niſi cum inaruerit legitur: natura vini Ideoqꝫ mentem caputqꝫ infeſtans. vſus ſeminis & per ſe & ſucco expreſſo. Exprimitur ſeparatim & caulibus folijſqꝫ vtuntur. & radice: temeraria in totum (vt arbitror) medicinę. Quippe etiam folijs cõſtat mentem corrumpi: ſi plura q̃ quattuor bibantur. Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur. Et oleum fit ex ſemine: vt diximus: quod ipſum auribus infuſum tentat mentem: mireqꝫ contra venenum remedia ꝓdidere ijs: qui id bibiſſent: & ipſum pro remedijs: a deo nullo omnia experiendi fine: vt cogerentur etiam venena ꝓdeſſe.

Dodecatheon hær. in aq̃ pota omnes ſanãs mor.

Picus martiꝰ pęoniam diu colligentibꝰ infeſtus.

Heracleon oĩa vulnera ſanãs.

vel folijs.

vel eryſimi.

vel lini.

¶ De linozoſte: parthenio: hermupoa: ſiue potius mercuriali: & achillea: & panace: heraclea ſideriti

millefolio: & de ſcopa regia: & hermineo: teucrio: ſplenio: de melãpodio: ſiue heleboro: quotue eo-
rum genera & de nigro helleboro: & albo medicinæ: & quando detur: & quomodo ſumenduꝫ: & qui
bus non dandum: & ꝙ mures necet. CA.V.

Linozoſtis ſiue parthe. a Mer. repert⁹ hinc mercurialis dictus.

Linozoſtis ſiue partheonion a Mercurio inuentus eſt: ideo apud grꝙcos herumpoan multi
vocant. Eam apud nos omnes mercurialem. Duo eius genera: maſculus: & fœmina quę ef
ficatior: caule cubitali interduꝫ ramoſo in cacumine: ocimo anguſtioribus folijs geniculis
denſis: alaꝝ cauis multis ſemie in geniculis dēpēdēte: fœmine copioſo: mari iuſta genicu
la ſtatim rariore ac breui: cõtortoqꝫ. Fœmine ſoluto & cãdido. Folia maribus nigriora: fœminis cãdi

Mirũ de duplici mer. genere.

diora: radix ſuperuacua pretenuis. Naſcũtur in cãpeſtribus cultis. Mirum eſt quod de vtroqꝫ eorũ ge
nere proditur. Vt mares dignãtur hunc facere: vt fœminæ illam. Hoc contingere ſi a cõceptu ſuccus
ꝓtinus bibatur impaſſo edãtur ve folia decocta ex oleo & ſale vel cruda ex aceto. Quidã decoquunt
eum in nouo fictili cum heliotropio: & duabus aut tribus ſpicis donec decoquatur. Decoctum dari
iubent: & hærbam ipſam in cibo altero die: purgatiõi: muliebus: per triduum: quarto die a balneo
coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierũ vſu prędicauit illas. Eaſqꝫ ad hunc modum adhuc
medicorum nemo nouit. Ille eas vuluæ cum melle vel roſaceo vel lilino vel irino admouit: item ad ci
endos menſes ſecundaſqꝫ. Hoc idem præſtare potu fotuqꝫ dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum in-
unxitqꝫ cum vino vetere. Aluo folia impoſuit: epiforis: ſtranguriæ & veſicæ. Decoctum eius dedit
cum myrrha & thure. Aluo quidem ſoluendę: vel in febri decoquitur quantum manus capiat in duo
bus ſextarijs aquę ad dimidias: bibitur ſale & melle admixto: necnon cum vulga ſuis aut callinaceo
decoctum ſalubrius. Purgationis cauſa putauere aliqui vtrãqꝫ dandam: ſiue cum malua decoctum.
Thoracem purgat. Billem detrahunt. Sed ſtomachum lædunt. Reliquos vſus dicemus ſuis locis. In-

Achilleos her. ab achille inuēta: q̄ thelephus ſanatus dr̄.

uenit & achilleon. Achilles diſcipulus Chironis: qua vulneribus mederetur: q̄ ob id achilleos vocaт.
Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alij primum eruginē inueniſſe vtiliſſimam emplaſtris: ideoqꝫ depin
gitur ex cuſpide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alij vtroqꝫ vſum medicamento volunt.
Aliqui & hanc panacem heracleon: alij ſidetitem. Hãc apud nos milefoliam vocãt cubitali ſcabo ra
moſam: minutioribus q̄ fœliculi folijs veſtitam ab imo. Ali fatentur quidem illam vulneribus vtilem
ſed veram achilcon eſſe ſcapo cæruleo pedali: ſine ramis ex omni parte ſingulis folijs rotundis ele-
ganter veſtitam. Alij quadrato caule: capitibus marrubij folio quercus. Hãc etiaꝫ præcioſos neruos
glutinare faciunt. Alij ſidetiten incerijs naſcentem cum teritur fœdi odoris. Etiamnum aliam ſimilē
huic ſed candidioribus folijs & pinguioribus tenuioribus cauliculis in vineis naſcentem. Aliam ve-
ro binum cubitorum ramulis exilibus triangulis: folio ſcilicis: pediculo longo: : betæ ſemine: omnes

vel quinum.

vulneribus præcipuas. Noſtri eam quæ eſt latiſſimo: folio ſcopam regiam vocãt. Medetur anguinis
ſuum. Inuenit & teucer eadem ætate teucrion quã quidã Heminion vocant: ſpargētem iũcos tenues
folia curua aſperis locis naſcentem: auſtero ſapore: nunq̄ florentem. Neqꝫ ſemē gignit. Medetur lye
nibus. Conſtatqꝫ ſic inuētam: cum exta ſuper eam proiecta eſſent fertur adhæſiſſe lyeni: eumqꝫ ina-
niſſe. Ob id a quibuſdam ſplenion vocatur. Narrãt ſues qui radicem eius edunt ſine ſplene inueniri.
Rami hyſopi ſurculoſaꝫ: folio fabę. Eodem nomine appellant: & colligi florentē adhuc iubent adeo
florere nõ dubitant: maximeqꝫ ex cilicijs & pyſidiæ montibus landant. Melãpodis fama diuinatiõis
artibus nota eſt. Ab hoc appellatur vnum hellebori genus melãpõdion. Aliqui paſtorem eodem no
mine inueniſſe tradũt: capras purgari paſtore illo animaduertēte datoqꝫ lacte earũ ſanaſſe prœtidas
furentes. Quãobrem de omnibus eius generibus dici ſimul conuenit. Prima duo ſunt candidũ ac ni

vel hermineum. vel parua.

grum. Hoc radicibus tantum intelligi tradũt plęriqꝫ. Alij folia nigri plãtani ſimilia & minora nigrio
raqꝫ: & pluribus diuiſuris ſciſſa. Albi betæ incipientis. Hæc quoqꝫ nigriora & canalium dorſo rube-
ſcentia. Vtraqꝫ caule palmi ferulaceo bulborũ tunicis cõuoluta radice fibrata ceparum modo. Nigro
equi boues ſues necant. Itaqꝫ cauent id cum candido veſcantur. Tempeſtiuum eſſe tradunt meſſib⁹
Plurimum aũt naſcitur in oeta monte. Et optium vnum eius loco pyram. Nigrum ibiqꝫ ꝓuenit: ſed
melius in helicone: qui mõs & alijs laudatus hęrbis. Candidum ꝓbatur oeteuꝫ. Secundũ poncũ. Ter
tio loco heleaticũ: quod in vitibus naſci ferunt. Quarto pnaſum: quod adulteratur ætolico ex vicino
Nigrum ex ijs melampodion vocant: quo & domos ſufficiuut purgantqꝫ aſpergentes ſe: & pecora.
Cum pręcatione ſolēni hoc & religioſius colligitur. Primum em̄ gladio circunſcribitur. Deinde qui
ſucciſurus eſt ortum ſpectat. Et præcatur vt id liceat ſibi concedentibus dijs facere. Obſeruatqꝫ aqlę
volatus: fere enim ſecantibus iter eſt. Etſi prope adolauerit: moriturum illo anno qui ſuccidit augu-
rium eſt. Nec album facile colligitur: caput aggrauans maxime: niſi præſũmatur aliũ: & ſubinde vi-
num ſorbeatur: celeriterqꝫ fodiatur. Nigrum alij entomon vocant: alij polyrrhyſõ: purgat ꝑ inferna.
Candidum autem vomitione. Cauſaſqꝫ morborũ extrahit. Quondã terribile. Poſtea tam ꝓmiſcuum

vt pleriqꝫ ſtudiorum gratia ad ꝓuidenda acrius quæ cōmendabant: ſæpius ſūptinauerint. Carneadē reſponſurum Zenonis libris. Druſum quoqꝫ apud nos tribunorū popularium clariſſimum: cui ante omnes plebs abſtans plauſit: optimates vero bellum marſicum īputauere: cōſtat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in antycira inſula. Ibi eñ tutiſſime ſumitur: qm̄ (vt diximus) ſeſamoides admiſcent. Italia veratrū vocat. Farina eorum ꝑ ſe & mixta radiculæ q̄ lana diximus leuari ſternutamentum facit. Amboqꝫ ſomnum. Legūtur autem tenuiſſimæ radices breueſqꝫ ac velut decurtatæ ē hę. Nam ſumma quæ eſt craciſſima cepis ſimilis canibus tantum datur purgationis cauſa. Antiq radicem corticemqꝫ carnoſiſſimū eligebāt: quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis ſpongiſs optam turgeſcentemqꝫ in longitudinem findebant. Deinde filia in vmbra ſiccabāt iſs vtentes. Nūc ramunculos ipſos ab radice ſua grauiſſimi corticis ita dantes. Optimuꝫ quod acre guſtu: ferueſqꝫ in frāgendo puluerem emittit. Durare vim eius. xxx. annis ferunt. Nigrū medetur paralyticis inſanientibꝰ hydropycis dūmodo citra fibrim. podagris veteribus: articularijs morbis. Trahit aluum & bilem pituitaſqꝫ. Ex aqua datur ad leniter moliendam aluum plurimum drachma: modice quattuor obolis. Miſcuere aliqui & ſcamoneā: ſed tutius ſalem. In dulcibus datum copioſius periculum infert. Oculorum caliginem fotu diſcutit. Ob id quidam & inunxere. Tritum ſpumas ſuppurata duritias concoquit: & purgat. Itē fiſtulas tertio die exemptum. Verrucas tollit cum ſcamis æris: & ſandaraca. Hydropicorum ventri imponit cum farina hordeacea & vino. Pecorum & iumentorum pituitas ſanat ſurculo per aurem traiecto: & poſtero eadem hora exēpto. Scabiem quadrepedū cū thuræ & cęra ac pice vel cum piſſeleo. Album obptimum: qđ celerrime mouet ſternutamenta: ſed multum terribilius nigro ꝑcipue ſi quis apparatum poturorum apud antiquos legat: contra horrores ſtrāgulatus intempeſtiuas ſomni vires ſingultus infinitos aut ſternutamēta ſtomachi diſſolutiones tardiores vomitꝰ aut longinquiores: exiguos aut nimios. Quippe alia dare ſoliti: quæ cōcitarēt vomitiones ipſumqꝫ helleborum extraherent medicamentis aut clyſteribus: ſępe etiam ſanguine venis emiſſo. Iā vero & cum proſpere cedat terribilius viſu in varijs coloribus vomitionum: & poſt vomitiones obſeruatiōe alui balnearū diſpenſatione: totius corporis cura antecedente: oīa hæc magno terrore & fama. Nāqꝫ tradunt abſumi carnem ſi coquatur vna. Sed antiquorū vitium erat: ꝙ propter hos metus partiꝰ dabāt: cum celerius erumpat: quo largius ſumit. Themiſon binas nō amplius drachmas donauit: ſequentes & quaternas dedere. Claro Herophili preconio q helleborum fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Concitatis enim intus oībus: ipſum in primis exire. Pręterea mirū inuentum eſt: ꝙ inciſum forficulis vt diximus: cribrant: cortex remanet. Hoc inanito medula cadit. Hęc in nimia purgatiōe data: vomitiones ſiſtit. Cauendum eſt fœlici quoqꝫ cura ne nubilo detur die: quippe impatibiles crutiatus exiſtunt. Nam ęſtate potius q̄ hyeme dandū nō eſt in dubio. Corpus ſeptem diebus pręparandum cibi acribus abſtinentia vini: quarto & tertio de vomitionibus: pridię cænæ abſtinētia. Album e dulci datur: aptiſſime vero in lacte aut pulte nuper inuentre diſſectis raphanis inſerere helleborum: rurſuſqꝫ comprimere raphanos: aut tranſeat ius atqꝫ eo lenimento dare. Reddi poſt quattuor fere horas incipit. Totuꝫ opus ſeptenis pergitur horis. Medetur ita morbis comitialibus: vt diximus: vertigini: melancholicis: inſanientibus: limphaticis: elephantiæ albæ: lepri tetano: tremulis: podagricis: hydropicis: incipiētibuſqꝫ tympanicis: ſtomachicis: ſpaſticis: clinicis iſchiadicis: quartanis quę aliter nō deſinat: tuſſi veteri: iflāmationibus torminibus redeuntibus: Vetāt dari ſenibus & pueris. Item mollibꝰ ac fœminei corporis: animęue exilibus aut teneris: & fœminis minus q̄ viris. Item timidis: aut ſi exulcerata ſint ꝑcordia: vel tumeāt. minimeue ſanguinem excreantibus: cauſarijs vel laterę: vel faucibꝰ Medetur extra corporis eruptiōibus pituitæ cū axungia ſalſa illitū: itē ſuppuratiōi veteri. Mures polenta admixtū necat. Galli ſagittas in venatu helleboro tingunt. circūciſoſqꝫ vulnere teneriorē ſentiri carnē affirmat. Muſce quoqꝫ necantur albo trito & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis emēdat.

Druſus morbo comitiali ſanatus.

¶De mithridatia: & ſcordoti ſiue ſcordio: & polemonia: vel philæteria: vel chillo dynama: & eupatoria: & centaurea: ſiue chironia: & de lecto centaureo: libadio felle terræ: & triorchę medicinę. CA. VI.

IPſi Mithridati Crateias adſcripſit vnā mitridatiā vocatā. Huic folia duo a radice achanto ſimilia. Caulis inter vtraqꝫ ſuſtinēs roſeum florem. Alteraꝫ lenem ſcordotin ſiue ſcordiō ipſius manu adſcriptā: magnitudine cubitali: quadrāculo caule ramoſam quęrne ſimilitudine folijs lanuginoſis. Reperit in ponto campis pinguibus humidiſqꝫ guſtus amari. Eſt & alterius gn̄is latioribus folijs: mentaſtro ſimilis: plurimoſqꝫ vtraqꝫ ad vſus per ſe & inter alia in ātidotis. Polęmoniā aliud philetheriā a certamine regū inuētionis appellāt. Capadoces aūt chiliodynamā radice craſſa: exilibus ramis: quibus in ſummis corymbi depēdent. nigro ſemine cætero rutæ ſimilis. Naſcitur in montoſis: Eupatoria quoqꝫ regiā auctoritatem habet. Caulis lignoſi nigricantis hirſuti

Mithridatia a mithridate inuenta.

cubitalis aliqñ:& amplioris folij p interualla.v.folij aut canabis per ambitũ inciſis qnquepartito:ni-
gris & ipſis pulmoſiſq; radice ſuperuacua.Semen dyſentericis in vino potum auxiliatur vnice.Cẽtau
ria curatus dicitur·Chiron cu3 Herculis exceptus hoſpitio ptractãti arma:ſagitta excidiſſet in pedẽ:
quare aqui chironiũ vocãt.Folia ſunt lata & oblonga:ſerrata ambitu denſa ab radice:caules ternum
cubitorum geniculati.In ijs capita ſeu papauerũ Radix vaſta rubeſcens:tenera fragiliſq; ad bina cu-
bita madida.Succo amara cum quadã dulcedine.Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima ar-
cadia:elide:meſſenia:pholoe & lyceo atq; in alpibus:pluribuſq; locis in lycia. Quidã & ex ea lycium
faciunt.Vis in vulneribus tanta vt cohæreſcere ẽt carnes tradant: ſi coquantur ſimul. In vſu radix tñ
duabus drachmis bibenda quibus dicet̃:ſi febris ſit:in aqua trita:cæteris in vino.Medet̃ & oĩm mor
Vel obuius. bis decocte ſuccus. Eſt alteru3 centaurion cognomine lecton:minutis folijs:qđ aliqui libadion vocãt
quoniã ſcđm fontes naſcitur:origani ſimile : anguſtioribus & longioribus folijs anguloſa caule pau-
lulum alto fructicanti flore lichnidis:radice tenui & ſuperuacua ſucco efficax. Ipſa hærba autumno
legitur:ſuccus e fronte.Quidã caules conciſos madefaciunt diebus.xviij.Atq; ita exprimũt. Hoc cẽ
taurion noſtri fel terræ vocãt:pp amaritudinem ſummã.Galli exacũ: qm̃ oĩa mala medicamẽta po-
tum e corpore exigat:per aluu3: Tertia eſt centauris cognomine trioches.Qui eã cecat re℞ eſt vt nõ
vulneret ſeſe.Hæc ſuccu3 ſanguinẽ mittit. Theophraſtus defendi eã:ipugnariq; colligentes tradit a-
triorche accipitrũ genere:a quo & nomen accipit.Imperiti cõfundũt hæc oĩa :& vni generi aſſignãt.

¶De climeno:& gentiana:& lyſimachia:& parthenide:& artemiſiæ: & ambroſia : &
nymphea heracleo:& euphorbia medicinæ. CA.VII.

CLimenos a rege hærba/appellata eſt / hædere folijs ramoſa caule inani / articulis p̃cincta:
odore graui & ſemine hędere:ſilueſtribus & mõtoſis naſcens.Quibus morbis pota medea
tur:dicemus.Sed hic indicãdum eſt dũ mediat̃:ſterilitatẽ pota ẽt in viris fieri.Græci plan
tagini ſimilẽ eſſe dicerunt:caule q̃drato:folliculis cũ ſemine inter ſe iplexis : velut in poly-
porũ.Et ſuccus aũt in vſu.vis eius ſumma in refrigerendo.Gẽtianã inuenit. Gentius rex illyriorũ vbi
q; naſcente3:in illilyco tñ p̃ſtantiſſimam folio fraxini:ſed magnitudine lactucæ:caule tenero pollicis
graſſitudine:cauo & inani:ex interuallis foliato.Triũ aliqñ cubito℞;radice lenta:ſubnigra ſine odo-
re aquoſa montibus ſubalpinis plurima.Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria:ſed
prænantibus nõ bibenda.Inuenit & Lyſimachus hærbã Lyſimachiã:quæ ab eo nomen retinet :cele
brata.Eraſi ſtrato.Folia habet ſalicis virida:florẽ aureũ:fruticos:ramulis erectis graui gignit̃ in aquo
ſis.Vis eius tãta eſt:vt iumẽtis diſcordãtibus iugo impoſita aſperitatem cohibeat. Mulieres quoq;
hac gloriam affectauere.In quibus Artemiſia cognominatã putent qm̃ priuatim medicat̃ fœminarũ
eryſimon e vino ſemine vel radice. Cortice trahit & ſecundis ſuccurit & ſtrangulationibus ex aqua po-
ta. Item radix e geranio peculiariter ſecundis inflammationibuſq; vuluarum conueniens. Purgat hip-
puris pota & appoſita vuluas. Polygonus pota menſes cit. Et alcmeæ radix. Folia plantaginis pellunt.
Item agaricum ex aqua mulſa. Artemiſia vulue medetur trita ex oleo irino aut fico: aut cum myrrha
appoſita. Eiuſdem radix pota in tantum purgat: vt partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas cit ra-
morum decoctum inſidentibus: item folia pota drachma. Ad eadem omnia proſunt vel impoſita ven-
tri immo cum farina hordeacea. Achoron quoq; vtile eſt interioribus fœminarum morbis. Et coniza
vtraq;. Et crethmos. Et antyllides duæ vuluis vtiliſſimæ. Torminibus & ſecundarum more in vino po-
tæ. Callitrix fotu locia medetur. Albugines in capite tollit. Capillos inficit oleo trita. Geranion in vino
albo potum: & hypociſthis in rubro profluuium ſiſtunt. Hyſopum ſuffocationes laxat. Radix verbena
cæ pota ex aqua ad omnia in partu aut ex partu mala preſtantiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in
vino nigro ſemen cupreſſi contritū. Nam ſemen pſylli deferuefactum in aqua cum intepuerit: epipho-
ras omnes vteri lenit. Symphyton tritum in vino nigro euocat menſes. Partus accelerat ſcordotis pota
drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quattuor. Dictamni folia preclare dantur ex aqua. Conſtat vnius
oboli pondere: vel ſi mortui ſint in vtero infantes: protinus reddi ſine vexatione puerperæ. Similiter
prodeſt pſeudo dictamnum: ſed tardius. Cyclaminos adalligata. Ciſſanthemos pota. Item betonicæ fa-
rina ex aqua mulſa. Arſenogonon hærbæ ſunt habentes vuas floribus oleæ ſimiles: pallidiores tamen.
Semen album: papaueris modo. Theligoni potu fœminam concipi narrant. Arſenogonon ab ea
ſemine oleæ nec alio diſtat. Huius potu mares generari perhibentur: ſi credimus: alij vtranq; ocimo
ſimilem tradunt. Arſenogoni ſemen autem geminum eſſe teſtibus ſimile. Mammarum vitijs aizoum:
quod digytellum appellauimus vnice medetur. Erigeron ex paſſo mammas vberiores facit. Sonchon
in farre coctum. Quæ vero maſtos vocatur indita pilos mammarum e partu naſcentium: & tineas au- Theli. potu fœmina
fert in facie: aliaq; cutis vitia emendat. Gentiana nymphea heraclia illita cyclamini radix maculas om- concipit.
nes. Caucaliæ grana mixta cæræ liquidæ extendunt cutem in facie: erugantq;. Vitia omnia acori radix
emendat. Capillum liſimachia flauum facit. Denigrat hypericon: quod & corion vocatur. Item ophrys
hærba denticulato oleri ſimilis: folijs duobus. Nigriciam dat & polemonia in oleo decocta. Pſilothrum Pro capil-
nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus: verum etiam viris in vſu eſt. Efficaciſſimum au- lis inficien-
tem habetur archezoſtis. Item tithymalli ſucco vel in ſole cum oleo illito crebro: vel euulſis pillis. Qua- dis.
drupedum ſcabiem ſanat hyſopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter ſederitis. Verū & reliqua ge-
nera hærbarum reddamus.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBES. XXVII. PROHEMIVM.

### Reliqua Hærbarum Genera. CA. I.

CRESCIT APVD ME CERTE TRACTATV IPSO ADMIRATIO
antiquitatis. Quantoq; maior copia hærbarum dicenda reſtat: tanto magis adora-
re priſcorum in inueniendo curam: in tradendo benignitatem ſubit. Nec dubiæ
ſuperata hoc modo poſſet videri etiam rerum naturæ ipſius munificentia: ſi huma-
ni operis eſſet inuentio. Nunc vero deorum fuiſſe eam apparet: aut certe diuinam:
etiam cum homo inuenerit. Eandemq; omnium parentem genuiſſe hæc: & oſten-
diſſe: nullo vitæ miraculo maiore: ſi verum fateri volumus. Scythicam hærbam
a mæotidis paludibus & euphorbiam e monte atlante: vltraq; Herculis colum-
nas: & ipſo rerum naturæ defectu. Parte alia britannicam ex oceani inſulis extra terras poſitis: itemq;
æthiopidem ab exuſto ſyderibus axe. Alias præterea aliunde vltro citroq; humanæ ſaluti in toto orbe
terrarum portare immenſa romanæ pace maieſtate: non homines modo diuerſis inter ſe terris genti-
buſq;: verum etiam montes et excedentia in nubibus iuga: paſtuſq; pecorum: & herbas quoq; inuicem
oſtentant. Aeternum quæſo/deorum ſit munus iſtud. Adeo romanos velut alteram lucem dediſſe rebus
humanis videntur.

### De aconito: & panthera: & quæ extinguitur aconito. CA. II

Aconitū ve.oīū o:ciſſimum
Fingunt Aco.ex cerberi ſpuma genitū. Vel repe:rit.
pardaliā cheſcur Aco.dī.

SEd antiquorum curam diligentiamq; quis poſſit ſatis venerari? cum conſtet omnium venenorum ociſſimum eſſe aconitum: & tactis quoq; genitalibus fœminini ſexus animalium eodem die inferre mortem. Hoc fuit venenum quo interemptas dormientes a Calfurnio Beſtia vxores. M. Cecilius accuſator obiecit. Hinc illa atrox peroratio eius in digyto eas mortuas. Fabulæ narrauere e ſpumis Cerberi canis extrahente ab inferis Herculæ. Ideoq; apud. Heracleam ponticam vbi mōnſtratur eius ad inferos aditus gigni. Hoc quoq; tamen in vſus humanæ ſalutis vertere. Scorpionum ictibus aduerſari experiendo aconitum datum in vino calido. Ea eſt natura vt hominem occidat: niſi inuenerit quod in homine primat. Cum eo ſolo colluctatur: velut pari intus inuento. Sola hæc pugna eſt cum venenū in viceribus repererit. Mirumq; exicialia per ſe ambo cū fuerit duo venena in homine cōmoriuntur: vt homo ſuperſit. Immo vero etiā ferarū remedia antiqui prodiderunt: demonſtrando quo modo venena quoq; ipſo ſanarantur. Torpeſcunt ſcorpiones aconiti tactu: ſtupentq; pallantes: & vinci ſe confitentur. Auxiliatur eis helleborum album tactu reſoluente. Ceditq; aconitum duobus malis ſuo & omnium. Quod ſi quis illa forte ab homine excogitari potuiſſe credit: ingratæ deo ꝫ intelligit munera. Tangunt carnes aconito. necantq; guſtatu earꝫ pātheras: niſi hoc fieret repleturas illos ſitus. Ob id quidam pardalianches appellauere. At illas ſtatim liberari morte excrementorꝫ hominis guſtu demonſtratū. Qđ certe caſu repertū quis dubitet? & quotiens fiat etiamnū: vt nouū naſci quoniam feris ratio & vſus inter ſe tradi non poſſit.

## Quod omnium creaturarum conditor ſit deus CA.III.

Acoītū natura. Vel lico ſthonā.
Aconitū vnde nomē ſortitum.

HIc ergo caſus hic eſt ille qui plurima inuenit in vita deus. Hic habet nomen: per quē itelligit eadem & parens rerum omnium & magiſtra natura: vtraq; coniectura pari: ſiue iſta quottidie feras inuenire: ſiue ſemper ſcire iudicemus. Pudendumq; rurſus omnia animalia quæ ſint ſalutaria ipſis: noſſe ipſa præter hominem. Sed & maiores oculorum quoq; medicamentis aconitū miſceri ſaluberrime ꝓmulgauere: aperta ꝓfeſſione: malū quidem nullum ſine aliquo bono dicere. Fas ergo nobis erit qui nulla diximus venenata: nunc demonſtrare quale ſit. Aconitum vel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucumeris non plura quattuor ab radice leniter hirſuta Radicem modicam cammaro ſimilem marino. Quare quidā cammaron appellauere. Alij theliphonon ex ea qua diximus cauſa. Arida radix incuruatur paulū ſcorpionū modo: quare & ſcorpion aliqui appellauere. Nec defuere qui myoctonon appellare mallent: quoniam procul & e longinquo odore mures neccat. Naſcitur in nudis cautibus: quas aconas vocant. Et ideo aconitum aliqui dixere nullo iuxta ne puluerem quidem nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alij quoniam vis eadem in morte eſſet: quæ cotibus ad ferri aciam deterrendam ſtatimq; admota velocitas ſentiretur.

## De æthiopide: & amarāto: & aloe: & alcea: & alipho: & alſina: & ādroſace: & androſemo: & ābroſia: & anconi: & anagyro: & anonymo. CA.IIII.

Vel ivn:dis
Vel gu ſtu ſiccā ti.
vel iliaco
Aduerte

AEthiopis folia habet phlomo ſimilia: magna & multa: & hirſuta ab radice. Caulem quadrangulum ſcabrum: ſimilē arctio: multis concauum: in alis ſemen eruo ſimile candidū geminū: radices numeroſas longas. Plenas/molles/glutinoſas/guſtu ſiccæ nigreſcunt durantq; vt cornua poſſint videri. Præterea in æthiopia naſcuntur: & in ida monte troadis: & in meſſenia. Colliguntur autumno: ſiccantur in ſole aliquot diebus: ne ſitum ſentiant. Medentur vuluis pote in vino albo: iſchiadicis: pleureticis: faucibus ſcabris: decocta potu dantur. Sed quæ ex æthiopia venit: eximia eſt: atq; illico prodeſt. Aieraton ferulacea eſt duorum palmorum altitudine: origano. ſimilis: flore bullis aureis. Huius veſtæ nidor vrinam cit. Vuluamq; purgat: tanto magis inſidentibus. Cauſa nominis non hæc: ſed quoniam diutiſſime non marceſcit. Aloe ſylæ ſimilitudinem habet maior & pinguioribus folijs ex obliquo ſtriata. Caulis eius tener eſt rubens medius: non diſſimilis antherico. Radice vna ceu palo in terra dimiſſa: graui odore: guſtu amara. Laudatiſſima ex india affertur: ſed naſcitur in aſia: non tamen ea vtuntur: niſi ad vulnera recentibus folijs: mirifice enim conglutinat: vel ſucco: ob id in turbinibus cadorum eam ſerunt vt aizoum maius. Quidam & caulem ante maturitatem ſeminis incidunt ſucci gratia: aliqui & folia. Inuenitur & per ſe lachryma adhærens. Ergo pauimentandum vbi ſata ſit cenſent: vt lachryma non abſorbeatur. Fuere qui traderent in iudæa ſuper hyeroſolimam metallicam eius naturam: ſed nulla magis improba eſt: neq; alia nigrior eſt: aut humidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida ruffi colloris: friabilis: ac iocineris modo coacta: facile liqueſcens. Improbanda nigra & dura: harenoſa quoq;: quæ & guſtu intelligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius ſpiſſare: denſare: & leuiter calfacere. Vſus in multis: & principalis aluum ſoluere: cum pene ſit ſola medicamentorum: quæ per ſe id præſtant. Confirmat etiam ſtomachum: adeo vt non infeſtet vlla vis contraria: bibitur drachma. Ad ſtomachi vero diſſolutionem in duobus cyathis aquæ tepidæ vel

frigidæ:colearis menſura bisterue in die ex interuallis vt res exigit. Purgationis etiã cauſa plurimuȝ tri-
bus drachmis. Efficacior ſi pota ea ſumaẜ cibus. Capillum fluentẽ continet cũ vino auſtero capite in ſo-
le contra capillum peruncto. Dolorem capitis ſedat tẽporibus & fronti impoſita ex aceto & roſaceo. Di
lutiorqꝫ infuſa:oculorum vitia omnia ſanari ea cõuenit. Priuatim prurigines & ſcabiẽ genarum. Iteȝ in-
ſignita ac liuida illita cum melle:maxime pontico. Tonſillas:gingiuas:& omnia oris vlcera. Sanguinis
excreationes ſi modicę ſint:drachme pondere ex aqua:ſi minus ex aceto pota. Vulneruȝ quoqꝫ ſangui-
nem et vndecunqꝫ fluentẽ ſiſtit per ſe vel ex aceto. Alias etiam eſt vulneribus vtiliſſima ad cicatricẽ per-
ducens. Eadeȝ inſpergitur exulceratis genitalibus virorũ:condylomatis:rimiſqꝫ ſedis:alias ex vino:alias
ex paſſo:alias ſicca per ſe:vt exigit mitigãda curatio:vt coercẽda. Hemorroidũ quoqꝫ abundantiam le-
niter ſiſtit. Dyſẽterię infundiẜ. & ſi difficilius cõcoquãtur cibi bibiẜ a cœna modico iteruallo. Et in regio
morbo tribus obolis ex aqua. Deuorantur pilulæ cũ mellis decocto:aut reſina terebinthina ad purgan-
da interiora. Digytorũ pterygia tollit. Oculoꝝ medicamentis lauatur:vt quod ſit harenoſiſſimuȝ ſubſi-
dat. Aut torreẜ inteſta:pennaqꝫ ſubinde verſatur:vt poſſit ęqualiter torreri. Alcea folia habet ſimilia ver
benacæ:quę & periſtereon cognomiatur. Caules tres aut quattuor foliorum plenos:florẽ roſæ: radices
albas:cũ plurimũ ſex cubitales:obliquas. Naſcitur i pingui ſolo:nec ſicco. Vſus radicis ex vino vel ex aq̃
dyſentericis:alio citę:et ruptis conuulſis. Alypon cauliculus eſt molli capite nõ diſſimilis betę:acre gu- Vel aly-
ſtatu/ac lentum:mordenſqꝫ vehementer et accedens. Aluum ſoluit in aqua mulſa addito ſale modico. phon.
Minima potio duarum grachmaꝝ:media quattuor:maxima ſex:ea purgatione quibus datur e gallina Vel ferre.
ceo iure. Alſine:quã quidã myoſoton appellãt:naſcitur in lucis:vnde et alſine dicta eſt. Incipit a media Vel offer-
hyeme. Areſcit æſtate media cum prorepit:muſculorũ aures imitatur folijs. Sed aliã docebimꝰ eſſe quæ re.
iuſtius moyſotis voceẜ. Hęc eadẽ erat quæ Helxinę:niſi minor minuſqꝫ hirſuta eẽt. Naſcitur in hortis & Vel alſinę
maxie in parietibꝰ. Cum teritur:odorem cucumis reddit. Vſus eius ad collectiones inflationeſqꝫ. Quin
emendat omnia quę Helxine:ſed infirmius. Epiphoris peculiariter imponitur. Itẽ vredinis: vlceribuſ-
qꝫ cum farina hordeacea. Succus eius auribus infunditur. Androſaces hærba eſt alba amara ſine folijs: vel naribꝰ
folliculos in cirris habens:& in ijs ſemẽ. Naſcitur in maritimis ſyriæ maxime. Daẜ hydropicis drachmis
duabus tuſa aut decocta in aqua/vel aceto/vel vino. Vehementer enim vrinas cit. Datur & podagris:illi
niturqꝫ. Idem effectus eſt & ſemini. Androſemon:ſiue (vt alij appellauere) aſcyron non abſimile eſt hy-
perico:de qua diximus cauliculis maioribus denſioribuſqꝫ & magis rubentibus. Folia alba rutæ figura.
Semen papaueris nigri. Comę tritę ſanguineo ſucco manant. Odor ei reſicoſus. Gignitur in vineis. Fere
medio autumno effoditur:ſuſpenditurqꝫ. Vſus ad purgandam aluum tuſę cum ſemine potęqꝫ matuti-
no:vel a cœna duabus drachmis in aqua mulſa:vel vino vel aqua pura: totius potionis ſextario. Trahit
bilem. Prodeſt iſchiadicis. Sed poſtea die capparis radicem reſinę permixtam deuorare opꝫ drachmæ
pondere. Iterumqꝫ quatridui interuallo eadem facere. A purgatione autem ipſa robuſtiores vinum bi-
bere:infirmiores aquam. Imponitur & podagris & ambuſtis & vulneribus cohibens ſanguinem. Am- ambroſia.
broſia vagi nominis eſt: & circa alias hærbas fluctuans: fruticem vnum habens denſum ramoſum: te-
nuem:trium fere palmorum. Tertia parte radice breuiore:folijs rutæ:circa imum caulem in ramulis ſe Ambro.
men eſt vuis dependentibus:odore vinoſo:qua de cauſa botrys a quibuſdam vocatur ab alijs artemiſia. cappado-
Coronantur illa cappadoces. Vſus eius ad ea quæ diſcuti opus ſit. Anonin quidam ononida malunt vo- ces coro-
care: ramoſam: ſimilem fœnogreco: niſi fruticoſior hirſutiorqꝫ eſſet:odore iucundo. Poſt ver ſpinoſa. nantur.
Eſtur etiam muria condita. Recens vero margines vlcerum erodit. Radix decoquitur in poſca dolori Dio.braſ-
dentium. Eadem cuȝ melle pota calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelitæ decocta ad dimidias. ſicę.
Anagyros:quam aliqui acopon vocant fruticoſa eſt:grauis odore: flore oleris: ſemen in corniculis non
breuibus gignit:ſimile renibus:quod dureſcit per meſſes. Folia collectionibus imponuntur: difficulter
qꝫ parientibus adalligantur:ita vt a partu ſtatim auferatur. Quod ſi emortuus hæreat: & ſecundæ men-
ſeſqꝫ morentur:drachmæ pondere bibuntur in paſſo folia. Sic & ſuſpirioſis dantur: & in vino vetere ad
phalangiorum morſus. Radix diſcutiendis concoquẽdiſqꝫ adhibetur. Semen commanducatum vomi-
tiones facit. Anonymos a non inueniendo nomine nomen inuenit. Affertur e ſcythia cælebrata ab Hice
ſio non paruæ auctoritatis medico. Item ariſtogeton in vulneribus præclara ex aqua tuſa & impoſita. Ariſtoge-
Pota vero mammis præcordijſqꝫ percuſſis. Item ſanguinem excreantibus. Putauerunt & bibendã vul- ton.
neratis. Fabuloſa arbitror quæ adijciuntur:recente ea ſi vtatur:ferrum aut æs ferruminari. Mirum.

¶ De aparinę:& arctio:& aſpleno:& aſclepiade:& aſtere:
vel bubonio:& aſyro;vel aſcyroide:& phace:& de alcibio:
& alectorolopho. CA.V.

APatinen aliq omphacocarpõ: alij philãtropon vocãt: ramoſã: hirſutã: quinis ſeniſue in orbem circa ramos folijs per iterualla: ſemẽ rotundũ: durum: cõcauum: ſub dulce. Naſcitur in frumẽtario agro: aut hortis: pratiſue: aſperitate etiã veſtiuꝫ tenaci. Efficax cõtra ſerpẽtes ſemine poto ex vino drachma: & cõtra phalãgia. Sanguinis abũdantiam ex vulneribꝰ reprimunt folia ĩpoſita. Succus auribus infunditur. Arction aliqui potius arcturum vocant: ſimilis eſt verbaſco folijs niſi qꝫ hirſutiora ſunt: caule lõgo molli: ſemine cymini. Naſcitur ĩ petroſis: radice tenera: alba: dulciqꝫ. Decoquitur in vino ad dentium dolorẽ: ita vt cõtineatur ore decoctum. Bibitur propter iſchiada & ſtranguriam e vino: ambuſtis imponitur & pernionibus. Fouentur eodẽ cũ radice ſemine trito in vino. Aſplenũ ſunt qui herminion vocãt folijs trientalibus multis: radice limoſa: cauernoſa: ſicut filicis candida: hirſuta: nec caulem nec florẽ nec ſemẽ habet. Naſcitur in petris parietibuſqꝫ opacis: humidis: laudatiſſima in creta. Huius foliorum iure in aceto decocto per dies. xl. poto lyenem abſumi aiunt. Et illinũtur. Eadem aũt ſedant ſingultus: nõ danda fœminis: quoniã ſterilitatẽ facit. Aſclepias folia hederę habꝫ: ramos longos: radices nũeroſas: tenues: odoratas: floris virꝰ graue: ſemen: ferulatum. Naſcitur in mõtibꝰ. Radices torminibus medẽtur: & cõtra ſerpentiũ ictus non ſolum potum ſed etiam illitum. After ab aliquibus bubonion appellatur: quoniam inguinũ pręſentaneum remediũ eſt. Cauliculus folijs oblongis duobus aut tribus in cacumine capitula ſtellæ modo radiata. Bibitur aduerſus ſerpentes. Sed & ad inguinũ medicinam: ſiniſtra manu decerpi iubent: & iuxta cinctus alligari. Prodeſt & coxendicis dolori adalligata. Aſcyron & aſcyroides ſimilia ſũt inter ſe & Hyperico: ſed aſcyron maiores habet ramos: qui aſcyroides vocanť ferulaceos omnino rubentes: capitulis puis: luteis. Semen in caliculis puſillum: nigrum: reſinoſum. Comæ tritæ velut cruentatæ. Qua de cauſa quidam hanc androſemon vocauere. Vſus ſeminis ad iſchiadicos potus duabus drachmis in Hydromelitis ſextario. Aluum ſoluit. Bilem detrahit. Illinitur & ambuſtis. Aphace tenuia admodum folia habet puſillo. Altior lenticula eſt. Siliquas maiores fert: in quibus terna aut quaterna ſemina ſunt nigriora & madidiora & minora lenticula. Naſcitur in aruis. Natura ei ad ſpiſſandum efficatior q̃ lenti. Reliquo vſu eoſdem effectus habet. Stomachi aluiqꝫ fluctiones ſiſtit ſemen decoctum. Alchibion qualis eſſet hærba apud auctores non repperi. Sed radicem eius & folia trita ad ſerpentis morſus imponi & bibi iubent. Folia quantum manus capiat trita cum vini meri cyathis tribus: aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem menſura. Alectorolophos quæ apud nos criſta dicitur: folia habet ſimilia gallinaceæ criſtæ plura: caulem tenuem: & ſemen nigrum in ſiliquis. Vtilis tuſſientibus cocta cum faba fraſſa melle addito: & caligini oculorum. Solidum ſemen conijcitur in oculum: nec turbat: ſed in ſe caliginem contrahit. Mutat colorem: ſed ex nigra albicare incipit: & intumeſcit: ac per ſe exit.

Aſpleniiu re lyen ab ſumitur.

## ℂDe alo. CA. VI.

ALum nos vocamus: græci ſymphyton petreum: ſimile cunilæ bubulæ: folijs paruis: ramis tribus/aut quattuor: a radice cacuminibus thymi: ſurculoſum: odoratum: guſtu dulce: ſaliuam ciens longa radice: rutila. Naſcitur in petris: ideoqꝫ petreũ cognominatum. Vtiliſſimum lateribus: lyenibꝰ: renibꝰ: torminibꝰ: pectoribꝰ: pulmonibus ſanguinẽ reijcientibꝰ: faucibus aſperis. Bibitur radix trita & in vino decocta: & aliquando ſuperlinitur. Quin & commanducata ſitim ſedat: præcipueqꝫ pulmonem refrigerat. Luxatis quoqꝫ imponitur & conuulſis: lyeni: interaneis. Aluum ſiſtit coacta in cineres. Detractis quoqꝫ folliculis trita cum piperis noueꝫ granis & ex aqua pota. Vulneribus ſanandis tanta pręſtantia eſt: vt carnes quoqꝫ cum coquuntur conglutinet addita. Vnde & gręci nomen impoſuere. Oſſibus quoqꝫ fractis medetur.

## ℂDe alga/ & actea/ & de ampeloſagria/ & abſinthio. CA. VII.

Vel aſpis.

ALga ſcorpionum ictibus. Actea graui foliorum odore: caulibus aniſi geniculatis: ſemine nigro vt hederę: baccis mollibus. Naſcitur in opacis & aſperis & aquoſis. Datur acetabulo pleno interioribus fœminarum morbis. Ampelos agria vocatur hærba folijs duris cineracei coloris: qualem ſupra ſatis diximus: viticulis longis calloſis rubentibus: qualiter flos quem Iouis flammaꝫ appellauimus violis: fer ſemen punici mali ſimile in canis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis additis vini coi cyathis duobus aluuꝫ ſoluit leniter. Ideo hydropicis datur. Vuluæ vitia & cutis in facie mulierum emendat. Iſchiadicos quoqꝫ vti hac hærba prodeſt hærba tuſa cum folijs & illita cum ſucco ſuo. Abſinthij genera ſunt plura. Santonicum appellatur a galliæ ciuitate. Ponticum a ponto: vbi pecora pingueſcũt illo: & ob id ſine felle reperiunť. Neqꝫ aliqđ p̃ſtantiꝰ. Multũqꝫ italico amariꝰ ſed medulla pontici dulcis. De vſu eiꝰ cõuenit dicere hęrbæ faciliimæ atqꝫ ĩter paucas vtiliſſimę. Pręterea ſacris populi. Romani celebrate peculiariter. Siquidẽ latinarũ ferijs quadrigę certãt ĩ capitolio: victorqꝫ abſinthiũ bibit. Credo ſanitatem p̃mio dari honorifice arbitratis maioribꝰ. Stomachũ corroborat. & ob hoc ſapor eius

Aduerte. Pecora ſine felle.

Victor q̄dri. ĩ capitolio.

in vina traſſerẽ vt diximus. Bibiẽ & decoctũ aqua ac poſtea nocte & die refrigeratũ ſub diuo decoctis ſex
drachmis foliorũ cũ ramis ſuis ĩ cæleſtis aquę ſextarijs tribus. Oportet & ſalẽ addi. Vetuſtiſſime ĩ vſu ẽ.
Bibiẽ & madefacti dilutũ. Ita eñ appellaẽ hoc gen⁹. Diluti ratio vt quiſquis fuerit mod⁹ aq̃æ: tegaẽ p
triduũ. Tritũ raro ĩ vſu eſt: ſicut & ſuccus expreſſi. Exprimiẽ aũt cum primum ſemẽ turgeſcit madefactũ
aqua triduo recens aut ſiccũ ſeptẽ diebus. Deĩde coctũ in æneo vaſe ad tertias. x. heminis in aquę ſexta-
rijs. xlv. Iterumq; pcolatũ. Hærba lente coquiẽ ad craſſitudinem mellis qualiter ex minore centaurio q̃-
riẽ ſuccus. Sed hic abſinthij inutilis ſtomacho capitiq; eſt: cũ ſit ille decoctus ſaluberrimus. Namq; aſtrin
git ſtomachum bilemq; detrahit. Vrinam cit. Aluum emollit: & ĩ dolore ſanat. Vẽtris aĩalia pellit. Mala Vel ſale.
ciam ſtomachi & ĩflãmationes diſcutit cũ ſile & nardo gallico: aceto exiguo addito. Faſtidia abſtergit.
Cõcoctiões adiuuat. Cruditates detrahit cũ ruta & pipere & ſale. Antiqui purgatiõis cauſa dabãt: cum
marinę aquæ veteris ſextario ſeminis ſex drachmis cũ trib⁹ ſalis & mellis cyatho. Efficacius purgat du-
plicato. ſale. Diligẽter aũt teri debet ꝑpter difficultatẽ. Quidam & in polenta dedere ſupradictum pon-
dus: addito pulegio. alij contra paraliſim. alij pueris folia in fico: ſic vt amaritudinẽ fallerent. Facile tho
racem purgat: cum iride ſumptum. In regio morbo crudum bibiẽ cum appio aut adiento. Aduerſ⁹ ĩfla-
tiones calidum paulatim ſorbeẽ ex aqua. Iocineris cauſa cum gallico nardo. Lyenis cum aceto/ aut pul-
te/aut fico ſumiẽ. Aduerſaẽ fungis ex aceto. Item viſco: Cicutæ ex vino: & muris aranei morſibus. Dra-
coni marino. Scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum paſſo imponitur. Su gi
latis cum melle. Aures eius decoctũ vaporis ſuffitu ſanat. Aut ſi manat ſanies cum melle tritum. Vrinam
ac menſes ciunt tres quattuorue ramuli cum gallici nardi radice vna cyathis aquæ. vj. Menſes priuatim
cum melle ſumptũ: & in vellere appoſitũ. Anginis ſubuenit cũ melle & nitro Epinyctidas ex aqua ſanat.
Vulnera recẽtia prius q̃ aqua tangãtur impoſitũ. Præteraq; capitis vlcera. Peculiariter ilibus imponiẽ cũ
cypria: cæra: aut cũ fico. Sanat & pruritus. Non eſt dandũ in febri. Nauſeas maris arcet in nauigationib⁹ Mirabile.
potum. Inguinum tumorem inuentrali habitũ. Somnos allicit olfactum: aut inſcio ſub capite poſitum. Vel aceto
Veſtibus inſertum tineas arcet. Caulices ex oleo perunctis abigit: & fumo ſi vratur. Atramentũ librariũ
ex diluto eius temperatũ litteras a muſcis tuetur. Capillum denigrat abſinthij cinis vnguento roſaceoq;
permixtus. Eſt & abſinthium marinum: quod quidam ſeriphium vocant: probatiſſimũ in thapoſiri ęgy Vel miſia
pti. Huius ramum iſiaci præferre ſolemne habent. Anguſtius priore: minuſq; amarum: ſtomacho inimi ci.
cum. Aluum mollit. Pelliq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & ſale: aut in farinę trimeſtris ſor-
bitione dilutum. Coquitur quantum manus capiat in aqua ſextario ad dimidias.

¶ De ballore: & botrye fruticoſa: & brauylla: & brio:
& bupleuti: & catanãce: & calla: & circæa: & circeſio:
& crategono: & theligo: & crocodillo: & cynoſor-
chi: & chryſollachão: & cuculo: & cõſerua. CA. VIII.

BAlloten alio nomine melampraſion gręci vocant: hęrbam fruticoſam anguloſis caulibus: ni- ballote cõ
gris: hirſutis: folijs veſtientibus: maioribus q̃ marrubij: & nigrioribus: graue olentibus. tra canũ
Vis eius efficax aduerſus canis morſus: ex ſale folijs tritis impoſita. Item ad condyloma- morſus.
ta coctis cinere in folio oleris. Purgat & ſordida vlcera cum melle. Botrys fruticoſa hęrba Muſpraſſ
eſt luteis ramulis. Semen circa totam naſcitur: folia cicorio ſimilia. Inuenitur in torrentium ripis. Me- um.
detur orthopnoicis. Hoc cappadoces ambroſiam vocant: alij artemiſiam. Brahylla ſpiſſandi vim ha Dio.
bet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores. Brion marina hærba ſine dubitatione
lactucæ folijs ſimilis: rugoſa veluti contracta: ſine caule ab ima radice exeuntibus folijs. Naſcitur in ſco
pulis maxime teſtiſq; terra comprehenſis. Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; vis, & collectiones omnes
inflammationeſq; cohibendi: præcipue podagræ: & quicquid refrigerare opus ſit. Bupleuri ſemen
ad ictus ſerpentium dari reperio: foueriq; plagas decocta ea hęrba: adiectis folijs mori aut origani. Ca-
tanancen theſſalam hærbam qualis ſit: a nobis deſcribi ſuperuacuum eſt: cum ſit vſus eius ad amato-
ria tantum. Illud non ab re eſt dixiſſe ad detegendas magicas vanitates electam ad hunc vſum conie
ctura. Quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpeciem vnguium milui exanimati. Eadem ex cauſa & ce-
mos ſilebitur a nobis. Calla duorum generum eſt. Vna ſimilis aro. Naſcitur in arationibus. Colligitur an
teq̃ inareſcat. Vſuſq; eoſdem habet quos arum. Bibitur quoq; radix huius ad exinaniendas aluos: men-
ſeſq; mulierum. Item caules cum folijs in leguminibus decocti ſanant tenaſmon. Alterum genus eius q-
dam anchuſam vocant: alij rhinocliſiam. Folia lactucę longiora: plumoſa: rubra: q̃ ignes ſacros cum fo-
lio polẽtæ ſanat impoſita. Iocineris autem vitia in vino albo pota. Circea ſtrychno ſatiuo ſimilis eſt: flore Vel ciriac.
nigro puſillo. Paruo ſemine vt milij naſcentis ĩ quibuſdã corniculis: radice ſemipedali: triplici ferme aut
quadruplici: alba: odorata: guſtus calidi. Naſciẽ in apricis ſaxis. Diluitur in vino. Bibiturq; ad dolorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0423-4
DFG

vulue & vitia. Macerari oportet ĩ ſextarijs tribus quadrãtẽ radicis tuſę per noctem & diem. Trahit eadẽ potio ſecundas ſemine. Lac minuit ĩ vino aut mulſa aqua pota. Cirſion cauliculus eſt tener duũ cubitorum: triangulo ſimilis: folijs ſpinoſis circũdatꝰ. Spinę molles ſunt. Folia bouis linguæ ſimilia: minora ſubcãdida: & in cacumine capitula: purpureaſq; ſoluunť ĩ lanugines. Hãc hærba radicemue eius adalligatã dolores varicũ ſanare tradũt. Crategonon ſpicę tritici ſimile eſt: multis calamis ex vna radice emicãtibus: multorũq; geniculorum. Naſcitur in opacis: ſemine milij: vehementer aſpero guſtu. Quodſi bibant ex vino ante cœnã tribus obolis in cyathis aquę totidẽ mulier ac vir ante conceptũ diebus .xl. virilis ſexus partum futuꝝ aiũt. Eſt & alia crategonos: quę theligonos vocať. Differentia itelligiť lenitate guſtus. Sunt qui florẽ cratægoni bibentes mulieres ĩtra .xl. diẽ cõcipere tradãt. Eadem ſanant vlcera vetera nigra cũ melle: explent ſinus vlceꝝ. Et atropha carnoſiora faciũt. Purulenta expurgãt. Panos diſcutiũt Podagras: collectiões q; oẽs leniũt peculiariter mãmaꝝ: Theophraſtus arboris genus intelligi voluit cratægonon ſiue cratægona: quã italia aquifoliũ vocãt. Crocodilõ chamæleõtis hærbæ nigræ figurã habʒ: radice longa: æqualiter craſſa: odoris aſperi. Naſciť ĩ ſabuletis. Pota ſanguinem ꝑ nares pellit copioſum craſſũq;. Atq; ita lyenẽ cõſumere diciť. Cynoſorchin aliq orchin vocãt: folijs oleę: mollibꝰ: ternis paruiſq;: ſemipedis lõgitudinis in terra ſtratis: radice bulboſa: oblonga: duplici ordine: ſupiore quę durior eſt: & iferiore q̃ mollior. Eduń vt bulbi cocti ĩ vineis fere inuenti. Ex iſs radicibus ſi maiorẽ edant viri mares generari dicuń. Si minorem fœminæ alterũ ſexũ. In theſſalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad ſtimulandos coitus: duriorẽ vero ad inhibendos. Aduerſatur alter alteri. Cryſolachanũ in pineto lactucæ ſimile naſcitur. Sanat neruos ĩciſos: ſi confeſtim imponatur. Et alibi genus cryſolachani traditur: flore aureo: folijs oleris. Coctum eſtur: vt ollus molle. Hærba hæc alligata morbum regiũ habẽtibus: ita vt ſpectari ab iſs poſſint: ſanare id malũ traditur: de chryſolachano nec ſatis dici ſcio: nec plura reperio. Nã & hoc vitio laborauere ꝓximi vtiq; hærbarij noſtri: qđ ipſis notas velut vulgares ſtrictim & noibꝰ tantũ indicauere: tanq̃ coagulo terrę aluũ ſiſtit: tranguriã diſſolui ſi bibať ex vino aut aqua. Cacubali folia trita cũ aceto ſerpẽtium ictibꝰ/ & ſcorpionum mederi. Quidã alio hãc noĩe ſtrumũ appellant: alij grece ſtrignõ: acinos habet nigros. Ex iſs cyathus ſucci cũ mulſi duobꝰ medetur lumbis. Itẽ capitis doloribus cũ roſaceo infuſꝰ. Ipſa ſtrumis illita ſanãdis peculiaris eſt: alpinis maxime fluminibus. Cõferua appellata a cõferruminando: ſpongia aquarum dulciuʒ verius q̃ muſcus aut hærba villoſæ denſitatis atq; fiſtuloſæ. Curatuʒ ea ſcio omnibus fere oſſibus cõfractis ꝓlapſum ex arbore alta putatorẽ: circũdata vniuerſo corpori: aquã ſuam inſpergentibus quotiẽs inareſceret: raroq; nec niſi deficientẽ hærbam mutatiõis cauſa reſoluentibus conualuiſſe vix credibili celeritate.

Vel circeſion.

Cri. hærba varices ſanantur.

Aduerte.

vel cuculi

Cõferua.

De cocco gnidio: & dryopteri: & dryphono: & elatine: & empetro ſiue calcifraga: & epicacti: vel helleborine: & epymedio: & enneaphylo: & ſilice: & de femore bubulo. CA. IX.

Cocco gnidio color cocci: magnitudo grano piperis maior: vis ardens. Itaq; in pane deuoratur: ne adurat cum gulam tranſit. Huic vis p̃ſentanea contra cicutam. Siſtit aluum. Dipſacos folia habet lactucæ: bulaſq; ſpinoſas ĩ dorſi medio: caulex duoꝝ cubitoꝝ: iiſdem ſpinis horridum: genicula eius binis folijs amplectentibus: concauo alarum ſinu: in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacumine capitula ſũt echinata ſpinis. Naſcitur in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Itẽ fiſtulas decocta ĩ vino radice vſq; dum ſit craſſitudo cæræ: vt poſſit in fiſtulam collyrium mitti. Item verrucas omnium generuʒ. Quidam & alaꝝ quas ſupra diximꝰ ſuccũ illinunt iſs. Dryopteris filici ſimilis ĩ arboribꝰ naſciť: tenui folioꝝ ſubdulciũ iciſura: radice hirſuta. Vis ei cauſtica eſt. Ideo & pſilotrũ ẽ radix tuſa. Illiniť ei vſq; dum ſudores euocet. Iterumq; & tertio: ita ne ſudor abluatur. Dryphonon ſimilis hærba eſt: cauliculis tenuibꝰ cubitalibus: circũdatis vtrinq; folijs: pollicari amplitudine: qualibꝰ & oxymyrſine. Sʒ cãdidioribus mollioribuſq;: flore candido ſambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semine vero eius pro pipere vtuntur. Elatine folia habet helyxinæ: puſilla: piloſa: rotunda: ſemipedalibus ramulis quinis ſeniſue: a radice ſtatim folioſis. Naſcitur in ſegetibus. Acerba guſtu & ideo oculorum fluctionibus efficax: folijs cuʒ polenta tritis & ĩpoſitis: ſubdito linteolo. Eadem cũ lini ſemine cocta ſorbitiõis vſus ad dyſenteria liberat. Empetron quam noſtri calcifragam vocant: naſcitur in montibus maritimis fere in ſaxo: quo propius mari fuerit minus ſalſa eſt: potaq; bilẽ trahit ac pituita: quo lõgius magiſq; terrena amarior ſentiť. Trahit aquã. Sumiť aũt ĩ iure aliquo aut ĩ hydromelite. Vetuſtate vires ꝑdit. Recẽs vrinas cit decoctũ in aqua vel tritũ calculos frangit. Qui fidẽ ꝓmiſſo huiꝰ quęrũt: affirmant lapillos: q̃ ſufferue fiant vna rũpi. Epipactis ab alis helleborine vocatur: ꝑua hærba: exiguis folijs iocineris vitijs vtiliſſima: & contra venena pota. Epimedion caulis eſt nõ magnꝰ hederę folijs denis: atq; duodenis: nunq̃ florẽs: radice tenui nigra graui odore. Naſcitur ĩ humidis: & huic ſpiſſandi refrigerandiq; natura. Fœminis cauenda. Folia in

Empetrõ

Epimedij folia mammas cohibens.

vino trita virgium mammas cohibent. Eneaphyllon longa folia nona habet: cauſticæ naturæ. Imponi-
tur lana circundata: ne vrat latus: continuo enim puſtulas excitat: lumborum doloribus et coxendicum
vtiliſſimum. Filicis duo genera nec flores habent: nec ſemen. Pterin græci vocant: aliȷ blachnon cuiꝰ ex
vna radice q̄plures exeunt filices: bina etiam cubita excedentes longitudine: non graues odore. Hanc
marem exiſtimant. Alterum genus thelipterin græci vocāt. aliȷ Nympheo pterin. Eſt autem ſingularis
atq; fruticoſa breuior molliorq; et denſior foliȷs ad radicem canaculata. Vtriuſq; radice ſues pingueſcūt
Folia vtriſq; lateribus pinnata: vnde nomen græci impoſuere. Radices vtriq; longæ in obliquum: nigræ:
pręcipue cum inaruere. Siccari autem eas ſole oportet. Naſcuntur vbiq;: ſed maxime frigido ſolo. Effo-
di debent vergiliȷs occidentibus. Vſus radicis in trimatu tantum: neq; ante/ neq; poſtea. Pellunt intera-
neorum animalia. Ex iȷs tineas cum melle. Cætera ex vino dulci triduo potæ. Vtraq; ſtomacho inutiliſ-
ſima. Aluum ſoluit primo bilem trahens: mox aquam. Melius tineas cum ſcamoniȷ pari pondere. Ra-
dix eius duum obolorum pondere ex aqua poſt vnius diei abſtinentiam bibitur: melle prægustato cōtra
reumatiſmos. Neutra danda fœminis: quoniam grauidis abortum: cæteris ſterilitatem facit. Farina ea- Aduerte:
rum vlceribus tetris inſpergitur. Iumentorum quoq; ceruicibus. Folia cimicem necant. Serpentem nō
recipiunt. Ideo ſuſterni vtile eſt in locis ſuſpectis. Vſtæ etiam fugāt nidore. Fecere medici huius quoq;
hęrbæ diſcrimen. Optima macedonica eſt. Secunda caſſiopica. Femur bubulum appellatur hęrba ner-
uis & ipſa vtilis: recens in aceto ac trita ſale. Galeopſis: aut vt aliȷ galobdolon vel galion. Caulem & fo-
lia habet vrticæ: leuiora: & quę grauem odorem trita reddant. Flore purpureo. Naſcitur circa ſepes ac
ſemitas vbiq;. Folia cauleſq; duritias: & carcinomata ſanant: ex aceto trita & impoſita. Item ſtrumas.
Panos & parotidas diſcutiuntur. Ex vſu eſt & decocto ſucco fouere. Putreſcentia quoq; & grangrenas
ſanat cum ſale. Glaux antiquitus eugalacton vocabatur cythiſo & lenticulæ foliȷs ſimilis auerſa candi- Nota:
diora. Rami in terram ſerpunt quini ſeniue admodum tenues ab radice. Floſculi purpurei exunt. Inue-
nitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitione ſimilaginis ad excitandam vbertatem lactis: eamq; qui hauſe-
rint balneis vti conuenit.

## ¶ De glaucio: & glycyſide: & glaphalio: ſiue chamezelo: & galedrago: & holco: & hyoſiri: & holoſteo: & hipopeſto. CA.X.

GLaucion in ſyria parthia naſcitur humilis hęrba denſis foliȷs fere papaueris: minoribꝰ tñ: ſor-
didioribuſq;: odoris tetri: guſtꝰ amari cū aſtrictione. Granū habet crocei coloris. Hoc in olla fi
ctili luto circūlitū in clibanis calefaciūt: deinde exēpto ſuccū exprimūt eiuſdem nominis. Vſus
eſt & ſucci & foliorum ſi terant̄ aduerſus epiphoras: q̄ vniuerſæ vno īpetu cadunt. Hinc tēperat̄
collyriū: qd̄ medici diaglauciō vocāt. Lactis quoq; vbertas ītermiſſa reſtituitur. Sumit̄ eiꝰ rei cā ex aqua
Glycyſide: quā aliqui poeniā aut pētorobon vocāt: caulē habet duū palmorum: comitantibꝰ duobus aut
tribus ſubrutilum cute lauri folia qualia īſaris pinguiora rotundioraq; & minora. Semen in ſiliquis aliud Vel nucis
grano rubēte: aliud nigro. Duo aut ē genera ſunt. Fœmina exiſtimat̄ cuius radicibus ceu balani longio-
res circiter octo aut ſex inhærent. Mas plures habet: q̄m nō vna radice nixꝰ eſt: palmi altitudine: candi-
daq;. Ea guſtu aſtringit. Fœminæ folia myrrhā redolēt: & denſiora ſūt. Naſcuntur in ſiluis. Tradūt no- miȝ de pi
ctu effodiēdas: q̄m Pico martio īpetum in oculos faciente īterdiu periculoſū ſit. Radix vero cū effodiat̄: co martio
periculū eſſe ne ſedes ꝓcidant. Magna id vanitate ad oſtentationem rei fictum arbitror. Vſus in iȷs diuer
ſis. Rubra em̄ grana rubētis mēſes ſiſtunt. xv. fere pota in vino nigro. Nigra grana vuluis medent̄ ex paſ
ſo: aut vino totidē pota. Radix oēs ventris dolores ſedat in vino: aluūq; purgat. Sanat opiſthotonū: mor
bum regiū: renes: veſicā. Matricē aūt & ſtomachū decocta in vino. Aluūq; ſiſt. Eſſur etiā cōtra malū mē-
tis: ſed in medendo. iiiȷ. drachmæ ſatis ſunt. Grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibꝰ nocturnis in vino
pota quo dictum eſt numero. Stomacho vero & roſionibus & eſſe ea & illinire ꝓdeſt. Suppuratiōes quo
q; diſcutiunt̄. Recentes nigro ſemine: veteres rubro. Vtrunq; auxiliat̄ a ſerpente ꝑcuſſis. Et pueris con-
tra calculos incipiente ſtranguria. Gnaphalion aliȷ Chamezelon vocant. Cuius foliȷs albis mollibuſq; ꝓ
Tomento vtuntur. Sane & ſimilia ſunt. Dat̄ in vino auſtero ad dyſenteriam: ventris ſolutiones. Menſeſ-
q; mulierum ſiſtit. Infundit̄ autem tenaſmo. Illinit̄ & putreſcentibus vlcerum. Galedragon vocat Xeno- Vel ęſtate
crates leucacantho ſimilem paluſtrem & ſpinoſam: caule ferulaceo alto: cui ſummo in capite inhæreat ſi
mile ouo. In hoc excreſcente ætate vermiculos naſci tradunt: quos pyxide cōditos adalligari cum pane
brachio ad ea partem qua dens doleat: mireq; illico dolorem tolli. Valere non diutius anno & ita ſi terrā Vermicu-
non attigerit. Holcus in ſaxis naſcit̄ ſiccis. Ariſtas habet in cacumine tenues culmo: quale hordeum re- li ad dētiū
ſtibile. Hęc circa caput adalligata. vel circa lacertum eduxit e corpore ariſtas. Hanc quidam ob id ariſti- ſedēdū do
dā vocāt. Hyoſiris ītumo ſimilis/ ſed minor: & tactu aperior. Vulneribꝰ cōtuſa ꝑclare medet̄. Holoſteō lorem.
ſine duricia hærba ex aduerſo appellata a græcis: ſicut fel dulce: tenuis vſq; & capilamenti ſpeciem lon-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0425-5

gitudine quattuor digytorũ ceu gramẽ folijs anguſtis aſtringens guſtu. Naſcit̃ in collibus terrenis. Vſus
Vel venæ eius ad conuulſa rupta in vino pota. Vulnera quoqꝫ conglutinat. Nam & carnes concoquuntur addita.
Hypopheſton naſcitur in ſpinis: ex quibus fiunt eneę fulloniæ: ſine cauliculo: ſine flore: capitulis tantuʒ
inanibus: & folijs paruis: multis: hęrbacei coloris: radiculas habens albas: molles. Succus earũ exprimi
tur æſtate ad ſoluendam aluum tribus obolis: maxime in comitialibus morbis: & tremulis: hydropicis.
Contra vertigines: orthopnoeas: paralyſes incipientes.

¶ De hypogloſſa: & hypeco: idæa: iſopyro: latyri: leontopetalo lirapſo.
lito ſpermo: lapide vulgari: de limeo leuco. CA. XI.

Hypogloſſa folia habet figura ſilueſtris myrti cõcaua ſpinoſa: & in ijs ceu linguas folio puo ex-
eunte de folijs. Capitis dolorem corona ex ijs impoſita minuit. Hypecoon in ſegetibꝰ naſcit̃:
folijs rutæ. Natura eius eadem quæ papaueris ſucco. Ideæ hærbe folia ſunt quę oxymyrſinæ
adhęrent his velut pampini in quibus flos. Aluum menſeſqꝫ & omnem abundantiam ſangui
nis ſiſtit. Spiſſandi cohibendiqꝫ naturam habet. Iſopiron vocant aliqui phaſioliom: quoniam folium q̃d
eſt aniſo ſimile in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſũmo caule tenuia. Plena ſeminis melanthij. Cõ
tra tuſim & cætera pectoris vitia ex melle & aqua mulſa: Item iocineri vtiliſſima. Lathyris folia habet
multa lactucæ ſimilia tenuiora germina multa: in quibus ſemen tuniculis continetur & capparis: quæ
Vel rapo- cuʒ inaruere eximuntur grana: Piperis magnitudine: candida: dulcia: facilia purgatu. Hęc vicena in a-
dion. qua pura aut mulſa pota hydropicos ſanant. Trahunt & bilem. Qui vehementius purgari volunt: cum
foliculis ipſis ſumunt eam: ſtomachum lædunt. Itaqꝫ inuentum eſt: vt cum piſce aut iure gallinacei ſu-
merẽtur. Lenotopetalon alij rhapeion vocant: folio braſſicæ: caule ſemipedali: alæ multę: ſemen in cacu
mine in ſiliquis ciceris modo. Radix rapę ſimilis: grãdis: nigrę. Naſcitur in aruis. Radix aduerſatur om-
nium ſerpentium generibus ex vino pota: nec alia res celerius ꝓficit. Datur & ichiadicis. Lycopſis lon-
gioribus q̃ lactuca eſt folijs: craſſioribuſqꝫ. Caule lõgo hirſutis: adnatis multis: cubitalibus: flore paruo:
purpureo. Naſcitur in campeſtribꝰ. Illinitur cuʒ farina hordeacea igni ſacro. Sudorem in febribꝰ mouet
ſucco aquę calidæ admixto. Inter omnes hærbas litoſpermo nihil eſt mirabilius. Aliqui hygonichon vo
cant: alij dioſpiron: alij heraclion. Hęrba quincũcialis fere folijs duplo maioribꝰ q̃ rutę: ramuli ſurculo
ſis craſſitudine iunci. Gerit iuxta folia ſingulas veluti barbulas: & earum in cacuminibus lapillos cando
re: & rotunditate margaritarum magnitudine ciceris. Duritia vero lapidea. Ipſi qua pediculis adhęre-
ant cauernulas habent & intus ſemen. Naſcitur & in italia: ſed laudatiſſima in cræta. Nec quicq̃ inter hęr
bas maiore quidem miraculo aſpexi. Tantus eſt decor velut aurificum arte alternis inter folia candicã-
tibus margaritis tam exquiſita difficultas lapidis ex hęrba naſcentis. Iacere atqꝫ humi ſerpere auctores
tradunt. Ego vulſam nõ hęrentem vidi. Ijs lapillis drachmę pondere potis in vino albo calculos frangi:
pelliqꝫ cõſtat: & ſtranguriam diſcuti. Neqꝫ in alia herbarum fides eſt. Viſus ſtatim ad quãcũqꝫ medicinã
nata ſit: eſt auteʒ eius ſpecies vt etiam ſine auctore vſus ſtatim noſci poſſit. Lapis vulgaris iuxta flumina
fert muſcum ſiccum canũ. Hic fricatur altero lapide addita hominis ſaliua. Illo lapide tangit̃ impetigo.
Qui tãgit dicit. Pheugete cantharides lycos agrios hymas doci. Limeum hęrba appellatur a gallis: qua
Venenuʒ ſagittas in venatu tingunt medicamento: quod venenum ceruarium vocant. Ex hac ĩ tres modios ſaliua
ceruariũ. ti additur tantum q̃tum in vna ſegeta addi ſolet: ita oſſa dimittitur in boum faucibus in morbis. Alligari
poſtea ad preſepia oportet donec purgentur. Inſanire enim ſolẽt. Si ſudor inſequitur aqua frigida ꝑfun
di. Leuce mercuriali ſimilis nomẽ ex cauſa accepit ꝑ mediuʒ cãdida linea tranſcurrẽte. Quare meuſoleu
con quidam vocant. Succus eius fiſtulas ſanat. Ipſa cõtrita carcinomata. Fortaſſis eadem ſi quæ leucas
appellat̃. Cõtra omnia marina venena efficax. Speciẽ eius auctores nõ tradunt: nec aliud q̃ ſilueſtreʒ la-
tioribus folijs: eſſe efficatiorem hanc ſemine acriore. Leucographis qualis eſſet ſcriptum non repperi.
Quod & magis miror: quoniã vtilis proditur ſanguinem excreantibus tribus obolis cum croco. Iteʒ cœ
liacis trita ex aqua & appoſita. Profluuio fœminarũ. Oculorum quoqꝫ medicamentis. Et explendis vlce
ribus quæ fiunt in teneris partibus corporis.

¶ De medio: & myoſota: & myagro: & natrice: & othone: & onoſma: & onopordo: & oxyri: & oxye: &
batrachio: & polygono: et leucanthemo: et plythema: et phyllo: et phellandrio: et phuleri: et polyrrhi-
ʒo: et proſerpinaca: et de rhecoma: de reſeda et ſtoechade. CA. XII.

vel ſeridis Medion folia habet iridis ſatiuę: caulem tripedalem: et in eo flore grãdẽ purpureũ rotundum
ſemine minuto: radicem ſemipedalem. In ſaxis opacis naſcitur. Radix drachmis. ij. cum mel
le menſes fœminarum ſiſtit eligmate per aliquot dies ſumpto. Semen quoqꝫ in vino tritum
contra abundantiam fœminarum datur. Myoſata ſiue myoſotis leuis hærba: caulibus pluribus ab vna
radice aliquatenus rubentibus concauis ab imo: folijs anguſtis oblongis: dorſo acuto nigris per iterual-

la aſſidue geminãtis & tenuibus cauliculis ex aliꝭ prodentibus: flore cæruleo. Radix digytali craſſi
tudine multis capillamentis fibrata. Vis ei ſeptica & exulceratrix: ideoq; ægylopas ſanat. Tradunt
ægyptij menſis quem thiatin vocant: die.xxvij. fere in auguſto menſe incurrente: ſi quis huius hęrbę
ſucco iungatur mane priuſq; loquatur nõ lippiturum eo anno. Myagros hęrba ferulacea eſt folijs ſi-
milis rubię tripedanea. Semen oleoſum. quod & fit ex eo. Medetur oris vlceribus perunctis hoc ſuc-
co. Hærba quæ vocatur nigina tribus folijs lõgis intubaceis illita cicatrices ad colorem redducit. Na
trixvocatur hęrba: cuius radix euulſa virus hirci redolet. Hac in piceno a fœminis abigunt: quos mi
ra perſuaſione fatuor vocant. Ergo ſpẽs lymphantium hoc modo animorum eſſe credimus: qui tali
medicamento iuuentur. Odontides inter fœni genera eſt cauliculis denſis ab eadem radice genicu-
latis triangulis nigris geniculis. Folia parua habet longiora tamen q̄ poligonon. Semen in alijs hor-
deo ſimile florem purpureum: puſillum. Naſcitur in pratis. Decoctum cauliculorum eius in vino au
ſtero quantum manus capiat: dentium dolori medetur: ita vt contineatur ore. Othone in ſyria naſci-
tur ſimilis erucæ perforatis crebra folijs flore croci: quare quidam anemones vocauerũt. Succus ei⁹
oculoruꝫ medicamẽtis cõuenit. Mordet enim leuiter & calfacit aſtringitq; ſiccando. Purgat cicatri-
ces & nubeculas: & quicquid obſtat. Quidam tradunt leuari: atq; ita ſiccatam digeri in paſtilos. Ono
ma longa folia habet fere ad tres digytos in terra iacentia tria ad ſimilitudinem anchuſæ inciſa ſine
caule ſine flore ſine ſemine. Prægnans ſi edat eam aut ſupra gradiatur: abortum facere dicitur. Ono- Pregnans ſi
pordon ſi comederint aſini: crepitus reddere dicuntur. Trahit vrinas & menſes. Aluuꝫ ſiſtit. Suppura onoſmã ſup-
tiones & collectiones diſcutit. Oſiris ramulos fert nigros tenues lentos. & in iꝭ folia nigra ſeu lini. Se gradiatur ab
menq; in ramulis nigrum initio: dein colore mutato rubeſcens. Smegmata mulieribus faciunt ex iꝭ. hortiuũ red-
Radicum decoctum potum ſanat arcuatos. Eædem priuſq̄: matureſcat ſemen: conciſæ & ſole ſiccatę dit
aluum ſiſtunt. poſt maturitatem vero collectæ & in ſorbitione decoctæ rheumatiſmis ventris medẽ-
tur: & per ſe tritæ ex aqua cæleſti bibuntur. Oxis folia terna habet. Datur ad ſtomachum diſſolutum
Edunt & qui enterocelon habent. Polyanthemum: quam quidam batrachion appellant: cauſtica vi
exulcerat cicatrices: & ad colorem redducti. Eademq; vitiligines concorporat. Polygonon gręci vo-
cant quam nos ſanguinariam: non attollitur a terra folijs rutę ſimilis gramini. Succus eius infuſus na Feminalem.
ribus ſupprimit ſanguinem: & potus cum vino cuiuſlibet partis profluuium excreationeſq; cruentas
inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt: hanc marem intelligi volunt: appellariq; a multitudine
ſeminis aut denſitate fruticis calligonon. Alij polygonaton frequentia geniculoruꝫ alij athalida: alij
carcinothron: alij clema: multi Myrtopetalon. Necnon inueniunt qui hanc fœminam eſſe dicant.
Marem autem maiorem: minuſq; nigram & geniculis denſiorem: ſemine ſub omnibus folijs turge-
ſcentem. Quocũq; hęc modo ſe habeant: vis earum eſt ſpiſſare ac refrigerare. Semine aluum ſoluunt
largius ſumpto. Vrinam cient. Rheumatiſmos cohibent. Quibus ſi non fuere: nõ ꝓſunt. Stomachi feruo
ri folia imponuntur. Veſice dolori illinuntur: & ignibus ſacris. Succus & auribus purulentis inſtilla-
tur: & oculorum dolori per ſe. Dabatur & in febribus ante acceſſiones duob⁹ cyathis in tertianis qua
ternisue precipue. Item cholericis dyſentericis: & in ſolutione ſtomachi. Tertium genus oreon vo-
catur in montibus naſcens: arũdini teneræ ſimile: vno caule: denſis geniculis: & in ſe fractis. Folijs au vel farctis.
tem picece: radicis ſuperuacuæ: inefficacius q̄ ſuperiora: peculiare iſchiadicis. Quartuꝫ genus ſilueſtre
appellatur pene arboris frutice radice lignoſa ſtirpe cedri rubicũdo. Ramis ſparti binum palmoruꝫ
nigris geniculorum ternis quaterniſq; articulis. Huic quoq; ſpiſſandi natura. Sapor mali cotonei. De
coquitur in aqua ad tertias: aut aridi farina inſpergitur: & oris vlceribus: & atritis partibus. Propter
gingiuarum vero vitia ipſa cõmanducãtur. Nomas ſiſtit: omniaq; q̄ ſerpunt aut difficilem cicatricem
hñt. Priuatim vero ſanat a niue facta vlcera. Hærbarij & ad anginas vtuntur illa. Et in capitis dolore
coronam ex eo imponunt. Et cõtra epiphoras collo circũdant. In tertianis quidẽ ſiniſtra manu euul-
ſam adalligant: adeo cõtra ꝓfluuia ſanguinis. Nec illam magis aridaꝫ quã polygenũ ſeruãt. Pãcratiõ
aliqui ſcyllam puſillã appellare malũt: folijs albi lilij lõgioribus craſſioribus. Radice bulbi. magni co
lore ruffo. Aluum ſoluit ſucco cum farina erui ſumpto. Vlcera purgat. Hydropicis ſpleniciſq; cũ mel
le datur. Alij decoquunt eam donec aqua dulcis fiat. Eaq; effuſa radicem terentes digerunt in paſtil-
los ſole ſiccatos & poſtea vtuntur ad capitis vlcera: & cętera quę repurgãda ſunt. Item ad tuſſim quã
tum tribus digytis apprehenderint: in vino dantes. Et ad lateris dolores aut peripneumonicis elyg-
ma dantes. Propter iſchiada in vino bibendum. Et ꝑ tormina menſeſq; ciẽdos. Peplos: quam aliqui
ſychem Pelops meconion aphrodes vocãt ex vna radice tenui frutificat: folijs rutæ paulo latioribus
ſemine ſub folijs rotundo: minore candido q̄ papaueris. Inter vites fere colligitur meſſibus. Siccatur
q; cum fructu ſuo ſubiectis aquis: in quas excidant. Hoc poto aluus ſoluitur. Bilis ac pituita detrahi
tur. Media potio eſt acetabuli menſura in aquæ mulſæ hominis tribus & cibis inſpergitur obſonijſq;



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0427-7
DFG

ad moliendam aluum. Peryclimenos fruticat & ipſa ex interuallo duo folia habens ſubcandida mol
lia. In cacumine autem ſemen inter folia durum: & qđ difficile euellatur. Naſcitur in aruis ac ſepib⁹
conuoluês ſe aminiculis quibuſcūq;. Semen eius in vmbra ſiccatum tunditur: & in paſtillos digerit.
Ij reſoluti dantur in vini albi cyatis tribus tricenis diebus ad lyenē: eumq; vrina cruenta aut p aluū
abſumit quod intelligitur a decimo ſtatim die. Vrinam cient & folia decocta. Aquę & ortopnoicis p
ſunt. Partum quoq; adiuuant: ſecundaſq; pellūt pota ſimili mō pelecinum in ſegetibus diximus naſci
fruticoſam: cauliculis: folijs ciceris. Semē in ſiliquis fert corniculorum modo adūcis ternis quaterniſ
ue qua legit nouimus amarę. ſtomacho vtilem. Addit in antidotis. Polygala palmi altitudinē petit: in
caule ſummo folijs lenticulæ: guſtu aſtricto: quę pota lactis abundantiā facit. Poterion aut vt alij vo-
cant phrynion vel neruas large fruticat: ſpinis retorrida: lanugine ſpiſſa: folijs paruis: rotundis: ramu
lis: longis: mollibus lentis: tenuibus: flore lōgo: hęrbacei coloris: feminis nulli vſus: ſed guſtu acuto &
odorato. Inuenitur in aquoſi collibus. Radices habet duas aut tres binū cubitorum in altitudine ner
uoſas candidas: firmas. Circūfoditur autūno & pręciſo frutice. Dat ſuccum gūmi ſimilem. Radix mi
ra vulneribus ſanandis traditur: pcipueq; neruis vel præciſis illita. Decoctum quoq; eius cum melle
potum diſſolutiones neruorum & infirmitates & inciſuras iuuat. Phalangites a quibuſdam phalāgiō
vocatur: ab alijs leucāthemon: vel vt in quibuſdam exēplaribus inuenio leucacātha. Ramuli ſunt ei
nunq̄ pauciores duobus in diuerſa tendētes. Flos candidus lilio rubro ſimilis: ſemine nigro: Plato: ad
lenticulæ dimidiæ figuram multo tenuiore: radice hęrbacei coloris. Huius folio vel flore vel ſemine
auxiliatur contra ſcorpionum phalāgiorumq; & ſerpentium ictus. Item cōtra tormina. Phytheuma
qualis ſit deſcribere: ſuperuacuum habeo: cum ſit vſus eius tātum ad amatoria. Phylon a græcis vo-
vel q est ſiſe — catur hærba in ſaxoſis montibus fœmina magis hærbacei coloris: caule tenui: radice parua: ſemine
incipienti o- — rotundo: papaueri ſimili. Hec ſui ſexus facit partus. Mares autē ſemine tantum differunt: quod eſt in
liuæ. — cipiente oliua. Vtrunq; bibitur in vino. Phellandrion naſcitur in paluſtribus: folio apij. Bibitur ſemē
☞ eius propter calculos & veſicæ incommoda. Phalaris thyrſum habet longum tenuem ceu calamum
Proſerpina — in ſummo flore inclinatum. Semen ſeſaniæ ſimile. Et hoc calculos frangit potum ex vino vel aceto
ca hær. preci — vel cum melle & lacte. Item etiam vitia veſicæ ſanat. Polyrrhizon folia habet myrti: radices multas.
pue laſſitudi — Hæ tuſæ dantur in vino cōtra ſerpentes. Proſunt & quadrupedibus. Proſerpinaca hærba vulgaris ē
ni vtilis. — eximij aduerſus ſcorpiones remedij. Eadem contrita addita muria & oleo anginaꝫ eximie curari tra
dunt. Præterea in quālibet laſſitudine recreati deffeſſos: etiam cum obmutuerint: ſi ſubijciatur lin-
guæ. Si deuoretur: vomitionem ſequi ſalutarem. Rhecoma affertur: ex ijs quæ ſupra potum ſunt re-
gionibus. Radix caſto nigro ſimilis minor & ruffior paulo ſine odore: calfaciens guſtu & aſtringens.
Eadem trita vini colorem reddit ad crocum inclinantem. Illita collectiones inflammationeſq; ſedat.
Vulnera ſanat. Epiphoras oculorum ſedat ex paſſo illita: inſignita cum melle. Et alia liuentia ex ace
to. Farina eius inſpergitur contra cacoethe & ſanguinem reijcientes drachmæ pondere in aqua. Dy
ſentericis etiam & cæliacis ſi febri careant in vino. Sin aliter ex aqua. Facilius teritur nocte antecedē
te madefacta. Datur & decoctum eius bibendum duplici menſura ad rupta conulſa contuſis ex ſubli
mi deuolutis. ſi pectoris ſint dolores additur piperis aliquid & myrrhę. Si diſſolutio ſtomachi ex fri-
gida aqua ſumitur: ſiue intus ſiue extra purulentis execrationibus. Item epaticis: ſpleneticis: iſchiadi
cis ad renum vitia: ſuſpiria ortopneas. Arteriæ ſcabricias ſanat ex paſſo tribus obolis potis trita: aut
decoctnm eius. Lichenas quoq; ex aceto purgat. Bibitur contra inflationes: & perfricationes: febres
☞ frigidas: ſingultus tormina: aſperitates: capitis grauitates: melancholicas vertigines: laſſitudinem:
dolores: & conuulſiones. Circa ariminum nota eſt hærba: quā roſedam vocant. Diſcutit collectiones:
mira vanitas — inflammationeſq; omnes. Qui curant ea: addunt hęc verba. Reſeda morbos reſeda: ſcijne ſcijne quis
hic pullos egerit? radices nec caput nec pedes habeant. Hæc ter dicunt. totienſq; deſpuūt. Stoechas
in inſulis tm̄ eiuſdē nominis gignitur odorata hærba: coma hyſopi: amara guſtu. Mēſes cit potu: pe-
ctoris: dolores leuat. Antidotis quoq; miſcetur.

¶ De ſolano: & ſmyrnio: & trelephio: & trichomane: & thalietro: & thlaſpe: &
gonia &: tragoni: & trago: & tragopogo: & ſpodile. Et q quidam morbi in qui-
buſdam non ſunt gentibus CA. XIII.

SOlamum græci ſtrychnon vocant: vt tradit Cornelius Celſus: Huic vis reprimendi refrige-
randiq;. Smyrmion caulem habet apij: folia latiora: & maxīe circa ſtolones multos: quoruꝫ a
ſinu exiliunt pinguia ad terram infracta odore medicato cum quadam acrimonia iucūda co
lore: in luteum langueſcente: a capitibus caulium orbiculatis vt apij ſemine rotundo: nigro: qui are-
Vel aneti. — ſcit incipiente æſtate. Radix quoq; odorata: guſtu acri mordet: ſuccoſa: mollis. Cortex eius fortis ni-
ger: intus pallidus. Odor myrrhæ habet qualitatem vnde & nemen naſcitur & in ſaxoſis collibus &

terrenis Vſus eius excalfacere:extenuare. Vrinam & menſes ciunt folia & radix. Aluum ſemen ſiſtit
Radix collectones & ſuppurationes nõ veteres. Item duricias diſcutit illita. Prodeſt & contra phal⸗
langia:ac ſerpentes admixto chachry aut polline:aut melyſſophyllo in vino pota: ſed particulatim
quoniam vniuerſa vomitionem mouet. Qua de cauſa aliquando cum ruta datur. Medetur tuſſi & or
topnoeæ ſemen vel radix. Item thoracis/aut lyenis/& renum/& veſicę vitijs. Radix autem ruptis cõ
uulſis. Partus quoq; adiuuat:& ſecundas pellit. Datur iſchiadicis cum crethmo in vino. Sudores ciet
& ructus. Ideo inflationem ſtomachi diſcutit. Vulnera ad cicatricem pducit. Exprimitur ſuccus radi
cis vtilis & fœminis:& thoracis:præcordiorumq; deſiderijs. Calfacit.n.& cõcoquit:& purgat. Semẽ
peculiariter hydropicis datur potu:quibus & ſuccus illinitur & malagmate cortice arido. Et ad obſo
nia vtuntur cum mulſo & oleo:& garo:maxime in elixis carnibus ſimul. Concoctiones facit. Sapore
ſimillima piperi. Eadem in dolore ſtomacho efficax. Telephion portulacæ ſimilis & caule & folijs.
Rami a radice ſepteni octoniq; fruticãt:folijs craſſis:carnoſis. Naſcitur in cultis & maxime inter vi⸗
tes. Illinitur lentigini:& cum inaruit:teritur Illinitur & vitiligini:ternis fere menſibus ſenis horis no
ctis aut diei poſtea farina hordeacea illinitur. Medetur & vulneribus:& fiſtulis. Trichomanes adian
to ſimilis eſt:exilius modo:nigriuſq;:folijs lenticulæ denſis:amaris:aduerſis inter ſe. Decoctum eius tricho. ſucc⁹
ſtrangurias ſanat in vinõ albo potum:addito cymino ruſtico. Succus cohibet capilos defluentes: aut capillos repa
ſi effluxerint repparat. Alopeciaſq; denſat tritum & in oleo illitum. Sternutamenta quoq; guſtatu rans.
mouet. Thalietrum folia coriandri habet:pinguiora paulo:caulem papaueris. Naſcitur vbiq; preci⸗
pue in cãpeſtribus. Medetur vlceribus folia cum melle. Thalaſpe duum generum eſt anguſtis folijs
digytali longitudine & latitudine in terram verſis:in cacumine diuiſis:cauliculo ſemipedali: non ſi⸗
ne ramis peltarum ſpetie:ſemine incluſo lenticulæ effigie: niſi q; infringitur:vnde nomen. Flos albi⸗
cat. Naſcitur in ſemitis & ſepibus. Semen aſperi guſtus. Bilem & pituitam vtrimq; extrahit. Modus
ſumendi acetabili menſura. Prodeſt & iſchiadicis infuſuz:donec ſanguinem extrahit. Menſes quoq; vel vtraq;
cit:ſed partus necat. Alterum thlaſpen aliqui perſionaps vocant latis folijs:radicibus magnis. Et ip⸗
ſum vtile iſchiadicorum infuſioni. Prodeſt & inguinibus vtrunq;. Præcipitur vt qui colligit:dicat ſu⸗ Mirum.
mere ſe contra inguina:& cõtra oẽs collectiones:& contra vulnera:vnaq; manu tollat. Tragonia hęr tragenia tri⸗
ba qualis ſit:nõ traditur. Credo & falſum eſſe pmiſſum Democriti. Potentoſum.n.eſt adalligataz tri duo lyenem
duo abſumere lyenes. Tragonis:ſiue ragion naſcitur in creta tantuz inſula in maritimis: iuniperio ſi abſumens.
milis & ſemine & folio & ramis. Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus vel ſemen impoſitione ſpicu⸗
la e corpore eijcit. Tunditur recens. & cum vino illinitur:aut ſiccæ farina cum melle. Eodem lactis a⸗
bundantiam facit mamiſq; vnicę medetur. Eſt & alia hęrba tragos quam aliqui ſcorpion vocant:ſe⸗
mipede alta fruticoſa:ſiue folijs:puſilis racemis rubentibus grano tritici acuto cacumine: & ipſa in
maritimis naſcens. Huius ramorum.x.aut.xij.cacumina trita ex vino pota cęliacis:dyſentericis:ſan⸗
guinem execrantibus menſiumq; abundantiæ auxiliantur. Eſt & tragopogon:quẽ aliquomen vocãt
Caulem habet paruum:folijs croci:radice longa:dulci ſuper:caulẽ calice lato:nigro. Naſcit in aſpe⸗
ris ſine vſu. Et de hærbis quidem memoria digna hactenus accipimus:aut comperimus. In fine earũ
admonere non ab re iudicamus:alijs alias virium ætates eſſe. Longiſſimo tempore durat elaterium
vt diximus. Chameleon niger.xl.annis. Centaurium non vltra duodecim. Peucedanum & ariſtolo⸗
chia quinq; aut ſex:vitis ſilueſtris anno in vmbra ſeruantur. Et animalium quidem cæterorum nullũ
aliud radices a nobis dictas attingit:excepta ſpondile:quę omnes perſequitur. Genus id ſerpentis ẽ:
Ne illud quidem dubitatur:omnium radicum vim effectuſq; minui:ſi fructus prius matureſcant. Itẽ
ſeminum ante radice propter ſuccum inciſa. Reſoluitur autem omnium vis conſuetudine. Et deſi⸗
nunt prodeſſe cum opus eſt:quę quottidie in vſu fuere: æquę q̃ noſcere. Omnes vero hærbę vehemẽ
tiores effectu viribuſq; ſunt in frigidis locis & in aquilonis. Item ſiccis. Sunt & gentium differentię nõ
mediocres. Sicut accepimus de tineis:lombriciſq; ineſſe ægypti Arabiæ ſyriæ:cilicæ populis. E di⸗
uerſo græciæ: phrygię omnino nonnaſci. Minus id mirum q̃ q; in confinio atticæ boetiæq; thebanis
innaſcuntur:cum abſint athenienſibus. Quæ contemplatio aufert nos ad ipſorũ animalium naturas.
Ingenitaſq; iſs vel certiores morborum omnium medicinas. Rurſus enimuero rerum omnium parẽs
nullũ animal ad hoc tantum vt paſceretur:aut alia ſatiaret:naſci voluit. Quin artes ſalutares inſeruit
& viſceribus. Quippe cum ſurdis etiam rebus inſeruit. Tumvero illa animæ auxilia præſtantiſſima
ex animalia eſſe voluit contemplatione ante cuncta mirabili.

## ¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISRORIAE LIBER. XXVIII.
## PROHEMIVM.

¶De medicinis.ex animalibus CA.I

DICTAE ERANTOMNIVM RERVM NATVRAE INTER CAE-
lum ac terram naſcentium: reſtabantq; quæ ex ipſa tellure fodiuntur: ſi nõ hær-
barum: ac fructicum tracta remedia auferrent tranſuerſos: ex ipſis animalibus:
quæ ſanantur reperta maiore medicina. Qui ergo diximus hærbas & floruz ima
gines: ac plæraq; inuentu rara ac difficilia. ijdem tacebimus: quid in ipſo homie
proſit homini? cęteraq; genera remediorum inter nos viuentia? cum præſertim
niſi carenti doloribus morbiſq;: vita ipſa pœna fiat. Minime vero. Quin omnem
inſumemus operam: licet faſtidij periculum vrgeat: quando ita decretum eſt mi
norem gratię q̃ vtilitatem vitę reſpectum habere. Quinimmo extrema quoq; & barbaros etiam rit⁹
indagabimus. Fides tãtum auctores appellet. Quãq̃ & ipſi cõceſſu ꝓptij iudſcij ita eligere laboraui-
mus: potiuſq; curę reruz: q̃ copię inſtitimus. Illud admonuiſſe perq̃ neceſſariũ eſt: dictas iã a nobis na
turas aialium: & q̃ cuiuſq; eẽnt inuẽta. Neq; eñ minus ꝓfuere medicinas reperiẽdo: q̃ ꝓſunt prębẽ-
do. Nunc q̃ in ipſis auxilientur indicari: neq; illic in totum omiſſa. Itaq; hęc eẽ quædã alia: illis tñ cõ-
nexa. Incipiem⁹ aũt ab hoie: ipſũ ſibi exq̃rentes: immẽſa ſtatim difficultate obuia. Sãguinẽ nãq; gla-
diatorum bibũt: vt bibentibus populis ꝓcul ſint comitiales morbi. Q̃d ſpectare faciẽtes eadẽ harena
feras quoq; horror eſt. At hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putãt calidũ: ſpirantẽq;:
& vna ipſam animam ex oſculo vulnerum. Cum e plagis hunc ne ferarum quidem admoueri ori fas
ſit humano. Alij medullas crurum quærũt & cereberum infantium. Nec pauci apud græcos ſingulo
rum viſcerum membrorumq; etiam ſapores dixere. Omnia perſecutiuſq; ad reſegmina vnguium.
Quaſi vero ſanitas videri poſſit feram ex homine fieri. Quin morbo dignum non ipſa medicinæ gra-
tia. ęgregia hęrcule fruſtratione ſi non proſit. Aſpici humana exta nefas habetur quãtomagis man-
di. Quis iſta inuenit oſtenta? Tecum enim res erit euerſor iuris humani: mõſtrorumq; artifex: qui pri
mus ea cõdidiſti. Feciſti credo ne vita tu i obliuiſceretur. Quis inuenis ſingula membra humana mã
dere? Qua coniectura inductus? Quam poteſt medicina iſta origiuem habuiſſe? Quis veneficia inno
centiora effecit q̃ remedia? Eſto barbari externiq; ritus inuenerint. Etiam ne gręci ſuas fecere has ar
tes? Democriti extant cõmemorationes ad alia noxij hominis & ex capite oſſa plus prodeſſe: ad alia
amici & hoſpitis. Iam vero vi interempti dente gingiuas in dolore ſacrificati. Apollonius efficaciſſi-
mum ſcripſit. Miletus oculorum ſuffuſiones felle hominis ſanari. Artemon caluaria interfecti: igniq;
cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem ſuſpendio interempti cata
potia fecit contra canis rabidi morſus Antheus. Atq; etiam quadrupedes homines ſanauere: contra
inflationes boum perforatis cornibus inſerentes oſſa humana. Vbi homo occiſus eſſet aut crematus
ſiliginem quę pernoctaſſet: ſuum morbis dando. Procul a nobis noſtriſq; litteris abſint iſta. Nos auxi-
lia dicemus non piacula. Sicubi lactis puerperarum vſus moderi poterit: ſicubi ſaliua tactuſue cor-
poris cæteraq; ſimilia. Vitam quidem non adeo extendendam cenſemus: vt quoquomodo pertrahẽ-
da ſit. Quiſquis es talis ęque moriere etiam cum obſcenus vixeris/aut nefandus. Quapropter hoc pri
mum quiſquis in remedijs animi ſui habeat: ex omnibus bonis quę homini tribuit natura: nulluz me
lius eſſe tempeſtiua morte: in eaq; id optimum quod illam ſibi quiſq; pręſtare poterit.

Sanguis hu. calidus efficacissimus. vel cum quidez admoueri ora mos ſit humanus. vel hoc more ferarũ quidez admueri fas ori ſit hũanas alij medullas.

## ¶ An ſit in medendo aliqua vis verborum/& ſanari/& depelli. CA. II.

EX homine remediorum primum maxime quæſtionis & ſemper incertæ eſt: valeant ne ali
quid verba & incãtamenta carminum. Quod ſi verum eſt homini acceptum fieri oporte-
re conueniet. Sed viritim ſapientiſſimi cuiuſq; reſpuit fides. In vniuerſum vero omnibus
horis hominis credit vita: nec ſentit. Quippe victimas cædi ſine precatiõe non videtur re-
ferre: nec deos rite conſuli. Præterea alia ſunt verba impetrãtis: alia depulſoris: alia cõmẽtationis. Vi
dimuſq; certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et ne quid verboruz prætereatur aut
præpoſterum dicatur: de ſcripto præiræ aliquem. Rurſuſq; alium cuſtodem dari qui attẽdat: alium
vero præponi: qui faueri linguis iubeat. Tibicinem canere ne quid aliud exaudiat. Vtraq; memoria
inſigni: quotiens ipſæ diræ obſtrepentes vocauerint: quotiẽſue pręcatio errauerit. Si repẽte extis adi
mi capita vel corda: aut geminari victima ſtãte acciderit. Duratq; immenſo exemplo. Deciorum pa
tris filijq; quo ſe deuouere carmen. Extat Tucie veſtalis inceſtæ precatio: qua vſa aquam tulit in cri-
bro anno vrbis romæ. dc. nono. Boario vero in foro græcum græcamq; defoſſos/aut aliarum gentiuz
cum quibus tum res eſſet: etiam noſtra ætas vidit. Cuius ſacri precationem qua ſolet præire quin de-
cem virum collegij magiſter: ſi quis legat: profecto vim carminum fateatur. Ea omnia approbanti-
bus octingentorum. xxx. annorum euentibus. Veſtales noſtras hoſtdie credimus nondum egreſſa vr
be mancipia fugitiua retinere in loco precationis. Quod ſi recipiatur ea ratio: & deos preces aliquas

Tuſcia veſtalis aquam in cribro hauſit

exaudire:aut vllis moueri verbis confitendum ſit de tota coniectatione.Priſci quidem noſtri perpetuo talia prodidere. Difficillimumq; ex iis etiam fulmina elici vt ſuo loco docuimus.L.Piſo primo annalium auctor eſt Tullum Hoſtilium regem ex Numę libris eodem quo illum ſacrificio Iouem cęlo deuocare conatum:quoniam parum rite quędam feciſſet fulmine ictum. Multi vero magnarum rerum facta & oſtenta verbis permutari.Cum enim in tarpeio fodientes delubro fundamenta caput humanum iueniſſent:miſſis ob id a ſenatu legatis ethrurię celeberrimus vates Olenus Calenus præclarũ id fortunatumq; cernens:interrotatione in ſuam gentem transferre temptauit:ſcipiõe prius determinata templi immagine in ſolo ante ſe. Hoc ergo dicitis romani hic templum Iouis optimi maximi futurum eſt? Hic caput inuenimus. Conſtantiſſima animalium affirmatione tranſiturum fuiſſe fatum in ethruriam:ni præmoniti filio vatis legati romani reſpondiſſent: non plane hic: ſed Romæ inuentum caput dicimus. Iterum id accidiſſe tradunt cum in faſtigium eiuſdem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuiſſent. Et iterum ſimili modo retẽtum augurium. Hæc ſatis ſint exemplis:vt appareat oſtentorum vires & in noſtra poteſtate eſſe:ac prout quæq; accepta ſunt ita valere. In augurium certe diſciplina conſtat:neq; diras aues:neq; vlla auſpitia petinere ad eos:qui quamq; rem ingredientes obſeruare ſe ea nauigauerit. Qui munere diuinæ indulgentiæ maius nullum eſt Qui etiam & legum ipſarum in.xij.tabulis verba ſunt:qui fruges excantaſſet. Et alibi. Qui malũ carmen incantaſſet. Verrius Flaccus auctores ponit:quibus credat:in opugnationibus ante omnia ſolitum a romanis ſacerdotibus euocari deum:cuius in tutela id opdidum eſſet:promittitq; illi eundem aut ampliorem locum apud romanos cultumue. Durat in pontificu3 diſciplina id ſacrum. Conſtatq; ideo occultatum.in cuius dei tutella roma eſſet:ne qui hoſtium ſimilimodo agerẽt. Defigi quide3 diris deprecationibus nemo non meruit. Huc pertinet vt ouorum:exorbuerit quiſq; calices coclearũq; protinus frangi:aut eaſde3 coclearibus pforari. Hinc theocriti apud gręcos: Catuli apud nos:pxímeq;. Virgilij incantamẽtorũ amatoria imitatio. Figulinaru3 opera multi rumpi credunt talimodo. Non pauci etiam ſerpentes ipſos recantati. Et hunc vnum eſſe ipſis intellectum:cõtrahiq; marſorum cantu ẽt in nocturna quiete. Etiam parietes incẽdiorum deprecatiõibus cõſcribũtur. Neq; eſt facile dictu:externa verba atq; ineffabilia derogent fidem. Validius an latina inopinata: & quę ridicula videri cogit animus ſemper aliquid immẽſum expectans ac dignum deo mouendo immo vero quod numini imperet. Dixit homerus pfluuiũ ſanguinis vulnerato fœminæ. Vlyſſem inhibuiſſe carmine. Theophraſtus iſchidicos ſanari. Cato prodidit luxatis membris carnem auxiliari. M. Varro podagris. Cæſarem dictatorem poſt vnum ancipite3 vehiculi caſum ferunt ſemper vt primum conceſſiſſet (id quod plęroſq; nũc facere ſcimus) carmine ter repetito ſecuritatem itinerũ aucupari ſolitum. Lic3 hanc in partem ſingulorum quorum quoq; conſcientiam coarguere. Cur enim primum anni incipiẽtis diem lętis precationibus inuicem fauſtum ominamur? Cur publicis luſtris etiam nomina victimas ducentium proſper eligimus? Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Alij grę cam Nemeſim inuocãtes:cuius ob id romæ ſimulacrum in capitolio eſt:quãuis latinum nomen non ſit. Cur ad mentionem defunctorum teſtamur memoriã eorum a nobis non ſollicitari? Cur impares numeros ad omnia vehementiores credimus: Idq; in febribus dierum obſeruatione intelligitur. Cur ad primitias pomorum hæc vetera eſſe dicimus alia noua optamus? Cur ſternutamentis ſalutãtur? Quod etiam Tyberium Cæſarem triſtiſſimum (vt conſtat) hominum in vehiculo exegiſſe tradunt. Et aliqui nomine quoq; conſalutare religioſius putant. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe receptum eſt. Attalus affirmat ſcorpione viſo ſi quis dicat duo cohiberi nec vibrare ictus. Et quoniam ſcorpio admonuit in africa nemo deſtinat aliquid:niſi prefatus africam. In cęteris vero gentibus deos obteſtatur:vt vellint. Nam ſi mens aſſit:nullum ponere tranſlaticium videbimur: quoniam multas etiam pollere religiones manifeſtum eſt. Alius ſalia poſt autem digyto relata ſollicitudinem animi propitiat. Pollices cum faueamus:premere etiam prouerbio iubemur. In adorando dexteram ad oſculum referimus:totumq; corpus circũagimus. Quod in leuum feciſſe gallię religioſius credunt. Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt. Incendio inter epulas nominato aquam ſub menſa profundi abominatur. recedẽte aliquo ab epulis:ſimul verri ſolu3. Aut bibente cõuiua menſam vel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur. Serui Sulpitij principis viri commentatio eſt:quãobrem menſa linquenda non ſit. Nondum enim plures q̃ conuiuæ numerabantur. Nam ſternutamento reuocari ferculum menſamue :ſi non poſtea guſtetur aliquid : inter dira habetur aut omnino mane eſſe hæc inſtituere illi:qui omnibus negocijs horiſq; intereſſe credebant deos. Et ideo placatos etiam vitijs noſtris reliquerunt. Quin & repente conticeſcere conuiuium adnotatũ eſt:non niſi in pari præſentium numero:quã in re fame labor eſt:ad quemcunq; eorum pertinens. Cibus etiam e manu prolapſus reddebatur. Atq; per menſas vetabant mundiciarum cauſas deflare.

Tullus hoſtilius fulmine extinctus.

Hinc capitoliu3 ab illo capite dictum.

vel abrogent

Nemeſi3 Romę venerata

vel proſpera eligimus.

Vel ſternutãtes ſalutam° viſo ſcorpiõe ptinus duo dicendum.

vel incendia inter epulas noiata aquis ſub menſam pfuſis abominamur.

vel q̃ fame vł fame is labor eſt.

Et ſunt condita auguria quid loquendi cogitantiue id acciderit: inter execratiſſima. S pontifici accidat ditis cauſa epulanti: in menſa vtiq; id reponi adolerique ad larem piatio eſt. Medicamenta prius q̄ adhibeantur in menſa forte depoſita negantur prodeſſe. Vngues reſecari nundinis romanis tacenti atq; a dygito indice: multorum pecuniæ religioſum eſt. Capillum vero contractari contra defluuia ac dolores capitis. xvij. luna atq; . xxix. Pagana lege in pleriſq; italiæ prædijs cauetur: ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos: aut omnino detectos ferant: quoniam aduerſetur id omniũ ſpei præcipue frugum. M. Seruilius nouianus princeps ciuitatis non pridem in metu lippitudinis prius q̄ eum ipſam nominaret aliuſue prediceret: duabus litteris græcis ρ & α chartam inſcriptaʒ circunligatam lino ſubnectabat collo. Mutianus ter conſul eadem obſeruatione viuentam muſcam in linteolo albo: his remedijs carere ipſos lippidine prædicantes. Carmina quædaʒ extant contra grandines. Contraq; morborũ genera. Contra ambuſta. Quædã etiã in partus. Sed ĩ prodendo obſtat ingẽs verecundia in tanta animorum varietate. Quapropter de his vt libitum cuiq; fuerit: opinetur.

Nephas mſi habetur i itinere torquere fuſos.

Remedia ex homine contra magos. CA. III.

Hominum monſtrificas naturas & veneficos aſpectus plenius diximus in portentis gentiuʒ & multas animaliuʒ proprietates: quę repeti ſuperuacuũ eſt. Quorũdam hominũ tota corpora proſũt: vt ex iis familijs: quæ ſunt terrori ſerpẽtibꝰ: tactu ipſo leuãt percuſſos: ſuctuue modico. Quorum e genere ſunt pſyllij marſiq;: & qui ophiogenes vocatur in inſula cypro. Ex qua familia legatus. Hexagon: nomine a conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa circũ mulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ eſt ſi modo adhuc durat vernis temporibus odoris virus. Atq; eorũ ſudor quoq; medebatur: non modo ſaliua. Naʒ in inſula nili tentyri naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori: vt vocem quoq; eorũ fugiant. Horum omnium generum in ſua repugnantia interuentum quoq; mederi conſtat. Siccuti aggrauari vulnera introitu eoruʒ qui nũq̄ fuerint ſerpentiũ caniſue dente læſi. Idẽ galinarũ incubitus pecorũ: fœtus abortu vitiãt. Tantũ remanet virus excepto ſemel malo: vt venefici fiãt venena paſſi: remedio eſt ablui prius manus eorum: aquaq; illa eos quibus medearis inſpergi. Rurſus a ſcorpione aliquando percuſſi nunq̄ poſtea crabronibus veſpis apibuſue feriuntur. Minus miretur hoc qui ſciat: veſtẽ a tineis nõ attingi: quæ fuerit in funere. Serpẽtes egre ꝑterq̄ leua manu extrahi.

Pſyllij. Marſi.

Hexagon in ſcorp. doliuʒ immiſſus ileſus euaſit. vel accepto.

De quibuſdã ſortilegijs: & ſaliua hominis. CA. IIII.

Pythagorę inuentis nõ temere falere impoſitiuorum nominum imparem vocalium numerum claudıtates: oculorũue orbitateʒ: ac ſimiles caſus: dextris aſſignare partibus parem leuis. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui: cum quis tectuʒ in quo ſit grauida: tranſmiſerit lapide vel miſſili ex iſs quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint hominem: aprum: vrſum. Probabilius id facit haſta velitaris: euulſa a corpore hominis: ſi terram non attigerit. Eoſdeʒ eñ illa affectus habet. Sic & ſagittas corpore eductas: ſi terraʒ non attigerint: ſubiectas cubantibus amatorium eſſe Orpheus & Archelaus ſcribunt. Quin & comitialem morbum ſanari cibo e carne ferę occiſæ eodem ferro quo homo interfectus ſit. Quorundaʒ partes medicę ſunt ſicuti diximus de Pyrrhi regis police. Et elide ſolebat oſtendi pelopis haſta: quam eburneam affirmabant. Neruos in faciem tendere religioſum habent etiam nunc multi: Omnium vero in primis ieiunam ſaliuam cõtra ſerpentes præſidio eſſe docuimus. Sed alios efficaces eius vſus recognoſcat vita. Ita deſpuimus comitiales morbos: hoc eſt contagia regerimus. Simili modo & facinationes repercutimus ſiniſtræ dextreq; clauditatis occurſu. Veniam quoq; a deis ſpei alicuius audacioris petimus in ſinum ſpuendo. Etiam eadem ratione terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt: atq; effectus adiuuare Incipientes furunculos ter præſignare ieiuna ſaliua. Nunc mirum dicemus: ſed experimento facile. Si quem pœniteat ictus eminus cominuſue illati: & ſtatim expuat mediam in manum qua percuſſit: leuatur illico percuſſus a pœna. Hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur: ſtatim a tali remedio correcto animalis ingreſſu. Quidam vero aggrauant ictus ante conatum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta. Credamus ergo & lichenas lepraſq; ieiuno illitu aſſiduo arceri. Item lippitudines matutina quottidie velut in vnctione. Carcinomato malo terræ ſubacto. Ceruicis dolorem ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata leua ad ſiniſtrum. Si quod aĩal aurẽ intrauerit: & inſpuaẗ exire Inter amuleta eſt editę quęq; vrinæ expuere. Siĩiter in calciamentũ dextri pedis anteq̄ induaẗ. Itẽ cũ quis trãſeat locũ in quo aliqđ piculũ adierit. Martion Smyrneus q de ſimplicibus effectibꝰ ſcripſit rũpi ſcolopendras marinas ſputo tradit. Item rubetas aliaſq; ranas. Ophilius ſerpentes ſi quis in hiatu earum expuat. Salpa torporem ſedari quocunq; membro inſtupente ſi quis in ſinum expuat. Aut ſi ſuperior palpebra ſaliua tangatur. Nos ſi hæc & illa credamus rite fieri. Extranei interuentu: aut

Mirabile. quonã mõ mor. cõmitialis curatur. vel in terraʒ.

mirum ſi mõ verũ de ſaliuę virtute. Lepræ ſaliua arcentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0432-3
DFG

ſi dormiens ſpectetur infans a nutrice terna expui quanq̃ religione mutatur & facinus. Imperatoruꝫ
quoq; non ſolum infantium cuſtos qui deus inter ſacra romana a veſtalibus colitur: & currus trium=
phantium. Sub his pedens defendit medicus inuidię: iubetq; eoſdem recipere. Similis medicina lin=
guæ vt ſit exorata a tergo fortuna glorię carnifex. Morſus hominis inter aſperrimos quoq; nũeratur
medentur ſordes ex auribus. Ac ne quis miretur etiam ſcorpionuꝫ ictibus/ſerpẽtiumq; ſtatim impo=
ſitæ. Melius e percuſſi auribus proſunt. Item & rediuiua ſanari ſerpentium vero ictum contuſi den=
tis humani farina. Capillus puero qui primum deciſus eſt podagræ impetus dicitur leuare circunli=
gatus. Et in totum impubium impoſitus. Virorum quoq; capillus canis morſibus medetur ex aceto.
Et capitum vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus a reuulſo cruci quartanis. Cõbuſtus æquæ ca=
pillus carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens: vt terram non attingat incluſus in armillam &
aſſiduę in brachio habitus muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex in pede pręligatus proxi=
mo digyto tumores inguinuꝫ ſedat. In manu dextra duo mediĳ lino leuiter colligati diſtillationes at
q; lippitudines arcent. Quin & eiectus capillus calculoſo alligatus ſupra pubem leuare cæteros dici=
tur: ac iocineris etiam dolores. Ac celeritatem partus facere. Addidit Grauius efficatioreꝫ ad hoc eſ
ſe ferro exemptum. Partus accelerat vicinos ex quo quæq; conceperit ſi cinctu ſuo ſoluto fœminam
cixerit: dein ſoluerit adiecta precatione ſi vixiſſe eandem & ſoluturum: atq; abierit. Sanguine ipſius
hominis ex quacunq; parte emiſſo efficaciſſime anguinam illi tradunt Orpheus & archelaus. Item
ora comitiali morbo lapſoruꝫ exurgere enim protinus. Quidam ſi pollices pedum purgantur: exeq;
iĳs guttę referantur in faciem. Aut ſi virgo dextro pollice attingat. Hanc coniectura cenſentes virgi=
nes carnes edendas. Eſchines atheninenſis excrementorum cinere anginis medebatur: & tonſillis:
vuiſq;: & carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon. Multa genera morborum primo coi
tu ſoluuntur: primoq; fœminarum menſe. Aut ſi nõ id contingat: longinqua fiunt: maximeq; comitia
les. Quin & a ſerpente ac ſcorpione percuſſos coitu leuari produnt. Verum fœminas venere ea lædi.
Oculorum vitia fieri negant: nec lippire eos qui cum pedes leuant aqua inde ter oculos tangant. Im
matura morte raptorum manu ſtrumas paroditas guttura tactu ſanari affirmãt. Quidam vero cuiuſ=
q; defuncti dũtaxat ſui ſexus leua manu aduerſa. Et e ligno fulgure icto reiectis poſt terga manibus
demorderi aliquid ad dentem qui doleat admoueri: remedio eſſe produnt. Sunt qui præcipiant den
tem ſuffiri dente hominis ſui ſexus. Et eum qui caninus vocetur inſepulto exemptum adalligari. Ter
ram ex caluaria pſilothrum eſſe palpebrarum tradunt. Hærba vero ſicca ibi genita ſit commanduca
ta dentes cadere. Vlcera non ſerpere ex oſſa hominis circumſcripta. Aliĳ e tribus puteis pari menſura
aquas miſcent: & prolibant nouo fictili. Reliquum dant in tertianis acceſſu febrium bibendum. Iteꝫ
in quartanis fragmentum claui a cruce inuolutum: lana collo ſubnectunt. Aut ſpartum e cruce libe=
ratoq; condunt cauerna quam ſol non attingat. Magorum hæc commenta ſunt. Vt cotem qua fer=
ramenta ſæpe exacuta ſint: ſubiectam ignari ceruicalibus de veneficio deficientes euocare. Indiciuꝫ
vt ipſe dicat: quid ſibi datum ſit: & vbi. & quo tempore: octorem tamen non nominare. Fulmine vti=
q; percuſſo circũactum in vulnus hominem loqui protinus conſtat. Inguinibus medentur aliq licium
telæ detractum alligantes nouenis ſeptenisue nodis ad ſingulos nominantes viduam aliquam: atq;
ita inguia adalligantes licio. Et clauum aliudue quod quis calcauerit: alligatum ipſos iubent gerere
ne ſit dolori vulnus. Verrucas auellunt a viceſima luna in limitibus ſupini ipſam intuẽtes vltra caput
manibus porrectis: & quicquid comprehendere eo fricantes. Clauum corporis cum cadat ſtella ſi=
quis diſtringat: vel cito ſanari aiunt. Cardinibus hoſtiorum aceto affuſis lutum fronti illitum capitis
dolorem ſedare. Item laqueum ſuſpendioſi circũdatum temporibus. Si quid e piſce hęſerit faucibus
in aquam demiſſis frigidam pedibus cadere. Si vero ex aliĳs oſſibus: impoſitis capiti ex eodem vaſe
oſſiculis. Si panis hæreat: ex eodem in vtramq; aurem addito pane. Quin & ſordes hominis in ma=
gnis fecere remediĳs quæſtuoſorum gymnaſia grecorum: quippe ea ſtrigmenta molliunt: calfaciunt:
diſcutiunt: complent ſudore: & oleo medicinam facientibus. Vuluis inflãmatis contradictiſq; admo=
uentur. Sic & menſes cient. Sedis inflammationes & condylomata leniunt. Item neruorum dolores:
luxata: articulorum nodos. Efficatiora ad eadem ſtrigmẽta a balneis: & ideo miſcentur ſuppurato=
riĳs medicamentis. Nam illa quæ ſunt e cæromate permixto ceno: articulos tantum molliunt: calefa
cint diſcutiunt efficatius: ſed ad cætera minus valent. Excedit fidem impudens cura: qua ſordes viri
litatis contra ſcorpionum ictus ſingularibus remediĳs celeberrimi auctores clamant. Rurſus in fœ=
minis quas infantium aluo editas in vtero ipſo contra ſterilitatem ſubdi cenſent meconium vocant.
Immo etiam ipſos gymnaſiorum raſere parietes. Et ille quoq; ſordes excalfactoriã vim habere dicũ
tur. Panos diſcutiunt. Vlceribus ſenum puerorumq; & deſquammatis ambuſtiſue illinuntur. Eo mi=
nus omitti cõuenit ab animo heminis pendentes medicinas. Eæ ſunt. Abſtinere a cibo nimio: aut po

vel mutat & faſcias.

hoĩnis morſ⁹ aſperrimus vel reditinas.

pueri primĩ dẽtis vis & vi⸗tus.

Multis pro= deſt coitus.

Aduerte.

Magornm cõmenta.

vana & friuo la.

Medicine p̃ cepta: & hoĩ regimẽ vtile

tu:alias vino tantum aut carne:alias balneis cum quid eorum poſtulet valitudo:in præſentiſſimis remedijs:habetur. His remedijs adnumeratur exercitatio:intentio vocis:vngue fricari cuȝ ratione:vehemens enim fricatio ſpiſſat lenis mollit. Multa admittit corpus. Auget modica. Imprimis vero prodeſt ambulatio:geſtatio & ea pluribus modis. Equitatio ſtomacho & coxis vtiliſſima. Phthiſi nauigatio. Longis morbis locorum mutatio. Item ſomno mederi ſibi aut lectulo aut rara vomitione. Supini cubitus oculis conducunt. at proni tuſſibus. In altera aduerſum diſtillationes. Ariſtoteles & Fabianus plurimum ſomniari circa vernum & autumnum tradunt:magiſq; ſupino cubitu : at prono nihil Theophraſtus celerius concoqui dextri lateris incubitu. difficilius in ſupinis. Solum quoq; remediorum maximum ab ipſo ſibi præſtari poteſt:ſicuti linteorum ſtrigiliumq; vehementia. Perfundere caput aqua calida ante balnearum vaporationem: & poſtea frigida:ſaluberrimum intelligitur. Item præſumere cibos & interponere frigidam eiuſdemq; potu ſomnos antecedere: & ſi libeat interrumpere. Notandum nullum aliud animal præter hominem calidos potus ſequi: ideoq; non eſſe naturales. Mero ante ſomnos colluere ora propter alitus. Frigida aqua matutinis impari numero ad cauendum dentium dolores. Item poſca oculos contra lippitudines.

In vere & autũno ſomnia plurimum inſurgunt.

Aiaduerte

## De obſeruatione in victu. CA.V.

CErta ſunt experimẽta totius corporis valitudinis varietate victus in obſeruata. Hippocrates tradit non prandentium exta celerius ſeneſcere. Verum id remedijs cecinit non epulis Quppe multo vtiliſſima eſt temperantia in cibis. L. Lucullus hanode ſe pręfecturam ſeruo dederat. Vltimoq; probo maius inciſis triumphalibus ſedenti dicebatur vel in capitolio epulanti pudenda re. Seruo ſuo facilius parere q̃ cibi.

## De ſternutamento & venere & cæteris remedijs. CA.VI.

STernutamenta pinna grauedinem emendant. Et ſi quis muris nares (vt tradunt) oſculo attingat ſternutamenta & ſingultum. Ob hoc varro ſuadet palmam altera manu ſcalpere. Plæriq; ãnulum e ſiniſtra in longiſſimum dextre digytum transferri. Aut in aquam feruẽtem manus immergere. Theophraſtus ſenes laborioſus ſternuere dicit. Venerem damnauit Democritus vt in aqua homo alius exiliret ex homine. Eſt hercule raritas eius vtilior. Athletę tamen torpentes reſtituuntur. Venere vox reuocatur:cum ea candida declinat in fuſcam. Medetur & lumborum dolori: Oculorum hebetationi. Mente captis ac melãcholicis. Adſidere grauidis vel cuȝ remedium alicui adhibeatur digytis pectinatim inter ſeſe amplexis veneficium eſt. Idq; compertuȝ tradunt. Alcmena Herculem pariente. Peius ſi circa vnum amboue genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in cõſilijs ducum potẽ ſtatumue fieri vetuere maiores velut omnem actum impedientia. Vetuere vero & ſacris votiſue ſimilitudo intereſſe capita autem aperiri aſpectu magiſtratuum non venerationis cauſa iuſſere:ſed vt varro auctor eſt valitudinis: quo firmiora conſuetudine ea fierent. Cum quid oculo incident:alterum comprimi prodeſt. Cum aqua dextræ auriculæ ſiniſtro pede exultare capite in dextrum humerum deuexo inuicem e diuerſa aure. Si tuſſis concitet:ſaliuam in fronte ab alio afflari. Si iaceat vua a vertice morſu alterius ſuſpendi. In ceruicis dolore poplite fricare. Aut ceruicem in poplitum. Pedes in humo deponi ſi nerui in his cruribuſue tendantur in lectulo. At ſi in leua parte id accidat ſiniſtræ plantæ pollicem dextra manu apprehendi. Item e diuerſo. Extremitates corporis vel aurium velicatibus perſtringi contra horrores corporis: ſanguineȝue narium immodicum. Lino vel papyro principia genitalium:femur medium ad cohibenda vrinæ profluuia. In ſtomachi ſolutione pedes preſſare : aut manus in feruentem aquam dimittere. Iam & ſermoni parci multis de cauſis ſalutare eſt. Triennio. Mœcenatem Meliſſium accepimus ſilentium ſibi imperauiſſe a conuultione reddito ſanguine. Nam e diuerſo ſcandenteſq; ac iacentes:ſi quid ingruat contraq; ictus ſpiritum cohibere ſingularis præſidij eſt. Quod inuentum eſſe animalis docuimus. Clauum ferreum deſfigere in quo loco primuȝ caput defixerit corruens morbo comitiali :abſolutorium eius mali dicitur. Contra renum ac lumborum veſicæq; cruciatus in balneorum ſolijs ꝑnos vrinam reddere mitigatorium habetur. Ac vulnera nodo. Hærculis præligare:mirum quantum ocior medicina eſt. Atq; etiam quottidiani cinctus tali modo vim quantum habere vtilem dicitur. Quippe cum Hercules eum prodiderit. Numerum quoq; quaternarium Democritus condito volumine & quare quaterni cyathi ſextarijue non eſſent potandi. Contra lippitudines retro aures fricare prodeſt: & lachrymoſis oculis frontem. Augurium ex homine ipſo non eſt timendi mortem in egritudine: quamdiu oculorum pipillæ imaginem reddant. Magna & vrinæ non ratio ſolum : ſed etiam religio apud auctores inuenitur digeſta in genera. Spadonum quoq; ad fœcunditatis bene-

vt & ſi qs muco nares (vt tradunt) aut oculos attingat.

mirum mœcęnatis ꝑ triẽniuȝ ſilẽtiuȝ.

quõ morbus clauo infixo curatur comitialis.

Signũ mor. nõ timẽde in egris.

vrinę Rõ.

ficia. Verũ ex iſs q̃ referre fas ſit: ipubiũ puerorũ cõtra ſalſuas aſpidũ quas ptyadas vocãt: qm̃ venena in oculos hoĩm expuant. Cõtra oculoruꝫ albugines obſcuritates: cicatricẽ argema: palpebras: & cũ erui farina cõtra aduſtiones. Contra aurium pituitas vermiculoſq; ſi decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoq; ea mẽſes fœminarũ cit. Salpa fouet illa cuꝫ oculos infirmitatis cauſa illinit ſole vſta cũ oui albugine efficatius ſtrutiocameli binis horis. Hac & atramẽti lituræ abluuntur Virilis podagris medetur argumento fullonum: quos ideo tentari eo morbo negant. Veteri ſi miſceatur cinis oſtreorum: aduerſus eruptiones in corpore infantium & omnia vlcera manantia. Exeſis ambuſtis: ſedis vitiſs: rhagadiſs: & ſcorpionũ ictibus illinitur. Obſtetri cũ nobilitas non alio ſucco efficatius curari pronunciauit corporum pruritus nitro addito vlcera capitũ: prurigines: nomas præcipue genitalium. Sua cuiq; autem (quod fas ſit dixiſſe) maxima prodeſt. Confeſtim perfuſo canis morſu echinorumq; ſpinis inhærẽtibus: & in ſpongia laniſue impoſita: aut aduerſus canis rabidi morſus cinere ex ea ſubacto. Contraq; ſerpentium ictus. Nam contra ſcolopendras mirũ proditur vertice tacto vrinæ ſuæ gutta liberari protinꝰ læſos. Auguria valitudinis ex ea tradũtur. Si mane candida dein ruffa ſit. illo modo concoquere: hoc concoxiſſe ſignificatur. Mala ſi na rubræ. Peſſima nigrę. Mala bullantis & craſſe. In qua quod ſubſidit ſi album eſt: ſignificat circa articulos aut viſcera dolorem imminere. Eadem viridis morbum viſceruꝫ: pallida bilis: rubens ſanguinis. Mala & in aqua veluti furfures atq; nubeculæ apparent. Diluta quoq; alba vitioſa eſt. Mortifera vero craſſa graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius cauſa contra ſolem lanamq; nudari: aut vmbraꝫ cuiuſq; ab ipſa reſpergi. Heſiodus iuxta obſtantia reddi ſuadet: ne deum aliquem nudatio offendat. Oſtanes contra mala medicamenta omnia promiſit auxiliari matutinis horis ſuã cuiq; inſtillatam in pedem.

Ipubium vrinæ vis contra aſpi. ptya.

Vrinę in colore varia ſigna

¶De remediſs muliebribus. CA.VII.

QVæ ex mulierum corporibus traduntur ad portentoꝶ miracula accedunt: vt ſileamus diuiſa membratim in ſcelera. Abortus: menſium piacula: quæq; alia non obſtetrices modo verum etiam ipſæ meretrices prodidere. Capilli mulieris ſi crementur odore ſerpentes fugari. Eodem odore vuluæ morbo ſtrangulatus reſpirare. Cinere eo quidem ſi in teſta ſunt cremati: vel cum ſpuma argenti ſcabricias oculorum a prurigines emendari. Iteꝫ verrucas & infantum vlcera cum melle capitis quoq; vulnera & omnium vlceruꝫ ſinus ſimul addito melle & thure. Panos podagras cũ adipe ſuillo. Sacrum ignem ſanguinẽ ſiſti illico: & informicationes corporũ. De lactis vſu conuenit eſſe dulciſſimũ molliſſimũq; Quare & in longa febre cœliacis vtiliſſimuꝫ maxĩe eius infantem remouerit. Et in malicia ſtomachi in febribus: torſionibus efficaciſſimum experiũtur Item mammarum collectionibus cum thure. Oculo ab ictu cruore ſuffuſo: & in dolore aut epiphoris ſi immulgeatur plurimũ prodeſt. Magiſq; cum melle & narciſſi ſucco aut thuris polline. Semperq; in omni vſu efficacius eſſe eius quæ marẽ enixa ſit: multoq; efficaciſſimum eius quæ geminos peperit mares. Et ſi vino ipſa cibiſq; acrioribus abſtineat. Mixto præterea ouorum candido liquore: madidaq; lana frontibus impoſitum fluxiones oculoruꝫ ſuſpendit. Naꝫ ſi rana ſaliua ſua oculum aſperſerit pręcipuũ eſt remediũ. Et contra morſũ eiuſdem bibitur ſtillaturq;. Qui ſimul matris filięq; lacte inunctus ſit: liberari oculorum metu in totã vitaꝫ afirmabit. Aurum quoq; vitiſs medetur modice admixto oleo. Aut ſi abictu dolent. Anſerio adipe tepefactũ. Si odor grauior ſit (vt plęrũq; fit) longis vitiſs diluto melle luna includitur. Et contra morbum regiũ in oculis relictum inſtillatur cuꝫ elaterio. Peculiariter valet potum contra venena quæ data ſunt cũ marino lepore bubreſtiq; vt Ariſtoteles tradit dorycnidion. Et contra inſaniam quæ facta ſit hyoſcyami potu. Podagris quoq; iubẽt illini cum cicuta. Aliſ cum cicuta. Aliſ cum hyſopo & adipe anſerino qualiter etiam vuluarum doloribus imponitur. Aluum etiam ſiſtit potum vt Rabirius ſcribit. Et menſes ciet. Eius vero quę fœminam enixa ſit ad vitia tantũ in facie ſanãda præualet. Pulmonũ quoq; incõmoda lacte mulieris ſanãtur: cui admiſceatur ipubi: pueri vrina & mel atticuꝫ. Omnia ſingulorũ coceariũ menſura. Marmora quoq; aurium eiſci inuenio. Eius quæ marẽ peperit lacte guſtato canes rabioſos fieri negant. Mulieris quoq; ſaliuam ieiunę potentẽ diiudicant oculis cruentatis. Et ſi cõtra epiphoras feruentes anguli oculorum ſubide madificent. Efficatius ſi cibo vinoq; ſe pridie ea abſtinuerit. Inuenio & faſcia mulieris alligato capite dolores minui. Poſt hęc nullus eſt modus Iã primũ abigi grãdines turbineſq; cõtra fulgura ipſa in mẽſe cõnudata: ſic auerti violentiã cœli. In nauigãdo quidẽ tẽpeſtates etiam ſine menſtruis. Ex ipſis vero mẽſibus mõſtrificis alia (vti ſuo loco indicauimus) dira: & infanda vaticinantur. E qbus dixiſſe non pudeat ſe in defectu lunę ſoliue cõgruat vis illa: irremediabilẽ fieri. Nõ ſegniꝰ & in ſilente luna coitus ſuos maribꝰ exitiales eẽ atq; peſtiferos. Purpurã quoq; ab iſs eo tẽpo=

Ad quid proſunt cõcremati mulieris capilli.

Lac matris & filiæ coniunctum vtile.

re pollui. Tanto vim eſſe maiorē. Quocunq; autē alio menſtruo ſi nudatæ ſegetem ambiant erucas:
ac vermiculos ſcarabeoſq; ac noxia alia decidere. Metrodorus Septius in cappadocia inuentum ꝓ=
dit ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua retectis ſuper clunes veſtibus. Alibi ſer=
uatur vt nudis pedibus eant capillo cinctuq; diſſoluto. Cauēdum vero ne id oriente ſole faciant: ſe=
mentem. n. areſcere. Nouella vtis eius tactu in perpetuum læditur. Vt ad noxium res medicatiſſima

Portentoſa de mu. menſibus tradūtur.

transferatur rutam & ederas ilico mori. Multa diximus de hac violentia. Sed præter hæc certuʒ eſt
tactis aluearijs apes fugere. Linaq; cum coquatur nigreſcere. Aciem in cultris tonſorū hebetari. Aes
contactum graue virus odoris accipere & eruginem. Magis ſi decreſcente luna id accidat. Equas ſi
ſint grauidæ tactas arborum pati. Quin & aſpectu omnino quāuis procul viſas: ſi purgatio illa poſt
virginitatem prima ſit: aut in virginea ætate ſpontanea. Nam bitumen in iudæa naſcens ſola hac vi=
ſponte ſuperari. Et fila veſtis contactæ vt docuimus: ne igne quidē vincunt quo cuncta. Ciniſq; etiaʒ
ille ſiquis aſpergat eum lauandis veſtibus purpuras mutat. Floribus colorem adimit. Ne ipſis qui=
dem fœminis malo ſuo immunibus. Abortum facit illitus: aut ſi omnino prægnans ſupergrediatur
Quæ. Lais & Cleophantus inter ſe contraria ꝓdidere de abortiuis carbone e radice/ raſice/ vel mi=
ricæ/ vel tamaricis in eo ſanguine extincto. Item aſinas non concipere tot annis: quod grana hordei
contacta ederint. Quæq; alia nuncupauere monſtrifica aut inter ſe pugnantia: cum hic fœcundita=
tem fieri iiſdem modis quibus illa ſterilitatem pronunciaret: melius eſt non credere. Bythus dyrrha

His ſpecularis hebetatur nitor.

chinus hebetari aſpectu ſpecularem nitorem. Iiſdem aduerſa rurſus contuentibus omnem talē vim
reſolui: ſi mulum picem habeant ſecum. Multi vero ineſſe etiam remedia tanto malo aiunt. Poda=
gras illini: ſtrumas: & parotidas: panos: ſacros ignes: furunculos: epiphoras tractatu earum mulie=
rum liniri. Lais & Salpa canum rabioſorum morſus & tertianas quartanaſq; febres menſtruo in la=
na arietis nigri argento brachiali incluſo. Diotimus thebanus veſtis omnino ita infectæ portiuncu=
la acu: vel pellicio brachiali inſerta. Sotira obſtetrix tertianis quartaniſq; efficaciſſimum dixit. Plan=
tas ægri ſubterlini. Multo efficatius ab ipſa muliere etiam ignoranti. Sic & comitiales excitari mor=
boſq; ſanari. Icethidas medicus quartanas coitu finiri incipientibus dumtaxat mēſtruis ſpopondit
Inter omnes vero conuenit: ſi aqua potuſq; formidetur a morſu canis ſuppoſita tantum calici laci=
nia menſtruo tincta tali: ſtatim metum eum diſcuti videlicet præualente ſymphatia illa græcorum
Cum rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipiere diximus. Cinere eo iumentorum omnium
vlcera ſanari certum eſt. Addita caminorum farina & cęra. Maculas autem e veſte eas non eiuſdem
farina ablui. Cinerem per ſe roſaceo mixtum fœminarum præcipue capitis ſedare dolores illitum
fronti. Aſperrimāq; vim profluuij eius eſſe primis annis virginitate reſoluta. Id quoq; conuenit: quo
nihil equidam libentius crediderim: tactis omnino menſtruo poſtibus: irritas fieri magorum artes
generis vaniſſimi vt eſtimare licet. Ponam enim vel modeſtiſſimum e promiſſis eorum. Ex homine

Mēſtrua contra magicas artes.

liquidem reſegmina vngium e pedibus manibuſq; cæra permixta: ita vt dicatur tertianæ vel quoti=
diane vel quartane febri remediū quęri ante ſolis ortuʒ alienæ ianuæ affigi iubent ad remedia in iis
morbis: quanta vanitate ſi falſum eſt: quantaue noxa ſit transferunt morbos ad innocētiores. Ex iis
omnium digytorum reſegmina vnguium ad cauernas formicarum abici iubent: eamq; quæ prima
ceperit trahere correptam ſubnecti collo: & ita diſcuti morbum.

¶ Medicinæ ex animalibus peregrinis: de elephanto: & leone: & camelo: &
hyena: & crocodillo: & cham eleonte: & ſtinco: & hippoporamo:
& lyncibus. CA. VIII

HAec ſunt quæ retuliſſe fas ſit: ac pleraq; ex iis non niſi honore dicto. Reliqua inteſtabilia
& infāda: vt feſtinet oratio ab homine fugere. In cęteris claritates animalium aut operuʒ

Eleph. ſanguis.

ſequemur. Elephantis ſanguinis præcipue naris fluxiones oēs: quas rheumatiſmos vocāt
ſiſtit. Ramātis eboris cū melle attico (vt aiunt) nuberculæ in facie. Scobę paronichia tollunt: efficaci
us: ſi extenuata. Proboſcidis tactu capitis dolor leuat efficatius ſi & ſternutet. Dextra pars ꝓboſci=
dis cū lemina rubrica adalligata īpetus libidinū ſtimulat. Sāguis & iſchiadis prodeſt: iecurq; comi=

Leōis adeps.

tialibus morbis. Leonis adeps cū roſaceo cutē in facie cuſtodit a vitiis: cādoreq; ſeruat: & ſanat adu
ſta niuibus articulorūq; tumores. Magorū vanitates per cunctis eo adipe faciliorē gratiam apud re
ges populoſue promittūt. Præcipuæ tamē eo pingui quod ſit inter ſupercilia: vbi eſſe nullum poteſt
Similiter dentis maxime ad dextera parte: villiq; e roſtro inferiori ꝓmiſſa ſūt. Fel aqua addita clari
tatem oculis inūctis facit. Et cū adipe eiuſdē comitiales morbos diſcutit leui guſtu: & vt ꝓtinus qui
ſumpſere curſu id digerant. Cor in cibo ſūptū quartanis medetur. Adeps cum roſaceo quottidianis
febribus. Perunctos eo beſtię fugiunt. Reſiſtere etiam inſidiis videt. Cameli cerebrū arefactū potu=
q; ex aceto comicialibus morbis aiunt mederi. Itē fel cum melle potum hoc & hanginæ. Cauda are=

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0436-7 DFG

facta ſolui aluum. Fimi cinere criſpari capillum cū oleo. Et dyſentericis prodeſt illitus cinis potuſq; quantum trinis digytis capit: etiam comitialibus morbis. Vrinam fullonibus vtiliſſimā eſſe tradūt. Itemq; vlceribus manantibus. Barbaros eam ſeruare quinquēnio: & heminis pota ciere aluum. Setas e cauda contortas & ſiniſtro brachio illigatas quartanis mederi. Hyenam magi ex oīibus aīalibus in maxima admiratione poſuerunt: & pote cui & ipſi magicas artes dederunt: vimq; qua allici at ad ſe homines mente alienatos. Permutationes ſexus ex iis annua vice diximus: cæteraq; monſtrifica naturæ eius. Nunc perſequamur quæcūq; medicinis produntur. Præcipuæ pātheris eſſe in metu hyene dicuntur: vt ne conentur quidem reſiſtere. Et aliquid de corio earum habentem non appeti. Mirumq; dictu ſi pelles vtriuſq; contrariæ ſuſpendantur decidere pilos pantheræ. Cum fugiunt venantem declinant ad dextram: vt prægreſſi hominis veſtigia occupent. Quod ſi ſucceſſerit: alienari mente vel ex equo hominem decidere. At ſi in leuam detorſerit: deficientis argumentum eſſe celeremq; capturam. Facilius autem capi ſi cinctus ſuos venator flagellūq; & ipſos equos ſeptenis alligauerit nodis. Mox autē vt eſt ſollers ambagibus vanitas magorum capi iubet geminorum ſignum tranſeunte luna: ſinguloſq; prope pilos ſeruari. Capitis dolori alligatā cutē prodeſſe quæ fuerit in capite eius. Lippitudini fel illitum frontibus. Aut ne omnino lippiatur: decoctum cū mellis attici cyathis tribus & croci vncia illitum. Sic & caligines diſcuti & ſuffuſiones. Claritatem excitari melius inueterato medicamento. Aſſeruari autem in cypria pyxide Eodem ſanari argema: ſcabricias: excrementia in oculis: item cicatrices. Glaucomata vero iocineris recentis inaſſati ſanie cū deſpumato melle inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodeſſe vel alligatos ordine. Humeros humerorum & lacertorum doloribus. Eiuſdem dentes ſi de ſiniſtra parte roſtri eruti ſint illigatos pecoris aut capri pelle ſtomachi cruciatibus. Pulmones in cibo ſumptos cœliacis. Ventriculis cinerem cum oleo illitum. Neruis medullas e dorſo cum oleo vetere ac felle. Febribus quartanis iecur deguſtatum ante acceſſiones. Podagris ſpinæ cinerem cum lingua & dextro pede vituli marini addito felle taurino omnia pariter cocta atq; illita hyenæ pelle. In eodem morbo prodeſſe & fel cum adipe aſio. Tremulis iſchiadicis: exilientibus: & quibus cor palpitet aliquid ex corde mandendum: ita vt reliquæ partis cinis cum cerebro hyenæ illinatur. Pilos etiam auferri a compoſitione illinita. aut per ſe euulſis felle: prius quos renaſci non libeat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborū doloribus carnes e lumbis edendas: illinendaſq; cum oleo. Sterilitatē mulierū emendari oculo cū glycyrrhiza & aneto ſumpto in cibo: promiſſo in triduū conceptu. Contra nocturnos pauores vmbrarumq; terrorem vnus e magnis dentibus lino alligatus prodeſt. Suffiri ferentes eodem & circūligari ante pectus ſuū cū adipe renum aut iocinere: aut pelle præcipiunt. Mulieri prægnanti a pectore hyenæ caro: & pili ſeptem & genitale a ceruice ſi alligatur dorcadis pelle collo ſuſpenſa contineri partus promittuntur. Venerē ſtimulari gentili ad ſexus ſuos in melle ſumpto. Etiam ſi viri mulierum coitus oderint. Quinimo totius domus concordiam eodem genitali & articulo ſpinæ cū adherente corio conſeruatis conſtare: quem ſpinæ articulū ſiue nodum atlantion vocant. Eſt autē primus. In comitialium quoq; remediis habent eum adipe accenſo ſerpentes fugari dicunt. Maxillæ partæ comminuta in aſino & in cibo ſumpta horrores ſedari. Eodem ſuffitu mulieribus menſtrua euocari. Tantumq; eſt natiuitatis: vt ſi ad brachium alligetur ſuperioris roſtri dextrę partis dens: iaculantium ictus deerraturos negent. Palato eiuſdem arefacto & cum alumine ægyptio calefacto acter in ore permutato fetores & vlcera oris emendari. Eos vero qui linguam in calciamēto ſub pede habeant. nō latrari a canibus. Siniſtra parte celebri naribus illita: morbos pernicioſos mitigari: ſiue hominum: ſiue quadrupedum. Frontis corium faſcinationibus reſiſtere. Ceruicis carnes ſiue mādātur ſiue bibantur arefactæ lumborū medentur doloribus. Neruis a dorſo armiſq; ſufficiendos neruorum dolores. Pilos roſtri admotos mulierum laboris amatorium eſſe. Iecur potū torminibus & calculis mederi. Iam cor in cibo potuue ſumptū omnibus doloribus corporꝫ auxiliari. Lyenē lyenibus. Omentum vlcerum inflāmationibus cū oleo. Medullas doloribus ſpinæ & neruorū laſſitudini renum. Neruos potos in vino cū thure fœcunditatem reſtituere ademptam veneficio. Vuluam cum mali punici dulcis cortice in potu datam prodeſſe mulierum vuluæ. Adipe e lumbis ſuffiri difficulter parientes & ſtatim parere. E dorſo medullā adalligatā cōtra vanas ſpecies opitulari. Spaticis genitale e marib⁹ ſuffitu. Itē lippiētib⁹ ruptis: & cōtra inflatiōes ſeruatos pedes tactu leuos dextris partibus: dexteros leuis. Siniſtrū pedē ſuplatū parturienti lætalē eſſe. Dextro illato facile eniti. Mēbranam quę fel continuerat a cardiciacis potam in vino vel in cibo ſumptam ſuccurrere. Veſicam in vino potam contra vrinæ incontinētiam. Quæ autē in veſica inuenta ſit vrina additis oleo & ſeſamo & melle aſiano hauſtā ꝓdeſſe agrimōiæ veteri. Coſtarum primam & octauā ſuffitu ruptis ſalutarē eſſe. Ex ſpina vero ꝑturientib⁹ oſſa. Sanguinē cū polenta ſumptū torminibus. Eodem tactis poſtibus

☞ Cameli fimo criſpi redunt capilli.

☞ Mirum hyenæ ſi creditudigna.

☞ Remedium contra vmbras nocturnas

☞ Aduerte ad arcendos canū latratus.

vbicunq; magorum infeſtari artes. Non elici deos: nec coloqui: ſiue lucernis: ſiue viſu: ſiue pluuijs: ſiue aqua: ſiue pila: ſiue quo alio genere tententur. Carnes ſi edantur: contra canis rabidi morſus efficaces eſſe. Etiamnum iecur efficacius. Carnes vel oſſa hominis ſiquæ in ventriculo occiſæ inueniãtur ſuffitu podagricis auxiliari. Si vngues inueniantur in ijs: mortem alicuius capientium ſignificari. Excrementa ſiue oſſa reddita cum interimitur: contra magicas inſidias pollere. Fimum qui in inteſtinis inuentus ſit: areſactum ad dyſentericos valere potum. Illitumq; cum adipe anſerino opitulari toto corpore læſis malo medicamento. A cane vero morſis adipem illitum. Et corium ſi ſit ſubſtractu3. Rurſus tali ſiniſtri cinere decocto cum ſanguine muſtellæ perunctis omnibus odio euenire Idem fieri oculo decocto. Super omnia eſt: ꝙ extremam fiſtulam inteſtini contra ducu3 ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant & ad ſucceſſus petitionum: iudiciorumq; ac litium euentus: ſi omnino aliquantulum quis ſecum habeat. Ad eiuſdem cauerna ſiniſtro lacerto religata ſiquis mulierem reſpiciat: amatorium eſſe tam præſens vt ilico ſequatur. eiuſdem loci pilorum cinere ex oleo illitum viris qui ſit proboſæ moliciei non modo pudicos: ſed & ſeueros mores induere. Proxime fabuloſus eſt crocodillus ingenio quoq; illo: cui vita in aqua terraq; communis duo enim genera eorum illius e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus (ſi credimus) ſtimulant. Canini eius dentes febres ſtatas arcent repleti. Sunt enim caui ita ne diebus quinq; ab ægro cernantur qui ad alligauere. Idem pollere & ventre exemptos lapilos: aduerſus febrium horrores venientes tradunt. Hac etiam de cauſa ægyptij perungunt adipe agros ſuos: aliter illis ſimilis multum infra magnitudine3 in terra tantum: odoratiſſimiſq; floribus viuit. Ob id inteſtina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore refarcta crocodileam vocant oculorum vitijs vtiliſſimam cum porri ſucco inunctam & contra ſuffuſiones vel caligines. Illita quoq; ex oleo cyprino: moleſtias in facie enaſcentes tollit. Ex aqua vero morbos omnes corum natura cerpit in facie: nitoremq; reddit. Lentigines tollit ac varos oẽſq; maculas. Et contra comitiales morbos bibitur ex aceto mulſo binis obolis. Appoſita menſes ciet. Optimaq; eſt quę candidiſſima & friabilis: minime ponderoſa: cum teratur inter digytos fermenteſcens. Lauatur vt cæruſa. Adulterant amylo aut cymolia: ſed maxime ſui captos oriza tantũ paſcũt. Felle inunctus oculis ex melle contra ſuffuſiones nihil vtilis prædicant. Inteſtinis & reliquo corpore eius ſuffiri vulua laborantes ſalutare tradunt. Item velleribus circundari vapore eius infectis. Corij vtriuſq; cinis ex aceto illitus ijs partibus quas ſecari opus ſit. aut nidor cremati ſẽſum omne3 ſcalpelli aufert. Sanguis vtriuſq; claritatem viſus inunctis donat: & cicatrices oculorum emendat. Corpus ipſum excepto capite pedibuſq; eliſum manditur iſchiadicis. Tuſſim veterem emendat præcipue in pueris. Item lumborum dolores. Et adipem habent: quo tactus pilus defluit. Hic perũctos a crocodilis tuetur. Defluit inſtillaturq; morſibus. Cor annexum in lana ouis nigrũ: cui null9 alius color incurſauerit: & primo partu gẽita ſit quartanas abigere dicitur. Iungemus illis ſimillima & peregrina æque animalia. Priuſq; chameleontem peculiari volumine dignum exiſtimatum Democrito Et per ſingula membra diſſecatum non ſine magna voluptate noſtra cognitis proditiſq; mendacijs græcæ vanitatis. Similis eſt magnitudine ſupradicto crocodilo. ſpine tantum acutiore curuatura: & caude amplitudine diſtãs. Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur: & ideo verſicoloris eſſe demutationis. Vis eius maxima contra accipitrum genus. Detrahere enim ſupra volantem ad ſe traditur: & voluntarium præbere lacærandum cæteris animalibus. Caput eius & guttur ſi roboreis lignis accendantur hymbrium & tonitruum concurſus facere. Democritus narrat. Item iecur in tegulis vſtũ Reliqua ad veneficia pertinentia quæ dicit: q̃q̃ falſa exiſtimantes omittemus: præterq̃ in riſu coarguentium. Dextro oculo ſi viuenti eruatur: albugines oculornm cum lacte caprino tolli. Lingua ad alligata. pericula puerperij. Eundem ſalutarem eſſe parturiẽtibus circa domum. Sin vero domibus inferatur perniciofiſſimum. Linguam ſi viuenti exempta ſit: ad iudiciorum euentus pollere. Cor aduerſus quartanas illigatum nigra lana primæ tontuſę. Pedem in prioribus dextrum genæ pelle illigatum ſiniſtro brachio: contra latrocinia torroreſq; nocturnos pollere. Item dextrã mamillam contra formidines pauoreſq;. Siniſtrum vero pedem torreri in furno cum hærba: quæ etiam chameleon vocatur. Additoq; vnguento in paſtillos digeri. Eos in ligneo vaſe condito: præſtare (ſi credimus) ne cernatur ab alijs qui habeat. Armũ dextru3 ad vincendos aduerſarios vel hoſtes valere vtiq; ſi abiectos eiuſdem neruos calcauerit. Siniſtrum mirum quibus monſtris conſecret qualiter ſomnia quę velis: & quibus velis mittantur: putet referre: Omnia ea dextro pede reſolui: ſicut ſiniſtro latere iethargos. quos fecerit dextrum. Capitis dolores inſperſo vino in quo latus alterutrum maceratum ſit: ſanari fœminis. Si ſiniſtri pedis cineri miſceatur lac ſuillum podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata Et ſuffuſiones corrigi prope creditur tridui inunctione. Serpentes fugari lyene inſtillato. Muſtellas contrahi in aquam coniecto. Corpore vero illito detrahi pilos. Idem præ

☞ Ad reſiſtendum magicis artibus.

☞ Vis mulieru3 attractiua.

Mendaces græci.

Cha. capite & gutture hymi & toni: cãri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0438-8

DFG

ſtare narrant iecur cũ ranę raptę pulmone illitum. Præterea iocinere amatoria diſſoluere. Melanco
licos autem ſanari ſi ex corio chameleõtis hærbæ ſuccus habente bibatur. Inteſtina & fimum eoruꝫ
cum id animal nullo cibo viuat cum ſimiarum vrina illita inimicorũ immane odiũ & omniuꝫ homi
num ijs conciliare. Cauda flumina & aquarum impetus ſiſti. Serpẽtes ſoporari. Eadeꝫ medicata ce-
dro & myrrha illigataq; gemino ramo palmæ ꝑcuſſam aquam diſcuti: vt quæ intus ſint oĩa appare-
ant. Atq; vtinam eo ramo cõtactus eſſet Democritus: quoniam ita locacitates immodicas promiſit
inhiberi. Palãq; eſt virum alias ſagacem & vitæ vtiliſſimũ nimio iuuãdi mortales ſtudio prolapſum.

Hic ply. de-mo. loquaci-tatem arguit.

Ex eadem ſimilitudine eſt ſcincus. quẽ quidã terreſtrẽ crocodillũ eſſe dixerũt. Candidiore autem &
tenuiore cute. Præcipua tamẽ differẽtia dignoſcit a crocodillo aquatico ſquãmaruꝫ ſeta a cauda ad
caput verſa. Maximus indicus. Deinde arabicus. Afferunt ſalſi. Roſtrũ eius & pedes in vino albo po
ti cupiditates veneris accẽdunt. Vtiq; cũ ſatyro & erucæ ſemine ſingulis drachmis omnium ac pipe
ris duabus admixtis: ita vt paſtilli ſingularum drachmarum bibant. Per ſe lateruꝫ carnes obolis bi-
nis cum myrrha & pipere pari modo potæ efficatiores ad idẽ credunt. Prodeſt & cõtra ſagittas ve-
nenatas: vt Appelles tradit poſtea ſũptus. In antidota quoq; nobilia addit. Seſtius plus q̃ drachmæ
pondere in vini hemina potũ pernitieꝫ afferre tradit. Præterea eiuſdẽ decoctũ cum melle ſumptum
venerem inhibere. Eſt crocodillo cognatio quędam affinitaſq; annis eiuſdẽ geminiq; victus. hippo-
potamo teptore trahendi ſanguinis vt diximus. Plurimi autem ſuper ſaiticam inter ægypti præfe-
cturas. Huius corij cinis cũ aqua illitus panos ſanat. Adeps frigidas febres. Item fimus ſuffitu. Den-
tes parte leua dolores dentiũ ſacrificatis gingiuis. Pellis eius e ſiniſtra parte frontis in inguina adal-
ligata venerẽ inhibet. Eiuſdẽ cinis alopecias explet. teſticuli drachma ex aqua contra ſerpentes bi-
bitur. Sanguine pictores vtuntur. Peregrinæ ſũt & lynces: quæ clariſſime oĩm quadrupedũ cernunt.
Vngues earum oẽs cuꝫ corio exuri efficaciſſime in carpato inſula tradunt. Hoc cinere poto ꝓpudia
virorũ: eiuſdem aſperſu fœminarum libidines inhiberi. Item pruritis corporuꝫ. Vrina ſtillicidia ve-
ſicæ. Itaq; eam protinus terra pedibus aggeſta obruere tradit. Eadem aũt & vngularum aurium do
lori monſtratur in remedio Hactenus de externis. Nunc reuertemur ad noſtruꝫ orbem. Primumq;
communia animalium remedia atq; eximia dicemus.

¶ Medicinę cõmunes ex feris aĩalibus: aut eiuſdẽ generibus placidis. Lactis vſus: & obſer
uationes: & caſeis: butyro: & adipe. CA. IX.

Sicuti e lactis vſu vtiliſſimum cuiq; maternũ concipere: nutricis exitioſũ eſt. Hi ſunt enim in
fantas qui coloſtrati appellantur: denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt auteꝫ coloſtra prima a
partu ſpongioſa dẽſitas lactis. Maxime aũt alit quodcũq; humanũ. mox caprinũ. Vnde for
taſſis fabulæ Iouem ita nutritum dixere. Dulciſſimum ab hominis camelinum. Efficaciſſimum
ex aſinis. Magnorum animalium & corporum facilius redditur Stomacho accomodatiſſimum ca-
prinum: quoniam fronde magis q̃ hærba veſcuntur. Bubulum medicatius. Ouilum dulcius: & ma-
gis alit. Stomacho minus vtile: quoniam eſt pinguius. Omen autem vernum aquatius æſtiuo. Et de
nouellis. Probatiſſimum vero quod in vngue hæret: nec defluit. Innocentius decoctum: præcipue
cuꝫ calculis marinis. Aluus maxime ſoluitur bubulo. Minus inflat quodcumq; decoctũ. Sanat vuas
lichenas. Ad omnia vtile contuſa aut luxata. Maxime renes: veſicam: interanea: fauces: pulmones.
Foris pruritum cutis eruptiones pituitæ cibi aut potus abſtinentia. Nã vt in achaia bubulum bibe-
rent phthiſici ſyntericiq; & chachecte diximus in ratione hærbaruꝫ. Sunt inter exempla qui aſini-
num bibendo liberati ſunt podagra chyragraue. Medici ſpeciem vnam addidere lactis generibus
quod ſchiſtõ appellauere. Id fit hoc modo. Fictili nouo feruet maxime caprinum ramiſq; ficulneis
recentibus miſcetur: additis totidem cyathis aceti mulſi quot ſint heminæ lactis. Cum ferue tue cit
confundantur: præſtat cyathus argenteus cum frigida aqua demiſſus ita ne quid infundatur. Dein-
de igni dẽptũ refrigeratione diuiditur & diſcedit ſerum a lacte. Quidam & ipſum ſerum iam multo
potentiſſimum decoquunt ad tertias partes & ſub diuo refrigerant bibitur autem efficaciſſime he-
minis ꝑ iterualla ſingulis vſq; a quinas a potu illius ſolitis geſtari. Datur comitialibus: melancolicis:
paralyticis: in lepris: elephantijs articularibus morbis. Infunditur quoq; lac contra roſiones a me-
dicamentis factas. Et ſi vrat dyſenteria decoctum cum marinis lapillis aut cum ptiſana hordea-
cea. Item contra roſiones inteſtinorum bubulum aut ouilum vtilius. Recens quoq; dyſentericis
infunditur. Ad colum autem crudum. Item vuluæ: & contra ſerpentium ictus phthiſicis canthari-
dum: aut ſalamandræ: aut bupreſtis: aut pityocampes venenis. priuatim bubulum ijs qui coloſtruꝫ
biberint aut cicutam aut doricnium aut leporem marinum: ſicut aſininum contra gypſum & cæ-
ruſam & ſulfur & argentum viuum. Item duræ aluo in febri. Gargarizatur quoq; faucibus exulce-
ratis vtiliſſime. Et bibitur ab imbecilitate vires recolligẽtibus: quos atrophos vocant in febri etiam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0439-6
DFG

quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibũ lactis aſinini heminã dari cõuenit. Aut ſi in exitu cibi ro-
ſiones ſẽtiãt. Antiqui in arcanis habuerũt. Sed hoc ſi nõ eſſet: habuerunt e caprino bubuli ſerum or
topnoicis prodeſt ante cætera addito naſturtio. Iungunť etiam oculi in lactis heminis ſeſami addi-
tis drachmis quattuor tritis in lippitudine. Caprino lyenes ſananť poſt bidui inediã tertia die hede
ra paſtis capris ꝑ triduum poto ſine alio cibo. Lactis vſus alias cõtrariꝰ capitis doloribus. Epaticis:
ſplenicis: neruorum vitio febres habentibus: vertigini præterq̃ purgationis gratia grauedini tuſſien
tibus lippis. Suillũ vtiliſſimũ tenaſmo dyſenteriæ: necnõ phthiſicis. Hunc etiã mulieribus qui dice-
rent ſaluberrimũ fuerũt. De generibus caſeoꝝ diximus: cũ de vberibus ſingulisq; aĩaliũ mẽbris do-
ceremus. Sectius eoſdẽ effectus equino quos bubulo tradit. Hoc vocat hippacẽ. Stomacho vtiles: q̃
non ſunt ſalſi. ideſt recentes. Veteres aluum ſiſtunt: corpuſq; minuũt: ſtomacho vtiliores. In totũ ſal-
ſa minuunt corpus: alunt mollia. Caſeus recens cu3 melle ſugillata emendat. Mollis aluum ſiſtit. Se
dat tormina paſtillis in vino auſtero decoctis: rurſuſq; in patina toſtis cum melle. Saprum vocãt: qui
cum ſale & ſorbis ſiccis e vino tritus potuſq; medetur cæliacis. Genitaliu3 carbunculus caprinus tri-
tus & impoſitus. item accidus cum oxymele. Maculis in balineo illitus oleo interliniť. E lacte fit: &
butyrum barbarum gentium laudatiſſimus cibus: & qui diuites a plebe diſcernat. Plurimũ e bubu
lo: & inde nomẽ pinguiſſimum ex ouibus. Fit & ex caprino: ſed hyeme calefacto lacte ęſtate expreſ
ſo tantu3: cerebro iactatu in longis vaſis anguſto foramine: ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore alias
præligato. Additur paululũ aquæ vt aceſcat. Q đ eſt maxime coactũ in ſummo fluuit: ad id exẽptu3
addito ſale oxygala appellãt. Reliqua decoquũt in ollis. Ibi quod ſupernatat: butyrũ eſt oleoſũ natu

☞ Antiquitus adipe nuptæ poſtes domꝰ vngebant hic vxor (vt volunt) dictæ.

ra. Quod magis virus reſpuit: hoc ꝑſtantius iudicať. Pluribꝰ cõpoſitiõibus miſceť inueteratũ. Natu
ra eius aſtrigere: mollire: replere: purgare. Oxygala fit & alio mõ accido lacte addito ĩ recẽs: qđ dũ
aceſcit vtiliſſimum eſt ſtomacho. Effectus dicemus ſuis locis. Proxima in cõmunibus laus eſt adipi
ſed maxime ſuillo. Apud antiquos etiam religioſus erat. Certe nouæ nuptæ intrantes etiamnum ſo
lẽne habẽt poſtes eo attingere. Inueterať duobus modis: aut cum ſale: aut ſincerus: tãto vtilior: quã
to ſit vetuſtior. Axungiam etia3 gręci appellauere in voluminibus ſuis. Neq; eſt occulta virium cau
ſa: quoniã id aĩal hærbarum radicibus veſcitur. Itaq; etiam fimo innumeri vſus. Quãobrem non de
alia loqui eum ſue multo efficatiore fœmina: & quæ nõ peperit. Multo vero præſtantior in apris eſt
Vſus igitur axũgiæ eſt ad mollienda: excalfacienda: diſcutienda: purgãdaq;. Medicorum aliqui ad
mixto anſeris adipe taurorũq; ſeuo & hyſopo ad podagras vti iubent. Si vero permanet dolor cum
cæra: myrto: reſina: pice. Sincera axungia medeť ambuſtis vel niue. Pernionibus autem cum hordei
cinere & galla pari modo. Prodeſt & cõfricatis membris. Itinerumq; laſſitudines & fatigationes le-
uat. Ad tuſſim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle.
Vetus etiam phthiſin in pilulis ſumpta ſanat: quæ ſale inueterata eſt. Omnino enim non niſi ad ea
quę purganda ſint exulceranda & calida recipitur. Quidam quadrãtes axungiæ mulſi in vini chia-

☞ Vel phthiſin adeps ſuillus ad mulierum cutem.
Vel in vteru3 collyriĳ.

this tribus decoquunt contra tuſſim: quintoq; die picem liquidam in ouo ſumi iubẽt circunligatis
lateribus & pectoribus & ſcopulis eorum qui phthiſin ſentiunt. Tantaq; eſt vis vt genibus etia3 ad
alligata redeat in os ſapor eãq; expuere videanť. Et ſue quæ non peperit aptiſſime vtunť ad cutem
mulieres. Contra ſcabiem vero quouis admixto iumentorum ſeuo pro parte tertia & pice pariterq;
ſub feruefactis. Sincera partus in abortum vergentes nutrit collyriĳ modo ſubdita. Cicatrices cõco-
lores facit cæruſa admixta vel argenti ſpuma. At cum ſulphure vnguium ſcabricias emendat. Me-
detur & capillo fluenti. Et vlceribus in capite mulierum cum gallæ parte quarta. Et infumata pilis
oculorum. Datur & phthiſicis vnciatim cum vini veteris hemia decocta: donec tres vnciæ e toto re
ſidant. Aliĳ & mellis exiguũ adĳciunt. Panos ſanat illita cum calce. Item furunculos: duritiẽq; mam
marum. Rupta & conuulſa & ſpaſmata & luxata ſanat. Clauos & rimas colliq; vitia cum helleboro
albo. Parotidas ammixta farina ſalamentaria teſta. Quo genere proficit ad ſtrumas. Pruritus & pa-
pulas in balneo punctis tollit. Alioq; etiamnum modo. Podagricis prodeſt mixto oleo vetere: cõtri-
to vna ſarcophago lapide & quinquefolio tuſa in vino: vel calce: vel cum cinere. Facit & peculiare
emplaſtrum. lxxxv. pondere. C. ſpumæ argenteæ mixtis: vtiliſſimũ cõtra inflationes vlcerum adipe
verrino confici. Et inungi putant vtile. Iĳſq; quæ ſerpãt illinire cum reſina. Antiqui maxime axibus

☞ Lupinus adeps palma3 obtinens cur nouæ nuptæ eo po. vng.

vmbiculoꝝ perungendis ad faciliorem circumactum rotarum vtebantur: vnde nomẽ. Sic quoq; vti
li medicina cum illa ferrugine rotarum ad ſedis vitia virilitatiſq;. Et per ſe axungia3 medici antiqui
maxime probabant renibus detractam: & exemptis venis aqua cœleſti fricabant crebro: decoque-
bantq; fictili nouo ſæpius: tum demũ aſſeruantes. Conuenitq; falſam magis mollirę: excalfacere di-
ſcutere: vtilioreq; eſſe vino lotã. Maſurius palmã lupino adipi dediſſe ãtiquos tradi. Ideo nouas nu-
ꝑtas illo pungere poſtes ſolitas: ne quid mali medicamenti inferreť. Quæ ratio adipis eadem in iĳs q̃

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0440-8
DFG

ſuminant:ſeui eſt:aliȷ́s modis non minoris potētiæ. Perficiť oẽ exemptis venis aqua marina vel ſal-
ſa lotũ:mox in pila tuſũ:aſperſũ marina. Crebro poſtea coquitur:donec oñis oboleatur odor. Mox
aſſiduo ſole ad candorẽ reduciť. A regnibus aũt oẽ laudatiſſimũ eſt. Si vero vetus reuocetur ad curã
liquefieri prius iubẽt. Mox frigida aqua lauari ſæpius:dein liquefacere effuſo vino q̄ odoratiſſimo.
Fodẽq; modo iteꝝ ſæpius cogunt:donec virus euaneſcat. Multi priuati ſic tauroꝝ leonũ pãtherarũ
ac cameloꝝ pinguia curari iubẽt. Vſus dicetur ſuis locis. Cõmunis & ratio medullaꝝ eſt. Oẽs molli
unt:explent. ſiccant:excalfaciunt:laudatiſſima ceruina:mox vitulina:dein hircina & caprina. Curã
tur ante autũnuʒ recẽtes lotę:ſiccatæq; in vmbra ꝑ cribrũ. Dein liquatæ ꝑ lintea exprimuntur:ac re-
ponuntur in fictili locis frigidis. inter omnia aũt cõmunia animaliũ fel præſtantius in effectu. Eſt enĩ
vis eius excalfacere:mordere:ſcindere:extrahere: diſcutere. Minorũ animaliũ ſubtiliꝰ intelligãtur
Et ideo aureo ducentis. Omen autem curatur recẽs prȩligato ore lino craſſo demiſſum inferuenteʒ
aquam ſemihora:mox ſichatum ſine ſole:atq; in melle condituʒ. Damnatur equinum tantum inter
venena. ideo flamini ſacro equum tangere non licet cum romæ publicis ſacris equus etiam immole- Fas erat fla.
tur. Quin & ſanguis eorum ſepticam vim habet. Item equatum prȩterq̄ virginuʒ erodit emarginat: equũ tangere
vlcerat. Taurinus quidem recens inter venena eſt excepta egyra. Ibi enim ſacerdos terræ vaticina-
tura tauri ſãguinem bibit priuſq̄ deſcendat in ſpecus. Tantũ poteſt ſympatia illa de qua loquuntur:
vt aliqñ religiõe vel loco fiat. Druſus tribunus plebis tradiť caprinũ bibiſſe cũ pallore & inuidia ve-
neni ſibi dati inſimulari. Q. Scipionẽ inimicũ vellet. Hircorũ ſanguini vis eſt:vt ferramẽtoꝝ ſubtili-
tas nõ aliter acuatur aut induretur aut ſcabriciã poliať:vehemẽtiuſq; q̄ lima. Nõ igitur & ſãguis ani-
malium inter cõmunia dici poteſt: & ideo ſuis queq; dicẽtur effectibus. Digeremꝰ ei in aĩalia ſingu-
la vſus plurimũq; cõtra ſerpentes Exitio iȷ́s eſſe ſeruos nemo ignorat:vt ſi quæ ſunt extractas cauer-
nis mandãt. Nec vero ipſis ſperantes tantũ aduerſãtur:ſed membrati quoq; fugari eos nidore cornꝰ
eoꝝ ſi vratur dictũ eſt. Ad ſũmo gutture vſtis oſſibus cõgregari dicũtur. Pelles eiuſdẽ aĩalis ſubſtra-
ctæ ſecuros præſtãt ab eo metu ſomnos. Coagulũ quoq; ex aceto potũ ab ictu: & ſi oĩno tractum ſit:
eo die nõ ferit ſerpens. Teſtes quoq; eiꝰ inueterat:vel genitale maris:ſalutariter danť in vino. Itẽ ver
mes qui cẽtipeliões vocãtur fugiũt. Et oĩno aliqd cerui habentes:aut medulla punctos ſeuo ve cerui
aut vituli. Summis aũt remediȷ́s præferť humili coagulũ in matris vtero execti vt indicauimus. San
guine quoq; ceruino ſi vna vrať dracontion & cunilago & anchuſa lẽtis ſcyligno contrahi ſerpentes
dicũt. Diſſipari deinde ſi ſanguine detracto adiȷ́ciať pyretrũ. Inuenio apud auctores grȩcos aĩal cer
uo minus: & pilodemum ac dente ſimili quod ophion vocatur. Sardiniam eum tantum ferre ſolitã.
Hoc intereſſe arbitror. Et ideo medicinas ex ea omitto.

¶Medicinæ de apro: & capris: & equis feris: & remedia de beſtis con-
tra omnes morbos. CA.X.

APri quoq; cerebrũ cõtra eos laudať cũ ſanguine. Iecur etiã ĩueteratũ potũ cũ ruta & vino
Itẽ adeps cũ melle reſinaq;. Simili modo verrinũ iecur exẽptis duntaxat fibris quattuor
oboloꝝ põdere:vel cerebrũ in vino potũ. Capraꝝ cornu vel pilis accẽſis fugari ſerpẽtes
dicũt. Cinerẽq; eoꝝ potũ vel illitũ contra ictus valere. Itẽ lactis hauſtus cum vna aminea
Vel vrine cum aceto ſcyllitico. Caſeũ caprinũ cũ origano impoſitũ vel ſeuum cũ cæra. Milia prȩter
ea remedioꝝ ex eo animali demõſtrãtur:ſicut apparebit. Quod quidẽ miror:cum febri negeť care-
re. Amplior potẽtia feris eiuſdẽ generis qđ numeroſiſſimũ eſſe diximus. Alia vero ex hircis. Demo-
critus etiamnum effectus auget eius qui ſingularis natus ſit. Fimus quoq; caprarum in aceto deco-
ctus & illitus in ictus ſerpentium placet: & recentis cinis in vino. Atq; in toto difficilius ſe recoligen
tes a ſerpentium ictu:in caprilibus optime conualeſcunt. Qui medicari efficatius volunt:occiſæ ca-
præ aluum diſſectã cũ fimo intus reperto ſtatim illigant. Aliȷ́ carnẽ recentẽ hædoruʒ pilo ſuffiunt:eo
demq; nidore fugant ſerpẽtes. Vtunť & pelle eorũ recente ad plagas:carne & fimo equi in agro pa-
ſti. Coagulo leporis ex aceto cõtra ſcorpionẽ & murẽ araneũ. Aiunt aũt nõ feriri leporis coagulo ꝑ-
unctos. Percuſſis a ſcorpione fimũ caprȩ efficatius cũ aceto decoctũ auxiliať. Lardũ iuſq; decocti po Aduerte miſ-
tũ iȷ́s qui buprȩſtim hauſerint. Quinetiam ſiquis aſino in aurem dixerit ꝑcuſſum ſe a ſcorpione tran rum.
ſire malũ protinus tradunt. Venenataq; omnia accenſo eius pulmone fugere. Et fimo vituli ſuffiri ꝑ
cuſſis a ſcorpione prodeſt. Canis rabidi morſu facta vulnera circũcidũt ad viuas vſq; carnes quidam
carnẽq; vtili admouent: & ius ex eodẽ carnis decoctȩ dãt potui: aut axungiã cum calce tuſam. Lau-
dans hirci iecur:quo impoſito ne tentari quideʒ aquæ metu affirmãt. Laudãt & capræ fimum ex vi-
no illitum aut melle. Mellis & cuculi & hirũdinis decoctum & potum. Ad reliquos beſtiarum mor- Lupi roſtruʒ
ſus caprinum:caſeũ ſiccũ cũ origano imponũt: & bibi iubent. Ad hominis morſus carnem bubulaʒ veneficiȷ́s ꝓ-
decoctam. Efficatius vituli ſi nõ ante quintũ diem ſoluant. Veneficiȷ́s roſtrum lupi reſiſtere inuetera deſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0441-3

Lac aſininuȝ cõtra venena

Vel caricum alibi ſine lactis legitur. Simili modo equinum.

tum aiunt. Ob idq; villarum portis pręfigũt. Hoc idem præſtare & pellis e ceruice ſolida manica exi
ſtimatur: quippe tanta vis eſt animalis. Pręter ea quæ rettullimus & veſtigia eius calcata equis affe-
runt torporẽ. Is qui argentũ vinũ biberint ardũ remedio eſt. Aſinino lacte poto venena reſtringũtur
Peculiariter ſi hyoſciamũ potũ ſit: aut viſcũ: aut cicuta: aut lepus marin⁹: aut opocarpathũ aut pha
ricon: aut dorycnidium. Et ſi coagulũ alicui nocuerit: nã id quoq; venenũ eſt in prima lactis coagu-
latione. Multos eius & alios vſus dicemus. Sed meminiſſe oportebit recẽti vtendũ: aut nõ multo po
ſtea tepefacto. Nullũ enim celerius euaneſcit. Oſſa quoq; aſini cõfracta & decocta cõtra leporis ma
rini venenuȝ dãtur. Oĩa eadem onagris efficaciora. De equiferis nõ deſcripſerunt græci: quoniã ter-
ræ illæ non gignebant. Verumtamẽ fortiora eadẽ q̃ in equis intelligi debẽt. Lacte equino venena le
poris marini & toxica expugnãtur. Nec vros aut biſontes gręci in experimentis habẽt quemq̃ boue
fero refertis indiæ ſiluis portione tamẽ eadẽ efficatiora omnia ex iis credi par eſt. Si quoq; lacte bu-
bulo cuncta venena expugnari tradunt: maxime ſupradicta: & ſi ephemerũ impãctum ſit: vt ſi can-
tharides darę comitione omnia egeri. Sic & caprino iure cantharides. Contra ea vero q̃ exulceratio
ne enecãt. ſeuum vitulinũ ſeu bubulũ auxiliatur. Nam contra ſanguiſugas potas butyrum remedio
eſt cum aceto ferro calefacto. Quod & p ſe prodeſt contra venena. Nam ſi oleum nõ ſit: vicẽ eius re-
preſentat. Multipedum morſus cum melle ſanat. Oĩa ſeſami quoq; iure poto venena ſupradicta ex
pugnari putant. Priuatim vero aconita & cicutas. Iteq; vitulino ſeuo. Caprinus caſeus recẽs iis q vi-
ſcum biberint. Lac vero contra cãtharidas remedio eſt: & cõtra ephemerũ potũ cũ taminia vna. Sã-
guis caprinus decoctus cũ medulla: contra toxica venena ſumitur. Hędin⁹ contra reliqua. Coagulũ
hædi contra viſcũ: & chameleontẽ album: ſãguinẽq; taurinum: cõtra quẽ & leporis coagulum eſt ex
aceto. Contra paſtinacam vero & omnium marinorũ ictus vel morſus coagulũ leporis vel hædi: vel
agni drachmæ pondere ex vino. Leporis coagulum & cõtra venena additur antidotis. Papilio quo
q; lucernarum luminibus aduolans inter mala medicamẽta numerat̃. Huic cõtrarium eſt iecur ca-
prinuȝ: ſicut fel veneficiis ex muſtella ruſtica factis.

¶ De remediis ad morborum multa q̃ ex animalibus. CA. XI.

HInc deinde reuertemur ad genera morboruȝ. Capilli defluuia vrſinus ades mixto ladano
& adiantho cõtinet. Alopeciaſq; emendat & raritatem ſuperciliorũ cũ fungis lucernaruȝ
ac fuligine quæ eſt in roſtris eaꝝ prorigini cum vino ꝓdeſt. Ad hanc & cornus ceruini ci-
nis e vino: vtq; non tedia animaliũ capillis increſcat. Itẽ fel caprinum cũ creta cymolia &
aceto ſit vt paululum capilli inareſcant. Item fel hircinũ cum vrina tauri. Si vero vetus ſit: etiam fur
fures adiecto ſulphure emendat. Cinere genitalis aſini ſpiſſari capillum putãt & e canitie vindicari
ſi raſis illinat̃: Plũboq; tritus cũ oleo dẽſari: & aſinini pulli cũ vrina: admiſcẽtq; nardum: faſtidii gra-
tia. Alopecias felle taurino cũ ægyptio alumine tepefactas illinũt. Capitis vlcera manãtia vrina tau
ri efficaciter ſanat. Itẽ hominis vetus ſi cyclaminũ adiiciat̃ & ſulphur. Efficatius tamẽ vitulinum fel.
Quo cũ aceto calefacto tollũt̃ & lẽdes. Seuũ vitulinũ cũ ſale tritũ capitis vlcerib⁹ vtiliſſimũ. Lauda-
tur & vulpiũ adeps: ſed pręcipue fel & fimũ cum ſinapi pari mõ illitum. Caprini cornus farina vel ci
nis magiſq; hirciui addito nitro & tamarici ſemine: & butyro: oleoq; prius capite raſo mire cõtinent
Attende. ita fluentem capillũ. Sicut & canis cinere ex oleo illito ſupercilia nigreſcũt. Lacte caprino lendes tol
li tradunt. Fimo cũ melle alopecias expleri. Itẽ vngularũ cinere cum pice fluentem capillum conti
neri. Leporinus cinis cum oleo myrteo capitis dolores ſedat. Item aqua pota quæ de bouis aut aſi-
ni potu relicta eſt. Et ſi credimus vulpis maſculæ genitali circũligato. Cornus ceruini cinis illitus ex
aceto aut roſaceo: aut ex irino: oculorum epiphoras. Eaſq; bubulo ſeuo cum oleo cocto illinunt.
Ceruini cornus cinis ſcabricias eodem vngine ſanat. Mucrones autem ipſos efficatiores putant. Lu
pi excrementis circunlini ſuffuſiones prodeſt. Cinere eorum cum attico melle inungi obſcuritates.
Item felle vrſino. Epinyctidas adipe aprino cum roſaceo. Vngulæ aſininæ cinis inunctus e ſuo la-
cte cicatrices oculorum & albugines tollit. Medulla bubula ex dextro crure priore trita cum fuligi
ne pilis & palpebrarum vitiis occurrit. Calliblephari angulorumq; modo fuligo in vſu temperatur.
Optime ellichmo papiraceo. Oleoq; ſeſamino. Fuligine in nouo vaſe pennis deterſa. Efficaciſſime
tamen euulſos ibi pilos coercet. Felle tauri cum oui albumine collyria fiunt: aquaq; diſſoluta inun-
guntur per quatriduum. Seuum vituli cum anſeris adipe & ocimi ſucco genarum vitiis aptiſſimum
eſt. Eiuſdem medulla cum pari pondere cæræ & olei vel roſacei addito ouo duritię genarũ illinun-
tur. Caſeo molli caprino impoſito ex aqua calida ępiphoræ ſedãtur. Si tumor ſit ex melle. Vtrunq;
vero ſero calido fouendum. Sicca lippitudo lumbulis. ſuum toſtis atq; cõtritis & impoſitis tollitur.
Capras negant lippire: quoniam eę quaſdam hęrbas edant. Item dorcades. Et ad id fimum earum
æra circundatum noua luna deuorari iubent: quoniaȝ noctu æque quoq; cernant. Sanguine hircino

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0442-9
DFG

ſos vaporari ꝓcipiunt. Id quoq; referre arbitrantur. ſi rutili coloris fuerint. Volũt & oculos ſuffiri io-
cinere in olis decocto. Quidam in aſſato. Fel quidem caprinum pluribus modis aſſumũt cum melle
cõtra caligines. Cum veratri candidi tertia parte cõtra glaucomata. Cũ vino contra cicatrices: & albu
gines: & caligines: & pterygia: & argemata. Ad palpebras vero/euulſo prius pilo/cu3 ſucco oleris: ita
vt vncto inareſcat. Contra ruptas tuniculas cum lacte mulieris. Ad omnia autem inueterata fel effica (Aduerte cõ-
cius putant. Nec abdicant fimũ ex melle illitũ epiphoris. Contraq; dolores medullã. Item pulmonẽ (tra lippi.)
leporis. Sedat caliginem fel cum paſſo/aut melle. Lupino quoq; adipe/vel medulla ſuũ fricari oculos
cõtra lippitudines ꝓcipiunt. Nã vulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant. Auriũ do
lori/& vitijs medetur vrina apri in vitro ſeruata. Fel apri/vel ſuis/vel bubulum cum oleo citreo/ & ro
ſaceo æquis portionibus. Præcipue vero taurinum cum porri ſucco tepidum: vel cum melle ſi ſuppu
rent cõtraq; odorẽ grauem per ſe tepefactu3 in mali corio. In ea parte rupta cum lacte mulierũ effica
citer ſanat. Quidam etiã in grauitate aures ſic perluẽdas putant. Alij cum ſenecta ſerpentium/& ace
to includũt lana ante aqua calida collutas. Et ſi maior ſit grauitas auriũ fel cum myrrha/& ruta in ma
li corio excalfactum infundunt. Lardum quoq; pingue. Item fimum aſini recens: cui roſaceũ inſtillatᷣ
Omniaq; ea tepefacta. Vtilior equi ſpuma: vel equini fimi recentis cinis cum roſaceo. Seuum bubulũ
cũ adipe anſerino. Butyrum recens. Vrina capri/vel tauri: ãt fullonia vetus calfacta vapore perlegantę
collum ſubeũte. Admiſcent/& aceti tertiam partem. Et aliquid vrinæ vituli/qui nondũ hærba3 guſta
uerit. Fimum etiam mixto felle eiuſdem. Et cute3/quam relinquunt angues: excalfactis prius aurib⁹
Lana autem medicamina ea includũtur. Prodeſt & ſeuum vituli cum anſeris adipe. & ocimi ſucco cũ
eiuſdem medulla admixto cumino trito infuſa. Virus verrinum e ſcropha ex coitu exceptũ priuſq̃ ter
ram attingat contra dolores. Auribus fractis glutinum e naturis vitulorum: factu3 & in aqua liquatũ.
Alijs vitijs adeps vulpium. Item fel caprinu3 cum roſaceo tepido/aut porri ſucco. aut ſit rupta ibi ali
qua a lacte mulieris. Si grauitas ſit audiendi: fel bubulũ cũ vrina capręvel hirci/vel ſi pus ſit. In quo
cunq; autem vſu putant hæc efficatiora in cornu caprino per dies viginti infumata. Laudãt & coagu
lum leporis tertia denarij parte dimidia quoq; ſagapeni in amineo vino. Parotidas vrſinus adeps cõ
primit pari pondere cęræ/& taurini ſeui. Addũt quidem hippociſtidem: & ꝑſe butyru3 illitum: ſi pri
us foueãtur fœnogræci decocti ſucco. Efficacius cum ſtrychno. Proſunt & vulpium teſtes: & taurin⁹
ſanguis aridus tritus. Vrina caperę calefacta/iſtillata auribus. Fimumq; eiuſde3 cũ axungia illitũ. Dẽ-
tes mobiles confirmat ceruini cornus cinis/doloreſq; eoꝝ mitigat: ſiue infricẽtur/ſiue colluãtur. Qui
dam efficatiorem ad omnes eoſdem vſus crudi cornus farinã arbitrãtur. Dentifricia vtroq; modo fi
unt. Magnum remedium eſt & in luporũ capitis cinere. Certumq; eſt in excremẽtis eorum/plęræq;
inueniri oſſa. Hæc ad alligata eundem effectu3 habẽt. Ite3 leporina coagula ꝑ aurem infuſa cõtra do
lores. Et capitis eorum cinis dentifriciu3 eſt. Adiectoq; nardo mulcet graueolentiã oris. Aliqui muri
norum capitu3 cinerẽ miſcuiſſe malunt. Repitur in latere leporis acui os ſimile hoc ſacrificari dentes
in dolore ſuadant. Talus bubulus accenſus eos qui labant cũ dolore admotus confirmat. Eiuſdem ci
nis cum myrrha dentifricũ eſt. Oſſa quoq; ex vngulis ſuum combuſta eundem vſum ꝓbent. Ite3 oſſa
ex acetabulis ꝑnarum circa q̃ coxendices vertũtur. Iiſdem ſanari dimiſſis in fauces iumentorũ vermi
nationes votum eſt. Sed & corruptos dentes confirmari. Aſinæ quoq; lacte ꝑcuſſu vexatos: aut denti
um eiuſdem cinere. Lychene item equi cum oleo infuſo per aurem. Eſt autem hoc nõ hippomanes:
quod alioquin noxium omitto. Sed in equorũ genibus/ac ſuꝑ vngulas. Præterea in corde equoru3 in
uenitur os dentibus caninis maxime ſimile. Hoc ſacrificari dolorem. Aut exempto dẽte emortui eq
maxillis ad numerum eius/qui doleant demonſtrãt. Equarũ virus a coitu in lychinis accenſum. Ana
xilaus ꝓdidit equinorum capitum vſus reprę̨ſentare mõſtrifice. Similiter ex aſinis. Nã hippomanes
tantas in veneficio vires habet: vt affuſum æris mixturæ in effigiem equę olympię admotos mares e-
quos ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus: & fabrile glutinum in aqua decoctu3: illitũq; & mox
paulo detractu3: ita vt cõfeſtim colluantᷣ vino: in quo decocti ſunt cortices mali punici dulcis. Efficax
habetur & caprino lacte collui dentes/vel felle taurino. Talorũ capræ recentiu3 cinis dẽtifricio pla-
cet. Et oĩm fere villaticorũ quadrupedũ: ne ſæpius eadem dicantur.

## ¶ Ad faciei vitia/ceruicis/& pectoris morbos. CA.XII.

AVtem in facie erugari/& teneſcere: & cãdorem cuſtodiri lacte aſinino putant. Notumq; eſt
quaſdam quottidie q̃ngentas cuſtodito nũero fouere. Poppeaq; hoc vxor Neronis princi-
pis iſtituit. Balneaꝝ quoq; ſic ſolio tẽpato: aſinorũ gregibus ob hoc eã comitãtibus. Impe
tus pituitæ in facie butyro illito tolluntur. Efficacius cum cæruſa. Sincero vero ea vitia/ q̃
ſerpũt inſuper impoſita farina hordeacea. Vlcera in facie membrana e partu bouis madido. Friuolũ (Pro mulierũ
licet videatᷣ non tamen omittendum propter deſideria mulieru3. Talum candidi iuuenci .xl. diebus (deſiderijs ad cutis cãdorẽ.)

noctibuſq; donec reſoluať in liquorem decoctum/& illitū linteolo candorem/cutiſq; erugationē prę-
ſtare. Fimo taurino malas rubeſcere aiunt. non vt crocodileaȝ illini melius: ſed foueri frida/& ante/&
poſtea iubent. Aeſtates/& quę diſcoloreȝ faciunt cutem fimum vituli cum oleo/& gummi manu ſub
actum emendat. Vlcera oris/& rimas ſeuum vituli/vel bouis cum adipe anſeris/& ocimi ſucco. Eſt &
alia mixtura ſeuo vituli cum medulla cerui/& albę ſpinæ folijs vna tritis. Idem pręſtat/& medulla cū
reſina: vel ſi vaccina ſit: iuſq; e carne vaccina. Lichenas oris præſtantiſſime vincit glutinū factuȝ e ge-
nitalibus vitulorum liquatū aceto cū ſulphure viuo ramo ficulneo permixtum: ita vt bis die recens il
linatur. Item lepras ex melle/& aceto decoctum: quas & iecur hirci calidum illitum tollit: ſicut ele-
phātiaſin fel caprinum. Etiamnū lepras ac furfures tauri fel addito nitro. Vrina aſini circa canis ortū
maculas in facie. Fel vtriuſq; per ſeſe aqua infractum: euitatiſq; ſolibus/ac ventis poſt detractā cutem
Similis effectus/& in taurino ſeuo/vitulinoue felle cum ſemine cunilę: ac cinere e cornu ceruino: ſi ca
nicula exoriēte cōburatur. Aſinino ſeuo cicatricibus/ac licheni/lepriſq; maxime color redditur. Hir
ci fel lentigines tollit admixto caſeo/& viuo ſulphurę/ſpongiæq; cinere: vt mellis ſit craſſitudo. Aliq
inueterato felle vti maluere: mixtis calidis furfuribus/pondere oboli vnius: quattuorq; mellis priꝰ de
fricatis maculis. Efficax eiuſdem & ſeuum cuȝ melāthio/& ſulphure/& iride. Labrorum ſiſſuris cum
adipe anſerino/ac medulla ceruina/reſinaq; & calce. Inuenio apud auctores ijs/q lentigineȝ habeant
negari magicæ ſacrificorum vſum. Lacte bubulo/aut caprino tonſillæ/& arterię exulceratæ leuātur.
Gargariȝatur tepidum: vt eſt expreſſum/āt calefactum. Caprinum vtilius cum malua/decoctū & ſa-
le exiguo. Linguæ exulcerationi/& arteriarum prodeſt ius omaſi ſi gargarizatur. Toſillis auteȝ priua
tim renes vulpium aridi cum melle triti/illitiq;. Anginę fel taurinum/vel caprinuȝ cum melle. Iecur
mellis ex aqua oris grauitatem. Vlceraq; butyrum citiſſime ſanat. Spinā/aliudue quid faucibus adhæ
rens feris extrinſecus fimo pfricatis/at reddi/aut delabi tradūt. Strumas diſcutit fel aprinum/vel bu-
bulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis e vino in lintheolo exulceratis duntaxat imponiť.
Diſcutit & vngulæ aſini/vel equi cinis ex oleo aqua illito/& vrina calefacta. Et bouis vngulę cinis ea
aqua. Fimum quoq; feruens ex aceto decoctum: teſteſq; vulpini. Prodeſt & ſapo: gallorum hoc inuē
tum: & rutilandis capillis ex ſeuo/& cinere. Optimus fagino/& caprino duobus modis ſpiſſus/ac liq-
dus. Vterq; apud germanos maiore in vſu viris/q̄ fœminis. Ceruicuȝ dolores butyro/aut adipe vrſino
perfricantur. Rigores bibulo ſeuo: quod & ſtrumis prodeſt cum oleo. Dolorem inflexibileȝ opiſtho-
tono vocant. Leuat vrina caprę auribus infuſa: aut fimum cū bulbis illitum. Vngues contuſos fel vni-
uſcuiuſq; animalis ciricunligatum. Pterygia digytorum fel taurinum aridum aqua calida diſſolutuȝ.
Quidam adijciunt ſulphur/& alumen pari pondere omnium. Tuſſim iecur lupi ex vino tepido ſanat
Vrſinumq; fel admixto melle. Aut ex cornu bubuli ſummis partibꝰ cinis. Vel ſaliua equi triduo potu
eam mori tradūt. Pulmo ceruinus cū gula ſua arefactꝰ in fumo: dein tuſus: ex melle quottidiano elig
mate. Efficatior eſt ad id ſubdulo ceruorū generis. Sanguinē expuentes ceruini cornus cinis. Cuagu
lum leporis tertia parte denarij cū terra ſamia/& vino myrteo potū ſanat. Eiuſdē fimi cinis in vino veſ
peri potus nocturnas tuſſis. Pili quoq; leporis ſuffiti extrahūt pulmonibus difficiles excreatiōes. Pu-
rulētas aūt exulceratiōes pectoris/pulmoniſq;/& a pulmone graueolentiā halylitus butyrū efficaciſ-
ſime iuuat cū pari mō mellis attici decoctū/donec rufeſcat: & matutinis ſumptū ad menſurā linguæ
Quidam ꝑ melle laricis reſinam addere maluerūt. Si ſanguis reijciať: efficacē tradūt bubulū ſangui-
nem modice: & cū aceto ſumptuȝ. Nam de taurino credere temerariū eſt. Sed glutinū taurinū tribꝰ
obolis cum calida aqua bibiť in ventre ſanguinis excreationes.

Aduerte pro capillis ruti-ſandis.

### Ad ſtomachi mala: lumborum dolores: & renum vitia. CA.XIII.

STomachū exulceratū lactis aſinini potus reficit. Itē bubuli. Roſiones eius caro bubula ad
mixto aceto & vino cocta. Rheumatiſmos cornꝰ ceruini cinis. Sanguis excreatiōes hędinꝰ
ſanguis recens ad cyatos ternos cū aceto acri pari mō feruēs potꝰ. Coagulū tertia parte ex
aceto potū iocineris dolores lupi iecur aridū ex mulſo. Aſininū iecur aridū cū petroſelini
partibus duabꝰ/ac nucibꝰ tribꝰ/ac melle tritū/& in cibo ſumptū. Sāguis hircinus cibo aptatus. Suſpi
rioſis ante oia efficax eſt potus equiferorū ſanguis. Proxime lactis aſinini tepidi cum bulbis decocti:
ita vt ſeruȝ ex eo bibať: addito in tres heminas cyatho naſturtij albi perfuſi aqua: deinde melle diluti
Iecur quoq; vulpinum/aut pulmo in vino nigro: aut fel vrſinū in aqua laxat meatus ſpirandi. Lumbo
rum dolores/& quæcunq; alia mollire opus ſit vrſino adipe perfricati conuenit. Cinerem aprini/aut
ſuilli fimi inueterati aſpergi potione vini. Afferunt & magi ſua commenta. Primum omnium rabieȝ
hircorū ſi mulceať barba mitigari. Eadem præciſa nō abire eos in alienū gregē. Huic admiſcēt fimū
caprinū: & ſubdito lintenlo vncto caua manu quantū pati poſſit feruens. ſuſtineri iubent: ita vt ſi leua

Diuerſorū ſāguis vtilitas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0444-1

pars doleat. Hæc medicina in dextera manu fiat:aut econtrario. Fimũ quoqꝫ ad eum vſum acus areę
pũctis tolli iubent. Modus curationis eſt: donec vapor ad lũbos ſentiaṫ puenire. Poſtea vero manuꝫ
porro tuſo illinũt. Itẽ lũbos ipſo fimo cum melle. Suadentqꝫ in eodem dolore & teſtes leporis deuora Vel calum.
re. Iſchiadicis fimũ bubulũ imponũt calfactum in folijs cinere feruẽti. In renum dolore leporis renes
crudos deuorari iubent:aut certe coctos:ita ne dente contingãtur. ventris quidẽ dolore tẽtari negãt Lyenis vituli
talum leporis habentes. Lyenem ſedat fel apri/vel ſuis potum:vel ceruini cornus cinis in aceto. Effi- vtilitas.
caciſſime tamen inueteratus lyen aſini:ita vt in triduo ſentiatur vtilitas. Aſinini pulli fimuꝫ qđ primũ
edidit:polea vocãt:ſyrij dant in aceto mulſo. Datur & equi lingua inueterata ex vino pſentaneo me-
dicaméto:vt didiciſſe ſe ex barbaris. Cecilius/& Bion tradidit. Et lyen bubulus ſimili modo. Recens
aũt aſſus/vel elyxus in cibo. In veſica quoqꝫ bouis alij capita.xx.tuſa cum aceti ſextario imponuntur
ad lyenis dolorem. Eadem ex cauſa emi lyenem vituli,quãti indicatus ſit iubent magi nulla precij cõ
tagione:quoniaꝫ hoc quoqꝫ religioſe pertineat. Diuiſumqꝫ per longitudinem annecti tunicæ vtrinqꝫ
& induentem pati decidere ad pedes. Dein collectum in vmbra areſacere. Cũ hoc fiat ſimul reſidere
lyenem agri vitiatũ:liberariqꝫ cũ morbo dicit. Prodeſt & pulmo vulpiuꝫ cinere ſiccatus/atqꝫ in aqua
potus. Item hędoꝝ lyen impoſitus.

¶ Ad aluum ſiſtendam:ſoluendam colicos/dyſentericos:
tenas nunq̃ & tineas. CA.XIIII.

ALuum ſiſtit ceruinus ſanguis. Itẽ cornus cinis. Iecur aprinuꝫ ex vino potũ citra ſalẽ:recẽſqꝫ
Item aſſum:vel ſuillũ/vel hircinum decoctum in vini hemina. Coagulum leporis in vino
ciceris magnitudine. Aut ſi febris ſit ex aqua. Aliqui & gallã adijciunt. Alij p ſe leporis ſan
guine cõtenti ſunt lacte cocto. Eqni fimi cinis in aqua potus. Taurini cornus veteris ex par
te ima cinis inſperſus potioni aquę. Sanguis hircin⁹ in carbone decoctus. Corium caprinuꝫ cum ſuo
pilo decoctum ſucco e poto. Coagulum equi:& ſanguis caprinus:vel medulla:vel iecur aluũ ſoluit.
Fel lupi cũ elaterio vmbilico illigatuꝫ:vel lactis equini potus:item caprini cum ſale:& melle. Capræ
fel cũ cyclamini ſucco/& aluminis modico. Aliq & nitrũ/& aquã adieciſſe malunt. Fel tauri cum ab-
ſinthio tritum/ac ſubditum paſtillo. Butyrũ largius ſumptũ cœliacis/& dyſentericis medet. Iecur vac
cinũ. Cornus ceruini cinis tribus digytis captus in potione aquæ. Coagulum leporis ſubactũ in pane:
Si vero ſanguinẽ detrahunt in polẽta. Aprini/vel ſuilli/vel leporini fimi cinis inſperſus potioni tepidi
vini. Vituli quoqꝫ ius vulgariter datũ inter auxilia cœliacorũ:& dyſentericorũ tradunt. Lactis aſini po
tus vtilior addito melle. Nec minus efficax fimi cinis ex vino vtriqꝫ vitio. Item polea ſupradicta. Equi
coagulũ:quod aliqui hippacen vocãt ẽt ſi ſanguinem detrahant:vel fimi cinis:dentiumqꝫ eiuſdeꝫ tu-
ſorũ farina ſalutaris dicit:& bubuli lactis decocti potus. Dyſentericis addi mellis exiguum pręcipiũt
Et ſi tormina ſint cornus ceruini cinerem:aut fel taurinum cymino mixtum. Et cucurbitæ carnes vm
bilico imponere. Caſeus recens vaccinus immittit ad vtrũqꝫ vitium. Item butyrũ hemis quattuor cũ
reſinæ terebinthinæ ſextãte:aut cum malua decocta:aut roſacco. Dat & ſeuum vitulinum aut bubu
lum. Item medullę excoquunt cum farina/& cæra/exiguoqꝫ oleo:vt ſorberi poſſint. Medulla & in pa
ne ſubigit. Lac caprinum ad dimidias partes decoctum. Si ſint & tormina:addit proprium. Tormini
bus ſatis eſſe remedij in leporis coagulo poto e vino tepido/vel ſemel arbitrantur aliqui. Cautiores &
ſanguine caprino cum farina hordeacea/& reſina ventrem illinunt. Ad omnes epiphoras vẽtris illini
caſeum mollem ſuadent. veterem autem in farina tritum cœliacis/& dyſentericis dari cyatho caſei in
vini cyathis tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſẽtericis. Iecur aſſum capræ cœliacis
ſubuenit:magiſqꝫ ẽt hirci cũ vino auſtero decoctũ:potũqꝫ:vel ex oleo myrtheo vmbilico ipoſitũ Qui
dam vero decoquũt a tribus ſextarijs aquæ ad heminã addita ruta. Vtunt & lyene aſſo caprę hirciue
& ſeuo hirci in pane/qui cinere coctus ſit:caprę a renibus maxie/vt per ſe hauriatur:protinuſqꝫ modi
ce frigidam ſorberi iubẽt. Aliqui & in aqua decoctuꝫ ſeuum admixta polẽta/& cymino/aneto/aceto
qꝫ. Illinunt & ventrẽ cœliacis fimo cũ melle decocto. Vtunt ad vtrunqꝫ vitiuꝫ/& coagulo hędi in vino
myrteo magnitudine fabę poto/& ſanguine eiuſdem in cibum formato:quem ſanguiculum vocant.
Infundat dyſentericis:& glutinum taurinum aqua calidũ reſolutũ. Inflationes autẽ diſcutit vitulinũ
fimũ in vino decoctũ. inteſtinorũ vitijs magnope pdeſt coagulum ceruorũ decoctũ cũ lente/betaqꝫ:
atqꝫ ita in cibo ſumptũ. Leporis pilorũ cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus decoctus cum
malua exiguo ſale addito. Et ſi coagulũ addat maioribus emolumẽtis fiet. Eademqꝫ vis eſt:& in ſeuo
caprino/& in ſorbitione aliqua vti ptinus hauriat frigida aqua. Item fœminũ hædi cinis rupta iteſti-
na ſarcire mire tradit. Fimuꝫ leporis cũ melle decoctũ/& quottidie fabæ magnitudine ſumptũ/ita vt Tenaſmos.
deploratos ſanauerint. Laudant & caprini capitis cum ſuis pilis decocti ſuccum. Tenaſmos.i.crebra/ aſinino lacte
& inanis voluntas egerendi tollit poto lacte aſinino. Itẽ bubulo. Tinearũ gña pellit ceruini corn⁹ cinis tollitur.

potus. Quę in excrementis lupi diximus inueniri oſſa: ſi terram nõ attigerint: collo medenť adalligata brachio. Polea quoq; ſupradicta magnoꝑe ꝓdeſt in ſappa decocta. Item ſuilli fimi farina addito cymino in aqua rutæ decoctę. Cornus ceruini teneri cinis cocleis africanis cuȝ teſtis ſuis tuſis mixtus in vini potione.

## ¶ Ad veſicæ cruciatus: & calculos: de genitalium / & ſedis vitijs: & inguinum remedijs. CA. XV.

VEſicæ / calculorũq; cruciatibus auxiliatur vrina apri: & ipſa veſica pro cibo ſumpta. Efficacius ſi prius fumo macerať vtrunq;. Vexicam elixam mãdi oportet: & a muliere fœminę ſuis. Inueniunť & in iocinerib⁹ eoꝝ lapilli: aut duricie lapillis ſimiles cãdidi ſicuti ĩ vulgari ſue: quibus contritis / atq; potis in vino pelli calculos aiunt. Ipſi apro tã grauis ſua vrina ẽ. vt niſi egeſta fugæ non ſufficiat: ac velunt deuinctus opprimať. Exuri illa tradũt eos. Leporis renes inueterati in vino poti calculos pellunt. In perna ſuum articulos eſſe diximus: quorũ decoctuȝ ius facit vrinę vtilius aſinini renes inneterati / tritiq; / & in vino mero dati veſicę medenť. Calculos expellũt lyenes equini ex vino / aut mulſo poti diebus quadraginta. Prodeſt & vngulæ equæ cinis in vino / aut aq̃. Item fimum caprarũ in mulſo: efficacius ſilueſtrium. Pili quoq; caprini cinis. Verendoꝝ carbunculis cerebruȝ apri: vel ſuis: ſanguiſq;. Vitia vero quæ in eadem parte ſerpunt: iecur eorum cõbuſtuȝ maxime iuniperi ligno cũ charta armeniaca ſanat. Fimi cinis: vel bubulum cum alumine ægyptio: ac muria ad craſſitudinem mellis ſubactum. Inſuꝑ beta ex vino cocta impoſita. Caro quoq;. Manãtia vero vlcera ſeuũ cum medulla vituli in vino decoctum: vel caprinuȝ cũ melle: rubiq; ſucco. Vel ſi ſerpãt fimum etiam ꝓdeſſe cum melle dicũt: aut cum aceto: & ꝑ ſe butyrum. Teſtium tumor cum ſeuo vituli addito nitro cohibeť. Vel fimo eiuſdem ex aceto decocto. Vrinæ incõtinentiam cohibet veſica apri ſi aſſa mandať. Vngulaꝝ apri: vel ſuis cinis potioni inſpſus. Veſica fœminę ſuis combuſta / ac pota. Itẽ hędi vel pulmo. Cerebrum leporis in vino. Eiuſdẽ teſticuli toſti / vel coaguluȝ cum anſerino adipe in polẽta. Renes aſinini in mero triti: potiq;. Magi verrini genitalis cinere poto ex vino dulci demõſtrãt vrinam facere in canis cubiculo: ac verba adijcere: ne ipe vrinam faciat: vt canis in ſuo cubiculo. Rurſus ciet vrinam veſica ſuis: ſi terram nõ attigerit: impoſita pubi. Sedis vitijs ꝑclare ꝓdeſt fel vrſinũ cũ adipe. Quidã adijciunt ſpumam argenti / ac thus. Prodeſt & butyruȝ cum adipe anſerino: ac roſaceo. Modum ipſæ res ſtatuunt: vt ſint illitu faciles. Præclarę medetur & taurinuȝ fel in linteolis cõcerptis Rimaſq; perducit ad cicatricẽ: inflationibus in ea parte ſeuum vituli maxime ab inguinibus cum ruta. Cæteris vitijs medetur ſanguis caprinus cum polenta. Item fel caprinum codylomatis per ſe. Iteȝ fel lupinnm ex vino. Panos & apoſtemata in quacunq; parte ſanguis vrſinus diſcutit. Itẽ taurinus aridus tritus. Præcipuum tñ remedium traditur in calculo onagri: quem dicunt cum interficiatur reddere vrinam liquidiorem in initio: ſed in terra ſpiſſãtem ſe. Hic adalligatus fœmini omnes impetus diſcutit: omniq; ſuppuratione liberat. Eſt autem rarus inuentu: nec ex omni onagro: ſȝ celebri remedio. Prodeſt & vrina aſini cum melãthio: & vngulæ equinæ cinis cum oleo: & aqua illitus. Sãguis eq̃ præcipue admiſſarij. Et ſanguis bubulus. Item fel. Caro quoq; eoſdem effectus habet calida impoſita. Et vngulæ cinis ex aqua: aut melle. Vrina caprarum. Hircorumq; carnes in aqua decoctæ. Aut fimum ex iis cum melle decoctem. Fel vrſinum / ſiue verrinum. Vrina ſuum in lana impoſita. Fœmina atteri / aduriq; equitatu notum eſt. Vtiliſſimum eſt ad omnes inde cauſas ſpumaȝ equi ex ore: inguinibuſq; illinire inguia: & ex vlcerum cauſa intumeſcunt. Remedio ſunt equi ſetę tres totidem noctis: & ceſtros hęrba adalligatæ intra vlcus.

Remedia ad calculos expellendos.

Vř cũ chartę cinere.

Magica demonſtratio.

## ¶ De podagris: ad morbum comitialem: ad ſideratos: morbumq; regium: oſſaq; fracta remedia. CA. XVI.

POdagris medeť vrſinus adeps: taurinũq; ſeuũ pari pondere & cęrę. Addunt q̃dã hippociſtidem / & gallã. Alij hircinum pręferunt ſeuum cum fimo caprę: & croco ſinapi cuȝ caulibus ederę tritis: ac perdicio: vel flore cucumeris ſilueſtris. Item bouis fimum cũ aceti fæce. Magnificant & vituli qui nõdum hęrbam guſtauerit fimuȝ. Aut per ſe ſanguinem tauri Vulpem decoctam viuam / donec oſſa tantum reſtent. Lupumue viuum oleo cærati modo incoctuȝ. Seuum hircinũ cum hęlixines parte æqua: ſinapis tertia. Fimi caprini cinerem cum axungia. Qui & iſchiadicos vri ſub pollicibus pedum eo fimo feruente vtiliſſime tradũt. Articulorũq; vitijs fel vrſinũ vtiliſſimum eſſe: & leporis pedes adalligatos. Podagras quidã mitigari pede leporis viuentis abſciſo ſiq̃s ſecũ aſſidue habeat. Perniones vrſinus adeps. rimaſq; pedum omnes arcet. Efficacius alumine addito. Seuum caprinum. Dentium equi farina. Aprinum / vel ſuillum fel. Cum adipe pulmo impoſitus. Et ſi ſubtriti ſint: contuſiue: offenſione. Si vero aduſti frigore: leporini pilis cinis. Eiuſdẽ pulmo contuſis diffectus: aut pulmonis cinis. Sole aduſta ſeno aſinino aptiſſime curatur. Item bubulo cũ roſaceo. Clauos / & rimas. Calliq; vitia fimũ apri / vel ſuis recens illitũ: ac tertio die ſolutum ſanat. Taloꝝ

☞ Leporis pes podagris vtilis ſi ſecũ ferant.

cinis pulmo aprinus/aut ſuillus/aut ceruinus. Attritus calciamētorū vrina aſini cū luto ſuo illita. Cla
uos ſeuum bubulum cum thuris polline. Perniones vero corium cōbuſtuȝ. Melius ſi ex vetere calcia ☞
mento: iniurias a calceatu ex oleo corij caprini cinis. Varicum dolores ſedat fimi vitulini cinis cum Qūo vari. vſi
lilij bulbis decoctis addito melle modico. Itemq; omnia inflāmata/ac ſuppurationes minantia. Ea- fimo mitigāt
dē res/& podagricis ꝓdeſt/& articularijs morbis e marib⁹ p̄cipue vitulis. Articulorū attritis fel apro do.
rum vel ſuum linteo calefacto impoſitum. Vituliq; qui nōdum herbam guſtauerint fimum. Item ca
prinum cum melle/& aceto decoctum. Vngues ſcabros ſeuū vituli emēdat. Item caprinuȝ admixta
ſandaraca. Verrucas vero aufert vitulini fimi cinis ex aceto. Aſini vrinę lutū. Comitiali morbo teſtes fi. vi. verru-
vrſinos ediſſe ꝓdeſt: vel aprinos bibiſſe ex lacte eqno: aut ex aqua. Item aprinaȝ vrinā ex aceto mulſo cas tollens.
Efficacius quæ inaruerit in veſica ſua. Danr̄ & ſuum teſticuli inueterati/tritiq; in ſuis lacte p̄cedente
vini abſtinētia/& ſequente cōtinuis diebus. Dātur & leporis ſale cuſtoditi pulmones cum thuris ter-
tia parte in vino albo ꝑ dies triginta. Item coagula. Eiuſdem aſini cerebrum ex aqua mulſa infuma-
tum prius in folijs ſemūcia ꝑ dies. Vel vngularum eius cinis coclearibus binis in toto mēſe potus. Itē Vel inſulſi.
teſtes ſale aſſeruati/& aſpergi potioni in aſinarum maxime lacte/vel ex aqua. Membrana partus ea-
rum p̄cipue ſi marem peperint: olfacta accedētem orbo comitialium reſiſtit. Sūt qui e mare/nigroq;
cor edēdū cum pane ſub diuo prima/aut ſecūda luna p̄cipiāt. Alij carnem: aliqui ſanguinem aceto di
lutum ꝑ dies quadraginta bibēdum. Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcēt. Eadem
potione/& lymphaticis medētur. Comitialib⁹ dar̄ & lactis eqni potus/lichēq; in aceto mulſo bibēdū.
Dantur & carnes caprinæ in rogo homis toſtæ/vt volūt magi. Seuum eaȝ cum felle taurino pari pō-
dere decoctum/& in folliculo fellis recōditum: ita ne terram attingat. Potum vero ſublime ex aqua.
Morbū ipſum dep̄hēdit caprini corn⁹/vel ceruini vſti nidor. Sideratis vrina pulli aſinini nardo admi
xto ꝑ vnctionem ꝓdeſſe dicir̄. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis aſinini pulli ex vino. Itē fi-
mum aſinini pulli: qđ primum edidit a partu dātū fabę magnitudie e vino meder̄ intra diē tertiū. Ea
dem & ex equio pullo/ſimiliterq; vis eſt. Fractis oſſibus p̄ſentaneus maxillarum apri cinis/vel ſuis.
Item lardum elyxum/atq; circūligatum mira celeritate ſolidat. Coſtis quidem factis laudatur vnice
caprinum fimum ex vino vetere: aperit: extrahit: perſanat.

¶ Ad febres: ad melancholicos: lethargicos: hidropicos: ad ignem ſacrum: & ad dolores neruorum remedia. CA. XVII.

FEbres arcet ceruorū caro: vt diximus. Eas quidē/q̄ certo dierū numero redeūt oculus lupi
dexter ſalſus adalligatuſq;: ſi credim⁹ magis. Eſt gen⁹ febriū qđ amphimerinū vocāt. Hoc ☞
liberari tradūt: ſiqs e vena auris aſini tres guttas ſāguinis in duabus heminis aq̄ hauſierit. Quid ad fe-
Quartanis magi excremēta fellis cū digyto bubonis adalligari iubēt: & ne recidāt: nō re- bres arcēdas
moueri. ſepteno circuitu. Quis hoc q̄ſo iuenire potuit? Quę eſt iſta mixtura? Cur digytus bubonis po vitule.
tiſſimū electū eſt? Modeſtiores iacur fellis decreſcēte luna occiſę inueteratū ſale ex vino bibenduȝ añ
acceſſiōes quartanę dixere. Idem magi fimi bubuli cinere cōſperſo puerorū vrina illinūt digytos pe-
dum manibuſq; leporis cor adalligāt. Coagulum ante acceſſionē ꝓpināt. Datur & caſeus caprin⁹ re-
cēs cum melle diligēter ſero ipreſſo. Melācholicis fimum vituli in vino decoctuȝ remedio eſt. Lethar
gicos excitat aſini lychen naribus illitus ex aceto. Caprini cornus nidor: aut piloruȝ: iecur aprinū. Ita
q; & veternoſis dar̄. Phthiſicis meder̄ iecur lupi ex vino. Macræ ſuis fœminæ hærbis paſtæ lardum.
Carnes aſininæ ex iurę ſumptæ. Hoc genere maxime in achaia curāt id malum. Fimi quoq; aridi: ſȝ Vel lyen.
pabulo viridi paſto boue fumum arundine hauſtum prodeſſe tradūt. Bubuli quoq; cornus mucronē
exuſtum duorum coclearium mēſura addito melle pillulis deuoratis. Capræ ſeuo in pulte halicacia
& phthiſin/& tuſſim ſanari. Vel recēti cum mulſo liquefacto: ita vt vncia in cyathum addatur: rutęq;
ramo permiſceatur: non pauci tradunt. Lupi/& capræ ſeui cyatho/vel lactis pari menſura deploratū Vel exaliaca
phthiſicum conualuiſſe certus auctor affirmat. Sunt & qui ſuum fimi cinerē ꝓfuiſſe ſcripſerint in paſ Aduerte.
ſo. Et cerui pulmoneȝ maxime ſubulonis ſiccatum in fimo: tritumq; in vino. Hydropicis auxiliar̄ vri-
na veſicæ apri paulatim data in potus. Efficacius quæ inaruerit cū veſica ſua. Fimi taurini maxime
ſubulonis: ſed & bubuli: de armentinis loquor. Quidam bolbiton vocāt. Cinis coclearioꝝ trium in
mulſi hemina bouis fœminę in mulieribus. Et ex altero ſexu in viris: quod veluti miſterium occulta-
runt magi. Fimum vituli maſculi illitum. Fimi vituli cinis cum ſemine ſtaphylini æqua portione ex Vel liquor.
vino. Sanguis caprinus cum medulla. Efficatiorem putant hircorum vtiq; ſi lentiſco paſcantur. Igni
ſacro vrſinus adeps illinitur: maxime qui eſt ad renes. Vitulinum fimum recēs/vel bubuluȝ. Caſeus ca
prinus ſuccus cum porro. Ramenta pellis ceruinæ deſecta pumice ex aceto trita. Ruborem cum pru
rigine equi ſpuma/aut vngulæ ciuis. Eruptionibus pituitæ aſinini fimi cinis cum butyro. Papulis ni

gris caſe⁹ caprin⁹ ſiccus ex melle/& aceto in balneis oleo remoto. Puſtulis ſuilli fimi aq̃ cinis illit⁹: vel
cornus ceruini cinis. Luxatis recens fimuꝫ aprinum/vel ſuillum. Item vitulinum. Verris ſpuma recẽs
cũ aceto/fimum caprinum cum melle. Bubula caro impoſita tumorẽ ſanat. Fimum ſuillũ in teſta ca-
lefactum/tritumqꝫ cum oleo duricias corporum omnes tollit op. ime. Adeps e lupis illitus in iiſ q̃ rũ-
pere opus eſt: plurimum ꝓficit. Fimum bubulum in cinere calefactũ: aut caprinum in vino/vel aceto
decoctuꝫ. In furũculis ſeuum bubulum cum ſale. Aut ſi dolor intinctum: oleo liq̃factũ ſine ſale. Siliqꝫ
modo caprinum in ambuſtis. Prodeſt vrſinis adeps cum liliĳ radicibus. Aprinum/aut ſuillum fimuꝫ
inueteratuꝫ. Setarũ ex iiſ e penicillis tectoriiſ cinis cum adipe tritus. Tali bubuli cinis cũ cæra/& me
dulla ceruina. Fel tauri. Fimum leporis. Sed caprarũ fimuum ſine cicatrice ſanare dicit̃. Glutinuꝫ p̃-
ſtantiſſimum fit ex auribus taurorũ/& genitalibus. Nec quicq̃ efficacius prodeſt ambuſtis. Sꝫ adulte
rat̃ nihil æque q̃buſuis pellibus inueteratis/calciamẽtiſqꝫ etiã decoctis. Rodia cum vero fideliſſimũ
Eoqꝫ pictores/& medici vtũtur. Id quoqꝫ quo candidius: eo probatius. Nigrum/& lignoſum damna-
tur. Neruorum doloribus fimum caprinũ decoctum in aceto cum melle vtiliſſimuꝫ putãt: vel putreſ-
cente neruo. Spaſmata & ꝑcuſſu vitiata fimo aprino curãt vere collecto/& areſacto. Sic & quadrigis
agendis tractos: rotaue vulneratos. Et quoquo modo ſanguine cõtuſo: vel recẽs ſi illinat̃. Sunt qui id
coxiſſe aceto vtilius putent. Quin & in potu farinã eam ruptis/cõuulneratiſqꝫ/& euerſis ex aceto ſalu
tarem ꝓmittũt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibũt. Ferũtqꝫ & Neronem principem hac po-
tione recreari ſolitum: cum ſic quoqꝫ ſe trigario approbare vellet. Proximam ſuillo fimo vim putant.

Fimus caprin⁹ ner. dolo. ꝓdeſt.

q̃ potiõe nero recreabat̃

¶ Ad ſanguinem ſiſtendum: contra vlcera/& carcinomata ad
ſcabiem remedia: & quæ infixa corpori extrahunt: & quæ
cicatricibus ꝓſunt. CA.XVIII.

SAnguinem ſiſtit coagulum ceruinum ex aceto. Item leporis. Huius quidem & pilorum ci
nis. Item ex fimo aſinino cinis. Et pilorum quidem cinis illitus. Efficatior vis e marib⁹ ace
to admixto. Et in lana ad omne ꝓfluuium impoſito. Similiter ex equino capite/& fœmię.
Aut fimi vitulorum cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus/vel fimi ex aceto. Hircini ve
ro iocineris diſſecti ſanies efficatior. Et cinis vtriuſqꝫ ex vino potus. vel naribus ex aceto illitus. Hirci
ni quoqꝫ vtris vinariĳ duntaxat cinis cum pari pondere reſinæ. Quo genere ſiſtitur ſanguis: & vu lnus
glutinatur. Hædinum quoqꝫ coagulum ex aceto: & fœminuꝫ eius combuſtorum cinis ſimiliter pole
re tradũt. Vlcera ſanat in tibiiſ/cruribuſqꝫ adeps vrſinus admixta rubrica. Quæ vero ſerpũt fel apri-
num cum reſina/& cæruſa. Maxillarum apri/vel ſuum cinis. Fimum ſuum illitum ſiccum. Item capri
num ex aceto ſubferuefactũ. Cętera purgãtur: & explẽtur butyro. Cornus ceruini cinere. Vel medul
la cerui. Felle taurino cum cyprino oleo. Aut fimo aprino. Aut hircino. Fimum recẽs ſuum. Vel inue
terati farina illinitur vulneribus ferro fractis. Phagedenis/& fiſtulis immittitur fel tauri cũ ſucco por-
ri/aut lacte mulierum. Vel ſanguis aridus cum cotyledone hærba. Carcinomata curat coagulum le-
poris cum pari pondere capparis aſperſum vino. Grangrenas vrſinum fel penna illitum. Aſini vngu
larum cinis ea/quæ ſerpunt vlcera inſperſus. Sanguis equi adrodit carnes ſeptica vi. Item fimi equini
inueterati fauilla. Ea vero/q̃ phagedenas vocãt in vlcerum genere coriĳ bubuli cinis cum melle. Ca-
ro vituli recẽtia vulnera non patitur intumeſcere. Fimum bubulum cum melle. Fœminũ vituli cinis
ſordida vlcera: & quæ cacoethę vocant e lacte mulieris ſanat. Recentes vero plagas ferro illitas gluti
num taurinum liquefectum tertio die ſolutum. Caſeus caprinus ſiccus ex aceto/ac melle purgat vlce
ra. Quæ vero ſerpunt cohibet ſeuum cum cæra. Item addita pice/ac ſulphure percurrat. Similiter ꝓ
ficit ad cacoethe hędi fœminuꝫ cinis e lacte mulieris. Et aduerſus: carbunculos ſuis fœminæ cerebrꝫ
toſtum/illitumqꝫ. Scabiem hominis aſininæ medullę maxie abolent. Vrinę eiuſdem cum ſuo luto il-
litæ. Butyrum etiam quod in iumẽtis ꝓficit cum reſina calida. Glutinum taurinum in aceto liquefa-
ctum addita calce. Fel caprinum cum aluminis cinere. Boas fimum bubulũ. vnde & nomen taxere.
Canum ſcabies ſanatur bubulo ſanguine recenti. Iterũqꝫ cum inareſcat illito: & poſtero die abluto ci
nere lixiuio. Spinę/ac ſimilia corpori extrahũtur fellis excrementis. Itẽ caprę ex vino. Coagulo quo-
cunqꝫ/ſꝫ maxime leporis cum thuris polline/& oleo/aut cũ muſci pari pondere: aut cũ propoli. Cica-
trices nigras ſeuũ aſininũ reducit ad colorem. Fel vituli extenuat calefactũ. Medici adĳciũt myrrhã
& mel/& crocũ: æreaqꝫ pyxidæ condunt. Aliqui & florem æris miſcent.

Ad curandã ſcabiem.

¶ Ad muliebria mala medicinę: & ad infantium morbos:
& veneris remedia. CA.XIX.

MVlierꝫ purgaticẽs adiuuãt fel taurinũ/lana ſuccida appoſitũ. olympias thebana addidit hy
ſopũ/& nitrũ. Cornus ceruini cinis potus. Item vuluæ laborãti. Illitum quoqꝫ & fel tauri-
num cũ opio appoſitum obolis binis. Vuluas & pilo ceruino ſuffiri ꝓdeſt. Tradũt ceruas:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0448-4

cum ſenſerint ſe grauidas: lapillum deuorare: quem in excremẽtis reptum/aut in vulua (nam & ibi in
uenitur) cuſtodire partus adalligatũ. Inueniũtur & oſſicula in corde/& vulua per q̄ vtilia grauidis par
turientibuſq;. Nam de pumice/qui in vacarũ vtero ſimili modo repit̃: diximus in natura boum. Lupi
adeps illitus vuluas mollit. Dolores earũ iecur. Carneſq; lupi ediſſe parituris prodeſt. Aut ſi incipiẽti
bus parturitæ ſit iuxta qui ederit. Adeo vt etiam cõtra illata noxia valeat. Eundẽ vero ſupuenire pni
tioſum eſt. Magnus & leporis vſus mulierib⁹. Veluas adiuuat pulmo aridus poſt. Profluuia iecur cũ
ſamia terra ex aqua potum. Secũdas coagulũ. Cauẽt̃ pridiana balnea. Illituȝ quoq; cũ croco/& porri
ſucco: vellere appoſitum abortus mortuos expellit. Si vuluæ leporũ in cibis ſumãtur: mares concipi
putant. Hoc & teſticulis eorum/& coagulo profici. Conceptum leporis vtero exemptum iis/ quæ pa
rere deſierint: reſtibilem fœcũditatem afferre. Sed & pro cõceptu leporis ſaniem ex viro magi ꝓpi-
nant. Item virgini nouen grana fimi/vt ſtent perpetuo mammæ. Coagulo quoq;. Obu id cum melle
linunt ſanguinem: vbi euulſos pilos renaſci volunt. Inflationi vuluæ fimum aprium/ſuillumue cum
oleo illini prdoeſt. Efficatius ſiſtit farina aridi/aut ſpergatur potioni: vel ſi grauidæ/aut puerperę tor
queantur. Lacte ſuis poto cum mulſo adiuuãtur partus mulierum. Per ſe vero potum deficientia vbe
ra puerperarum replet. Eadem circũlita ſanguine fœminæ ſuis minus creſcunt. Si dolent lactis aſini-
ni potu mulcẽtur. Quod addito melle ſumptum/& purgationes earum adiuuat. Sanat & vuluarum
exulcerationes eiuſdem animalis ſeuum inueteratum: & in vellere appoſitum duriciã vuluarũ emol
lit. Per ſe vero recẽs/vel inueteratum ex aqua illitum pſilothri vim optinet. Eiuſdem animalis lyen
inueteratus/ex aqua illitus mãmis abundantiam facit. Vuluas ſuffitu corrigit. Vngulę aſininæ ſuffitæ
partum maturãt: vt vel abortus euocetur: nec aliter adhibentur: quoniam viuentem partum necant.
Eiuſdem animalis fimuȝ (ſi recens ĩponatur) profluuia ſanguinis mire ſedare dicitur. Necnon & cinis
eiuſdem fimi: qui & vuluæ ꝓdeſt impoſitus. Equi ſpuma illita per dies .xl. prius q̄ naſcantur primum
pili reſtringũtur. Itẽ cornus ceruini decocto. Melius ſi recẽtia ſint cornua. Lacte eqno iuuãt̃ vuluę col
lutæ. Quod ſi mortuus partus ſentiatur: lyen ex aqua dulci potus eiĳt. Itẽ vngulę ſuffitu/aut fimuũ ari
dum. Vuluas procidentes butyrũ infuſum ſiſtit. Induratã vuluam apit fel bubulum roſaceo admix-
to: foris vellere cum reſina terebintina impoſito. Aiunt & ſuffitu fimi e mare boue ꝓcidentes vuluas
reprimi: partus adiuuari. Conceptus vero vaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus vexationẽ fieri
certum eſt. Hanc emẽdari. Olympias thebana affirmat felle taurino/& adipe ſerpẽtiũ/ & erugine ad
dito melle medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoq; fel ſi in purgationibus fuerit ſub coitu aſpſu
vuluę etiam duritiam ventris emollit: & ꝓfluuium minuit vmbilico peruncto/atq; in totum vulue ꝓ
deſt. Modum ſtatuũt fellis pondere denariĳ ad apiĳ tertiam ammixto amygdalino oleo: quãtum eſſe
ſatis appareat: hoc in vellere imponũt. Maſculi fel vituli cum mellis dimidio tritum ſeruatur ad vul-
uas. Carnem vituli ſi cum ariſtolochia inaſſatam edant circa conceptũ: mares paritura promittunt.
Medulla vituli in vino/& ex aqua decocta ſeuo exulcerationb⁹ vuluarꝫ ĩpoſita ꝓdeſt. Itẽ adeps vulpi
um: excremẽtumq; feliũ cũ reſina/& roſaceo impoſitũ. Caprino cornu ſuffiri vuluã vtiliſſimum pu-
tant. Silueſtrium caprarum ſanguis cũ palma marina pilos detrahit. Cęterarũ vero fel callum vulua-
rum emolit inſperſum/& a purgatione concept⁹ facit. Sic quoq; pſilothri vis efficitur emulſis pilis tri
duo ſeruat̃ illitũ. Profluuium q̄uis immenſum vrina capræ pota ſiſti obſtetrices ꝓmittunt: & ſi fimuȝ
illinat̃. Mẽbrana caprarũ in aqua partu edito ĩueterata/potuq; ſũpta in vino: ſecũdas pellit. Hedorũ
pilis ſuffiri vuluas vitile putant. Et in ꝓfluuio ſanguinis coagulum bibi: aut hyoſcyami ſanguine im
poni. E boue ſilueſtri nigro ſi ſanguine hircini lumbi pungãtur mulieri tediũ veneris fieri dicit Eſchi-
nes. Idem amoris pota hirci vrina ammixto ꝓpter faſtigium nardo. Infantibus nihil butyro vtili⁹ per
ſe/& cũ melle: priuatim & in dẽtione/& ad gingiuas: & ad oris vlcera. Dens lupi adalligatus infantiũ
pauores ꝓhibet: dentientiq; morbos. Quod & pellis lupina pręſtat. Dentes quidem eorum maximi
equis quoq; adalligati infatigabilem curſum præſtare dicũtur. Leporem coagulo illito vbere ſiſtitur
infantium aluus. Iecur aſini ammixta modice panace inſtillatũ in os a comitialibus morbis/& aliĳs in
fantes tuetur. hoc q̄draginta dieb⁹ fieri p̄cipiunt. Et pellis aſinina iniecta ĩpauidos infantes facit. Dẽ-
tes qui eqnis primũ cadunt: facilem dentionẽ præſtant infantibus adalligati. Efficatius ſi terrã nõ at-
tigere. Lyen/bubulus in melle editur. Et illinitur ad lienis dolores. Ad vlcera manãtia cũ melle. Lyẽ
vituli in vino decoctus/trituſq;/& illitus vlcuſcula oris. Cerebrũ caprę magi ꝑ annulũ aureuȝ traiectũ
prius q̄ lac detur infantibus inſtillatur cõtra comitiales: cæteroſq; infantium morbos. Caprinuȝ fimũ
inquietos infantes adalligatum panno cohibet: maxime puellas. Lacte caprino/vel cerebro leporuȝ
perunctæ gingiuæ faciles dentiores faciunt. Somnos fieri lepre ſumpto in cibis Cato arbitratur. Vul
gus & gratiam corpori in nouem dies friuolo quidem ioco. Cui tamen aliqua debeat ſubeſſe cauſa
in tãta ꝑſuaſione. Magi felle caprę ſacrificatę dũtaxat illito oculis/vel ſub puluino poſito ſomnum al

Mirũ de cer uarũ natura.

Quid vt ſtẽt virg. mãmæ.

Equi ſpuma pili reſtrigũt̃

Aduerte.

Hic infãtib⁹ lupi dẽs dat̃ adalligatus. Mira lupi dẽtis vis ne eq- fatigẽtur.

Ad cohiben dos In cap. fi. vtilis ad alliciẽdos ſomnos, vel loco

ſici dicunt. Sudores inhibet cornus caprini cinis myrteo oleo punctis. Coitus aũt ſtimulat fel aprinus illitum. Item medullę ſuum hauſtæ. Seuum aſininum anſeris maſculi adipe ꝑmixto illitum. Itẽ a coitu equi Virgilio quoq; deſcriptū virus/& teſticuli equini aridi vt potioni interſeri poſſint/ dexterue aſini teſtis in vino potus ꝓportione: vel adalligatus brachiali. Eiuſdem a coitu ſpuma collecta roſeo pãno/& incluſa argento: vt Eſchines tradit. Salpe genitale in oleũ ferues mergi iubet ſepties: eoq; pũgi ꝑtinẽtes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi: vel tauri a coitu vrinam: lutoq; ipſo illini pubem At e diuerſo muris fimo illito cohibetur virorum venus. Ebrietatem arcet pulmo apri/aut ſuis aſſus e ieiuno cibo ꝯſumptus eo die. Item hædinus.

Mira.

## Mira de animalibus. CA.XX

Mira ꝓterea tradũtur in eiſdem aĩalibus. Veſtigium equi excuſſũ vngula (vt ſolet plęrũq;) ſi quis collectum reponat: ſingulare remediũ eſſe recordãtibus quonã loco id re poſuerint Iecur luporũ eqnæ vngulę ſimile eſſe. Et rũpi equos/qui veſtigia luporũ ſub equite ſequãtur. Taliſq; ſuam diſcordię vim quandã ineſſe in incẽdijs: ſi fimi aliquid egerat e ſtabulis facilius extrahi. Nec recurrere oues/bouesq;. Hircorũ carnes virus non recipe: ſi panẽ hordeaceum eo die/quo interficiant ederint: laſerue dilutũ biberit. Nullas vero teredinẽ ſentire luna decreſcẽte iduratas ſale. Adeoq; nihil omiſſum ẽ: vt leporẽ ſurdũ celeri⁹ pingueſcere repiamus. Aĩaliũ vero medicina. Si ſãguis ꝓfluat iumẽtis ſuillũ: fimũ ex vino infundẽdũ. Boũ aũt morbis ſeuũ ſulphur viuũ aliũ ſilueſtre ouum coctũ. Oĩa hęc trita in vino dãda: aut vulpis adipẽ. Carnẽ caballinã diſcoctã potu ſuũ mederi. Omnium vero q̃drupedum morbis capram ſolidã cum corio/& ranã rubetã diſcoctas. Gallinaceos nõ attingi vulpibus/q iecur aĩalis eius aridũ ederit. Vel ſi pellicula ex eo collo inducta galli interierint. Similia in felle muſtellę. Boues in cypro tõtra cormina hoĩm excremẽtis ſibi mederi. Inſuper pedes boum ſi prius cornua pice liqda pungant. Lupos in agrũ nõ accedere: ſi capti vni⁹ pedib⁹ infractis/cultroq; adacto paulatim ſanguis circa fines agri ſpargatur: atq; ipe defodiat in eo loco: ex quo cœperit trahi. Aut ſi vomerem quo primus ſulc⁹ eo anno in agro ductus ſi excuſſũ aratro foc⁹ lariũ/quo familia cõuenit abſumat. Ac lupum nulli animalium nociturum in eo agro q̃diu fiat. Hic deinde reuertemur ad animalia ſui generis: quæ aut placida non ſunt: aut fera.

Quid ad lupos arcẽdos.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VIGESIMVSNONVS. PROHEMIVM.

De medicina/& inuentoribus eius: de origine medicinę: & quando primum clinice: & quando primũ iatraleptice: & de Chryſippo/& Eraſiſtrato: & Empirice: & Erophilo: & reliqs illuſtribus medicis: & quotiẽs ratio medicinę mutata ſit: & q primus romę medicus: & quãdo: & quid de medicis antiq romani iudicauerim: & vitia medicinę CA.I.

NATVRA REMEDIORVM ATQVE MVLTITVDO INSTANTIVM ac ꝓteritorũ: pura de ipſa medendi arte cogũt dicere: q̃q̃ nõ ignar⁹ ſim nullis ante hæc latino ſermone condita: ancepſq;/ac lubricum eſſe rerũ oĩm nouarũ pricipium: nec aliud vtiq; gratiæ q̃ ſterilis difficultatis in ꝓmẽdo. Sed q̃m occurrere veriſimile eſt oĩm q hęc noſcãt cogitationi: quonam modo exoluerint in medicinę vſu quæ tam parata/atq; ꝑtinentia erant. Mirumq;/& indignum ꝓtinus ſubit nollam artium inconſtãtiorem fuiſſe. Et etiam nunc ſæpius immutari contigerit cum ſit fructuoſior nulla. Dijs primum inuẽtores ſuos aſſignauit: & cœlo dicauit. Necnõ & hodie multifariam ab oraculis medicina petit. Auxit deinde famam etiam crimine: ictum fulmine Aeſculapiũ fabulata q̃m Tyndaridã reuocauiſſet ad vitam. Nec tamẽ ceſſauit narrare alias reuixiſſe opa ſua clare troianis tꝑibus/a qbus fama certior vlnerũ dũtaxat remedijs. Sequẽtia ei⁹ mirũ dictu in nocte dẽſiſſima latuere vſq; ad pelopõneſiacũ bellũ. Et tũc eã reuocauit in lucẽ Hippocrates gẽit⁹ in inſula co. in primis clara/& valida/ac Aeſculapio Dicata. Is cũ fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in tẽplo ei⁹ dei: q auxiliat⁹ eẽt: vt poſtea ſilitudo ꝓficeret exſcripſiſſe ea tradit. Atq; vt varro apd nos credit iã tẽplo cremato is iſtituiſſe medicinã hãc q̃ clinice vocat. Nec fuit poſtea q̃ſtus mod⁹: q̃m Prodic⁹ Selymbrię nat⁹ diſcipulus eius inſtituiſſet: quã vocãt iatraleptice. Rectorib⁹ quoq; medicorum/ac medicis in eis vectigal inuenit. Horũ placita Chryſippus ingenti garrulitate mutaui. Plurimumq; etiã ex Chryſippo diſcipul⁹ ei⁹ Eraſiſtratus Ariſtotelis filia gẽitus. Hic anthioco rege ſanato centũ talentis donatus eſt a rege Ptolomæo filio eius: vt incipiamus & præmia artis oſtendre. Alia factio ab experimentis ſe cognominans. Empiricem cœpit in ſicilia a Creõte agrigentino Empedoclis phyſici

vel exoluerit vel quam.

Dij mediciæ inuentores

Aeſculapij fabula.

Aduerte.

Hippo. ex inſula co. oriundus.

Medicia æſculapio dicata.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0450-3
DFG

auctoritate cõmendato. Diſſideruntqꝫ eæ ſcholæ: & om̃es eas dãnauit. Erophilus in muſicos pedes
venarum pulſu diſcreto per ętatum gradus. Diſcreta deinde & hęc ſecta eſt: quoniaꝫ neceſſe erat in
ea litteras ſcire. Mutata & quam poſtea Aſclepiades (vt rettulimus) inuenerãt. Auditor eius themi
ſon fuit. Qui inter initia ſcribit. Illo mox recedente a vita ad ſua placita mutauit. Sed & illa Antoni-
us muſa eiuſdẽ auctoritate diui Auguſti: quam cõtraria medicina graui periculo exemerat. Multos
ꝓterea medicos celeberrimoſqꝫ ex ijs caſſios/carpitanos/arũcios/albucios/rubrios.cc.l.ſeſtertia an-
nua mercede ijs fuere apud principes. Quintus vero Stentinꝰ imputauit pricipibus: ꝗ ſeſtertijs qui
genis annuis contentus eſſet. Sexena eñ ſibi quęſtu vrbis fuiſſe numeratis domibus oſtendebat. Par

Vel dominus

& fratri eius merces a Claudio Cęſare infuſa eſt: cenſuſqꝫ q̄q̄ ex hauſtis opibus Neapoli exornata vt
hæredi ſextertia.ccc.relinqueret quantuꝫ quadragena idem aruntius ſolus. Exortus deinde eſt Ve
ctius valens adulterio meſſalinæ Claudij Cæſaris nobilitatus: paritqꝫ eloquentiæ aſſectator. Is eã
potentiam nactus nouam inſtituit ſectam. Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſi-
liuit dolentem cuncta maiorum placita & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem. Quali

Nero. Monimentuꝫ.

prudentia ingenioqꝫ æſtimari vel vno argumento abunde põt cuꝫ monumento ſuo: quod eſt appia
via: iatronicen ſe inſcripſerit. Nullius hiſtrionum par: ex quo trigario comitatu regreſſus in publico
erat. Tuꝫ Crinas maſſilienſis arte geminata vt cautior religioſiorqꝫ ad ſyderuꝫ motus ex ephemeri-
de mathematica cibos dando: oraſqꝫ obſeruando auctoritate eũ præceſſit. Nuperqꝫ ſexſtertia.c.reli
quit muris patrię mœnibus quoqꝫ alijs pene non minori ſumma extructis. Hi regebant fata. cũ repẽ
te ciuitatem. Charmis ex eadem maſſalia inuaſit: damnatis non ſolum prioribus medicis: verum &
balneis. Frigidaqꝫ etiã hibernis algoribꝰ lauari perſuaſit. Merſit ægros in lacus. Videbamꝰ ſenes cõ
ſulares vſqꝫ in oſtentationem regentes. Qua re de extat etiã Annei Senecæ aſtipulatio. Nec dubiuꝫ
eſt omnes iſtos famam nouitate aliqua occupantes animas ſtatim noſtras negociari. Hinc illæ circa

Medi. ars mobilis.

ægros miſeræ ſentẽtiarum concertationes: nullo idem cenſẽte ne videatur aſſertatio alterius. Hinc
illa infœlicis monumenti inſcriptio: turba ſe medicorum periſſe. Mutatur ars quottidie totiens iter
pollis. Et ingeniorum græciæ flatu impellimur. Palamqꝫ eſt: vt quiſquis inter iſtos loquendo polle-
at: imperatorem illico vitæ noſtræ neciſqꝫ fieri. ceu vero non milia gentium ſine medicis degant: nec
tamen ſine medicina. Sicut Populus Romanus vltra ſexcẽteſimum annum: neqꝫ ipſe in accipiendis
artibus lentus: medicinæ vero etiam auidus donec expertam damnauit. Etenim percenſere iſignia

Vel ingenia.

priſcorum in his moribus conuenit. Caſſius Hemina ex antiquis auctor eſt primuꝫ e medicis veniſ-
ſe Romam peloponẽſem Archagathũ Liſaniæ filiuꝫ. L. Aemilio. M. Liuio conſ. anno vrbis. d.xxxv.

Archagathꝰ. Ro. primus medicus

Eiqꝫ ius quiritium datum & tabernam in compito acilio emptaꝫ. Ob id publice vulnerarium fuiſſe
eum tradunt vocatum. Mireqꝫ gratũ aduentum eius initio. Mox a ſęuitia ſiccandi vrendiqꝫ tranſiſ
ſe nomen in carnificem & in tedium artis. Omneſqꝫ medicos: quod clariſſime intelligi poteſt ex. M.
Catone: cuius auctoritas triumphus atqꝫ cenſura & quanto in vnum cõferunt: tanto plus in ipõ eſt.

In medicamentoruꝫ deteſtationem: Catõis verba

Quamobrem verba ipſa ponemus. Dicam de iſtis gręcis ſuo loco Marce filij quid athenis exquiſi-
tum habeam. Et quod bonum ſit iſtoruꝫ litteras aſpicere nõ perdiſcere. Vincam nequiſſimum & in-
docile genus illorum: & hoc puta vatem dixiſſe. Quandocumqꝫ iſta gens ſuas litteras dabit: oĩa cor-
rumpet. Tunc etiam magis: ſi medicos ſuos huc mittet. Iurarũt inter ſe barbaros necare omnes me
dicina. Sed hoc ipſum mercede faciunt vt fides ijs ſit: & facile diſperdant. Nos quoqꝫ dictant barba-
ros: & ſpurcius: noſqꝫ magis q̃ alios opicos appellatiõe fœdãt. interdicit ibi de medicis. Atqꝫ hic Ca
to. dc.v. anno vrbis noſtrę obijt: octogeſimoquinto ſuo: ne quis illi defuiſſe publice tempora: aut pri

Quo tempore obijt Cato

uatim vitæ ſpatia ad expediendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem vtiliſſimam credi-
mus? Minime hercule. Subijcit enim qua medicina vſus & ſe & cõiugem vſqꝫ ad longam ſenectã ꝑ-
duxerit: ijs ipſis ſcilicet: quæ nũc nos trademus. Profiteſqꝫ eẽ etiã comẽtarium ſibi quo medeatur fi
lio: ſeruis: familiaribus: quæ nos per genera vſus ſui differimus. Non rem antiqui damnabant: ſꝫ ar-
tem. Maxime vero quæſtum eſſe immani precio vitæ recuſabant. Ideo templum Aeſculapij etiã cũ
reciperet̃ is deus: extra vrbem feciſſe: iterumqꝫ in inſula traduntur. Et cũ græcos italia pellerẽt: diu
etiam poſt Catonem excepiſſe medicos. Augebo prouidentiam illorum. Solam hanc artiuꝫ gręca
rum nondum excreuerat romana grauitas. In tãto fructu pauciſſimi quiritiũ attigere: & ipſi ſtatim
ad gręcos tranſfuge. Immo vero auctoritas aliter q̃ gręcæ eã tractantibus etiã apud iperitos expteſ
qꝫ linguæ non eſt. Ac minus credunt: quæ ad ſalutem ſuam pertinent: ſi intelligunt. Itaqꝫ hercule in

Adulatrix medicorum loquella & mendax.

hac artium ſola euenit: vt cuicunqꝫ medicum ſe ꝓfitenti ſtatim credatur: cum ſit periculum in nul-
lo mendatio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blanda eſt ſpirandi per ſe cuiqꝫ dulcedo. Nul-
la pręterea lex quę puniat inſcitiam capitalem. Nullum exemplum vindictæ. Diſcunt periculis no-
ſtris. Et per experimenta mortes agunt. Medicoqꝫ tantum hominẽ occidiſſe ſumma impunitas aſt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0451-9 DFG

Quinimmo tranſit in cõuitium Et intẽperantia culpatur. Vtroq; qui periere arguuntur. Sed & de-
curię pro more cenſuris principũ examinatur. Inquiſitio per parietes agitur. Et qui de nummo iu-
dicet a gadib⁹ columnas Herculis accerſitur. De exilio vero nõ niſi die. xlv. Quinq; electis viris da
tur tabella. At de iudice ipſo quales in conſilio eunt: ſtatim o ccaſuri? Merito dum nemini noſtrũ li-

Applicabile.

bet ſcire: quod ſalutis ſuæ opus ſit. Alienis pedibus ambulamus. Alienis oculis agnoſcimus. Aliena
memoria ſalutamus. Aliena viuimus opera. Periuntq; rerũ naturæ præcia: & vitę argumenta. Nihil
pro noſtro habemus q̃ delicias. Non deſerã Catonẽ tam ambitioſę artis inuidia a me obiectum: & a
ſenatu illum qui ita cenſebat: itaq; non criminibus artis arreptis vt aliquis expectauerit. Quid enim
venenorum fertilius? aut vnde teſtamentorum plures inſidiæ. Iam vero & adulteria etiam in princi

Vel euidens.

pum domibus: vt eudemi in Liuia Druſi Cæſaris. Item Valentis in qua dictum eſt regina. Nõ ſunt
artis iſta ſed hominum. Non magis hęc vrbi timuit Cato vt equidem credo q̃ reginas. Ne auaritiam
quidam arguam rapaceſq; nundinas pendentibbs ſatis & dolorum indicaturam: ac mortis arrã/ aut
arcana præcepta. Squamã in oculis emouendam potius q̃ extrahendã. Per quæ effectum eſt vt nihil
magis prodeſſe videretur q̃ multitudo graſſantium. Neq; enim pudoris emuli pręcia ſummitũt. No
tum eſt ab eodem charmide vnum ægrum ex prouincialibus ſeſtertijs ducentis conductũ. Archon-
tio vulnerum medico ſeſtertijs centum cõdẽnato ademiſſe Claudium principem. Eidemq; in gallia
exulanti & deinde reſtituto acquiſitũ non minus intra paucos annos. Et hęc perſonis imputentur.
Nec fæcem quidẽ aut inſcitiã eius turbę arguamus: ipſorũq; intẽperãtiã in morbis aquarũ calidarũ
diuerticulis imperioſaũ inediã. Et ab iiſdem deficientibus cibo ſępius die igeſto. Mille pręterea pœ
nitentię modis culinarum etiam pręceptis & vnguentorũ mixturis quando nullas omiſere vitæ ille
cebras. Inuehi peregrinas merces conciliariq; externa p̃cia diſplicuiſſe maioribus crediderim quidẽ

Mithridati-
cũ antidotum.

non tamen hoc Catonem prouidiſſe: cũ damnaret artem. Theriace vocat excogitata compoſitio lu
xurię. Fit ex rebus externi cum tot remedia dederit natura: quæ ſingula ſufficerent. Mithridaticũ
antidotum ex rebus. liiij. componit. Interim nullo pondere æquali: & quarundã rerum ſexageſima
denarij vnius imperata. Quo deorum perfidiam iſtam monſtrante? Hominum enim ſubtilitas tãta

Med. nomia
dant incogni
ta rebus.

eſſe non potuit. Oſtentatio artis & portentoſa ſcientię vendicatio manifeſta eſt. Ac ne ipſi quidã illã
nouere. Cõperiq; vulgo pro cinabari indicia in medicamenta minium addi inſcitia nominis: qđ eſſe
venenum docebimus inter pigmenta. Verum & hęc ad ſingulorum ſalutem pertinent: Illa aũt quæ
timuit. Cato: atq; prouidit: innocẽtiora multo & parua opinatu: quę proceres artis eiuſdẽ in ſemet-
ipſis fatent. Illa ꝑdidere imperij mores. illa quę ſani patimur luctat⁹ cæromata ceu valitudinis cau
ſa inſtituta. Balneę ardentes quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui: vt nemo non minus vali-
dus exiret. Obedientiſſimi vero efferentur. Potus deinde ieiunorum ac vomitiones: & rurſus perpo
tationes: ac pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum. Itemq; pectines in fœminis quidem publicati.
Ita eſt profecto: lues morũ nec aliunde maior q̃ e medicina. Vatem prorſus quottidie facit Catonẽ
& ei⁹ oraculũ. Satis eſſe ingenia græcorum inſpicere nõ perdiſcere. Hæc fuerint dicẽda pro ſenatu illo
ſexcẽtiſq; Populi Romani annis aduerſus artem: in qua conditione inſidioſiſſima auctoritatem peſ-
ſimis boni faciunt. Simul contra attonitas quorundam perſuaſiones qui prodeſſe niſi præcioſa non

Vergilius.

putãt. Neq; enim dubitauerim aliquibus faſtidio futura quę dicẽtur animalia. At nõ Virgilio nefas
fuit nominare formicas nulla neceſſitate: & gurguliones ac lucifugis congeſta cubilia blattis. Non

Homerus.

Homero inter prœlia deorum improbitatem muſcæ deſcribere. Non naturæ gignere iſta: cum gi-
gnat hominem. Proinde cauſas quiſq; & effectus non res æſtimet. Ordiemur autem a confeſſis: hoc
eſt lanis/ ouibuſq;. Vt obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur. Quædam etiam ſi alienis lo-
cis: tamen obiter dici neceſſe erit. Nec deeſſet materię pompam: ſic quiq̃ aliud intueri liberet: q̃ fidẽ
operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoq; medicinis. Cum vero id certũ
eſſet: atq; nõ fabuloſũ. Irridere eſt vitę remedia poſt mileſimũ annũ reditu ra monſtrare.

¶ De medicina lanarum. CA. II.

Antiquit⁹ nu
bentes poſtes
lana decora-
bant.

Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religioſam habuere poſtes a nubentibns attin
gi iubentes. Pręterq; cultum & tutellam cõtra frigora. Succidæ plurima pręſtãt remedia
ex oleo vinoq;: aut aceto: prout quæq; mulceri moderari opus ſit & aſtringi laxariue: lu-
xatis mẽbris polentibuſq; neruis impoſitæ: & crebro ſuffuſæ. Quidã etiã ſalẽ admiſcent
luxatis. Alij cũ lana rutã tritam adipẽq; imponunt. Itẽ contuſis tumentibuſq;. Halituſq; quoq; oris
gratiores facere traditur cõfricatis dentibus atq; gingiuis admixto melle. Prodeſt & phreneticis ſuf
fitu. Sanguinem in naribus ſiſtit cum oleo roſaceo: & allio indita modico auribus obturatis ſpiſſius.

Lanæ vtilitas
ſumma.

Quin & vlcerib⁹ vetuſtis imponitur cum melle. Vulnera ex vino/ vel aceto/ vel aqua frigida & oleo
aſperſa ſanat. Arietis vellera lota frigidaq; ex olea madefacta in mulieribus malis inflammationeſq;

vuluæ ſedant. Et ſi procidant ſuffitu reprimūt. Succida lana īpoſita ſubditaq; mortuos ꝑtus euocat.
Siſtit etiā ꝓfluuia eaꝝ. At canis rabioſi morſibus inculcata poſt diē ſeptimum ſoluitur. Reduuias ſa
nat ex aqua frigida. Eadē nitro/ſulphure/oleo/aceto/pice/liquida feruētibus tincta q̄ calidiſſima i=
poſita bis die lumboꝝ dolores ſedat. Sanguinēq; ſiſtit ex ariete ſuccida: articulos extremitatū ꝑꝗli
gans. Laudatiſſima oīs e collo. Natione vero galatica: terentina: attica: mileſia. Succidam īponūt &
deſquamatis: percuſſis: liuidis: contuſis: colliſis: contritis: deiectis. Capitis & alijs doloribus ſtoma=
chi inflammationi ex aceto & roſaceo. Cinis eiꝰ illinitur attritis/vulneratis/ambuſtis. Et in oculorū
medicamenta additur. Item in fiſtulas: aureſq; ſuppuratas. Ad hæc detonſam eam alij vero euulſaꝫ
deciſis ſummis partibus ſiccāt. Carpūtq;: & inficīli crudo cōponūt: ac melle perfundūt vtrūq;. Alij
haſtulis tedę ſubiectis: & ſubinde interſtratis: oleo aſperſam accēdūt. Cinerēq; in labellis aqua addi
ta confricant manu: & conſidere patiuntur: idq; ſæpius mutātes aquam donec linguam aſtringat le
niter: nec mordeat. Tunc cinerem reponūt. Vis eius ſtiptica eſt: efficaciſſimeq; genas purgat. Quin
ipſæ ſordes pecudum ſudorq; fœminuꝫ & alaꝝ adhęrentes lanis: oeſippū vocāt. Innumeros prope
vſus habent. In atticis ouibꝰ genito palma fit pluribus modis. Sed ꝓbatiſſimū lana ab ijs partibꝰ re
cēti cōcerpta: aut quibuſcūq; ſordibꝰ ſuccidis primū collectis: ac lēto igni i ęneo vaſe ſufferuefactis &
refrigeratis pinguiq; qđ ſupnatat: collecto i fictili vaſe: iterūq; decocta priore materia: q̄ piguitudo
vtraq; frigida aqua lauatur: & in linteo ſiccatur: ac ſole torretur: donec candida fiat ac trāſlucida. Tū
in ſtagna pyxide cōditur. Probatio autem vt ſordium virus oleat: & manu fricāte ex aqua non lique
tur: ſed albeſcat vt cæruſa. Oculis vtiliſſimum contra inflāmationes genarūq; callum. Quidaꝫ in te=
ſta torrent: donec pinguedinem amittat: vtile talem exiſtimātes eroſis & duris genis: angulis ſcabio
ſis & lachrymantibus. Vlcera non oculorum modo ſanat: ſed oris etiam & genitalium cuꝫ anſerino
adipe. Medetur & vuluæ inflāmationibus: & ſedis rhagadis: & condilomatis cum meliloto ac buty
ro. Reliquos vſus eius ſuo loco digerimus. Sordes quoq; caudarum concretæ in pilulas ac ſiccatę ꝑ
ſe tuſęq; farina & illitæ dentibus mire proſunt etiam labentibus: gingiuiſq; ſi carcinoma ſerpat. Iam
vero pura vellera aut per ſe impoſita cæcis doloribus: aut aceto ſulphure & cinis eorum genitalium
vitijs. Tantumq; pollent: vt medicamētis quoq; ſuperponātur. Medentur anteomnia & pecori ipſi — Vel ſedis.
ſi faſtidio non paſcatur. Cauda eniꝫ q̄ artiſſime pręligata euulſa inde lana ſtatim veſcuntur. Tradūt
q; quod extra nodum ſit e cauda præmori.

¶ De ouorum natura. CA. III.

Anæ habent & cum ouis ſocietatem ſimul fronti impoſitæ contra epiphoras. Non opus
eſt eas in hoc vſu radiculas eſſe curatas. Neq; aliud q̄ candiduꝫ ex ouo infundi ac pollinē
thuris. Oua per ſe infuſo candido oculis epiphoras cohibent: vrenteſq; refrigerant. Qui=
dā cuꝫ croco pręferūt: & ꝓ aqua miſcent collyrijs. Infantibus vero cōtra lippitudines vix
aliđ remediū eſt: bytiro ammixto recenti. Eadē cum oleo trita ignes ſacros leniunt: betæ folijs ſupli
gatis. Candido ouorum in oculis & pilis reclinantur hammoniaco trito: ammixtoq;. Et Vari in facie
cuꝫ pineis nucleis ac melle modico. Ipſa facies illita ſole non aduritur. Ambuſta aquis ſi ſtatim ouo
occupentur: paſtulas non ſentiunt. Quidam ammiſcent farinam hordeaceam: & ſalis parum. Vulce
ribus vero ex ambuſto cum candido ouorum toſtum hordeum: & ſuillo adipe mire prodeſt. Eadeꝫ
curatione ad ſedis vitia vtuntur. Infantibus quidem etiā ſi quid ibi procidat. Ad pedum rimas ouo
rum candido decocto cum cæruſæ denariorum duorum pondere pari ſpumę argenti myrrhæ exi=
guo deinde vino. Ad ignem ſacrum candido ouorū trito cum amylo. Aiunt & vulnera candido glu
tinari. Calculoſq; pelli. Lutea ouorum cocta vt indureſcāt: admixto croco modice: item melle ex la
cte mulieris illita dolores oculorum mitigent. Vel cuꝫ roſaceo & mulſo lana oculis impoſita: vel cū
trito apij ſemine ac polenta in mulſo illita. Prodeſt. Et tuſſientibus per ſe luteum deuoratū liquidū: — Oui luteum
ita vt dentibus non attingatur. Thoracis diſtillationibus. Faucium ſcabriciæ. Priuatim contra he= — tuſſi. deuora=
morrhoidum morſū illinitur: ſorbeturq; crudū. Prodeſt & renibus: veſicæ: roſinonibus: exulceratio — tum vtile.
nibuſq;: & cruenta excreantibus. Quinq; ouorum lutea in vini hemina cruda ſorbētur dyſentericis:
cum iure putaminis ſui & papaueris ſucco: aut vino. Dantur cęliacis cum vuę paſſę pinguis pari pō
dere: & mali corio per triduum æquis portionibus. Et alio modo lutea ouorum triū lardi veteris &
mellis quadrātibus. Vini veteris cyathis tribus trita ad craſſitudinem mellis: & cū opus ſit auellanę
nucis magnitudine ex aqua pota. Iteꝫ ex oleo fricta terna totis ouis pridie maceratis in aceto. Sic &
illita lyenicis. Sanguinē autem reijcientibꝰ cum tribus cyathis muſti. Vtūtur iiſdem ad liuētia ſi ve=
tuſtiora ſunt cum bulbis ac melle. Siſtunt & menſes mulieruꝫ cocta ex vino pota. Inflationes quoq;
vuluæ cruda cum oleo ac vino illita. Vtiliora ſunt & ceruicis doloribus cum anſerino adipe & roſa=

ceo. Sedis etiam vitijs durata igni: vt calore quoq; proſint. Et condilomatis cum roſaceo. Item ambuſtis durata in aqua mox in pruna putaminibus exuſtis tuꝫ lutea ex roſaceo illinuntur. Fiunt & tota lutea: quę vocant ſit iſta: cū triduo incubata tollunt̄. Stomachum diſſolutū confirmant: pulli ouorum cū gallæ dimidio: ita vt ne ante duas horas alius cibus ſumatur. Dant & dyſentericis pullos ĩ ipſo ouo decoctos ammixta vini auſteri hemina: & pari modo olei polentęq; Mēbrana putaminis detracta ſiue crudo/ſiue decocto: labiorū fiſſuris medetur. Putaminis cinis in vino potus ſanguinis eruptionibus. Cōburi ſine mēbrana oportet. Sic fit & dentifriciū. Idem ſinis & mulierū menſes cū myrrha illitus ſiſtit. Firmitas putaminū tanta eſt: vt recta nec vi nec pondere vllo frangatur: nec niſi paululum inflexa rotunditate. Tota oua adiuuant partum cum ruta & anetho & cymino pota ex vino. Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mixtis tollunt. Vlcera quoq; humida in capite cyclamino ammixta. Ad puris & ſanguinis excreationes ouum crudum cū porri ſectiui ſucco: pariq; mēſura mellis græci calefactum hauritur. Dantur & tuſſientibus cocta & trita cum melle: & cruda cuꝫ paſſo oleiq; pari modo. Infunduntur & virilitatis vitijs ſingula cum ternis paſſi amyliq; ſemuncia a balneis. Aduerſus ictus ſerpentitium cocta tritaq; adiecto naſturtio illinuntur. Cibos quot modis iuuent: notum eſt: cum tranſmittant faucium tumorē calfactuq; obiter foueant. Nullus eſt alius cibus qui in ægritudine alat: neq; oneret. Simulq; vini vſum & cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri dixim⁹ putamen. Talibus cū farina in pane ſubactis: cœliaci recreant̄. Quidā ita reſoluta in patinis torreri putant. Quo genere non aluos tantum ſed & menſes fœminarum ſiſtunt: aut ſi maior ſit impetus cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per ſe lutea ex ijs decocta rurſum in aceto donec indureſcant. Iterumq; cum trito pipere torrentur ad cohibendas aluos. Fit & dyſentericis remedium ſingulare ouo effuſo in fictili nouo eiuſdemq; oui menſura/vt paria ſint omnia melle mixto mox aceto. Item oleo confuſis crebroq; permixtis. Quo fuerint ea excellentiora: hoc pręſentaneum remedium erit. Alij eadem menſura pro oleo & aceto reſinam adijciunt rubentē vinūq;: & alio modo tēperant olei tantum menſura pari pineiq; corticis duabus ſexageſimis denariorꝫ. Vna eius qđ thus diximus mellis obolis quinq; ſimul decoctis ita vt cibus alius poſt quattuor horas ſumatur. Torminibus quoq; multi medentur oua bina cuꝫ alijs piſcis quattuor vna atterēdo viniq; hemina calefaciendo atq; ita potui dando. Et ne quid deſit ouorū gratię: candidum ex ijs admixtum calci viuæ glutinat vitri fragmenta. Vis vero tanta eſt vt lignum perfuſum ouo non ardeat. Ac ne veſtis quidē cōtacta aduratur. De gallinaruꝫ autem ouis tantum locuti ſumus: cum & reliquarum alitum reſtant magnę vtilitates ſicut ſuis dicemus locis. Præterea eſt ouorum genus in magna gallinarum fama omiſſum a græcis. Angues ea (numerus eſt ouorum) conuoluti ſaliuis faucium corporumq; ſpumis: artifici complexu glomerantur: anguinum appellatur. Druidæ ſibilis id dicunt in ſublime iactari: ſagoq; oportere intercipi ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo. Serpentes enim inſequi: donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius eſſe ſi contra aquas fluitet: vel auro cinctum. Atq; (vt eſt magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax) cera luna capiendum cenſent tanq̄ conſtruere operationem eam ſerpentium humani ſit arbitrij. Vidi equidem id ouum mali orbiculatim modici magnitudine. Cruſta carthilaginis velut acetabulis brachiorum polypi crebris. inſigne druidis. Ad victorias litium: ac regum additus maxime laudatur. Tantæ vanitatis vt habentem id in lite in ſinu equitem romanum euacatum a Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud ſciam. Hic tamen complexus anguinum & efferatoruꝫ concordia cauſa videtur eſſe: quare extere gentes caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium fecerunt. Neq; enim criſtatos eſſe in caduceo mos eſt. De anſerum ouis magnæ vtilitatis ipſoq; anſere dicturi hoc volumine debemus honorem comagenorum clariſſime rei. Fit ex adipe anſerum. Alioquin celeberrimi vſus eſt. Ad hoc in cōmagene ſyriæ cum cymnamo caſia pipere albo hærba quę comagene vocatur: obrutis niue vaſis: odore iucundo: vtiſſimum ad perfectiones: cōuulſiones: cæcos ac ſubditos dolores: omniaq; quę acopis curantur. Vnguentumq; pariter & medicamentum eſt. Fit & in ſyria alio modo. Adipe auium curato vt diximus: additis eriſiſceptro xylobalſamo phœnice elatæ: item calamo ſingulorum pondere qui ſit adipis cum vino bis aut ter ſubferuefactis Fit aūt hyeme: qm̄ æſtate nō glatiat niſi accepta cæra. Multa præterea remedia ſūt ex anſere: quod miror æque q̄ in coruis. Nāq; anſerū coruuſq; ab æſtate in autūnū morbo conflictari dicuntur. De anſerum honore queꝫ meruere gallorum in capitollium aſcenſu deprehenſo: diximus.

Oui vis contra aduſtiōes

Anguinum ouum.

Vel congruere onationeꝫ eam.

Mirū de cuiuſdē equitis morte.

☞ Cur in pace tractanda legati caduceū anguinū effigie ornabant

¶ Remedia de cane; & ex animalibus quæ placida non ſunt: ſed fera: & ex volucribus: & contra morſus phalangiorum. CA. IIII.

EAdem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summaiſ viui in furcas ſambucea arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogũt priſcorum mores. Catulos lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum: vt etiã placandis numinibus hoſtiarũ vice vterentur iſs. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis deorum etiamnum ponitur. Catulina adijtialibus quidem epulis celebrem fuiſſe. Plauti fabulæ ſunt inditio. Sanguine canino contra toxica nihil præſtantius putatur. Vomitiones quoq; hoc animal monſtraſſe videtur. Et alios vſus ex eo mire laudatos referemus ſuis locis. Nunc ad ſtatutum ordinem pergemus. Aduerſus ſerpentium ictus efficacia habentur fimum pecudis recens in vino decoctum illitumq;. Mures diſecti & impoſiti quorum natura non eſt ſpernenda præcipue in aſcenſu ſyderum vt diximus/ cum lumine lunæ fibrarum numero creſcente atq; decreſcente. Tradunt magi iocinere muris dato porcis in fico ſequi dantem id animal. In homine quoq; ſimiliter valere: ſed reſolui cyatho olei poto. Muſtellarum duo genera. Alterum ſilueſtre. Diſtant magnitudine. Græci vocant ictides. Haruꝫ fel contra aſpides dicitur efficax: cætero venenum. Hæc autem quæ in domibus noſtris oberrat: & catulos ſuos (vt auctor eſt Cicero) quottidie transfert: mutatq; ſedem: ſerpentes proſequitur. Ex ea inueterata ſale denarij põdus in cyathis tribus datur percuſſis aut ventriculus coriandro fartus inueteratuſq; & in vino potus. Et catullus muſtellę etiam efficatius. Quædam pudenda dictu tãta auctorum aſſeueratione cõmẽdantur vt præterire fas nõ ſit. Si quidem illa concordia rerum aut repugnantia medicinę gignuntur. Veluti ciminum animalis feridiſſimi: & dictu quoq; faſtidiẽdi natura contra ſerpentium morſus & præcipue aſpidum valere dicitur. Item cõtra venena omnia. Argumento ꝙ dicunt gallinas quod die id ederint non interfici ab aſpide. Carnes quoq; earum percuſſis plurimum prodeſſe. Ex iſs quæ tradunt humaniſſimum illinire morſibus cum ſanguine teſtudinis. Item ſuffitu eorum abigere ſanguiſugas adhærentes: hauſtaſq; ab animalibus reſtringuere in potu datos. Quanq̃ & oculos quidam iſs inungunt tritis cum ſale & lacte mulierum. Aureſq; cum melle & roſaceo amixtis. Eos qui agreſtes ſint: & in malua naſcãtur crematos cinire permixto roſaceo infundunt auribus. Cætera quę de iſs tradunt: vomicæ & quartanarum remedia: aliorumq; morborũ q̃q̃ ouo aut cæra aut faba incluſos cenſeant deuorandos falſa nec referenda arbitror. Lethargi tamen medicinæ cum argumẽto adhibent: quoniam vincatur aſpidum ſomnifica vis ſeptenos in cyatho aquæ dentes: puerilibus annis quaternos. Et ſtrangurię fiſtulæq; impoſuere: adeo nichil illa rerum omnium parens ſine ingentibus cauſis ingenuit. Quin & adalligatos leuo brachio binos lana ſubrepta paſtoribus reſiſtere nocturnis febribus prodiderunt: diurnis in roſeo panno. Rurſus iſs aduerſatur ſcolopendra: ſuffituq; necat. Aſpides percuſſos torpore & ſomno necant: omnium ſerpẽtium minime ſanabiles. Sed & venenum earum ſi ſanguis attingit: aut recens vulnus ſtatim interimit. Inueteratum vlcus tardius. De cętero potum quantalibet copia: non nocet. Non enim eſt tabifica vis: itaq; occiſa morſu earum animalia cibis innoxia ſunt. Contarer in proferendo ex iſs remedia: niſi. M. Varronem ſcirem. lxxxiij. vitæ anno prodidiſſe aſpiduꝫ ictus efficaciſſime curari hauſta a percuſſis ipſorum vrina. Baſilici: quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt alios olfactu necantem: qui hominem vel ſi aſpiciat tantum: dicitur interimere: ſanguinem magi miris laudibus celebrant coeuntem picis modo & colore dilutum cinabari clariorem fieri. Tribuunt ei & ſucceſſus petitionuꝫ a poteſtatibus: & a diſs etiam precum: morborum remedia beneficiorum munere. Quidam id Saturni ſanguinem appellant. Draco non habet venena. Caput eius limini ianuarum ſubditum propiciatis oratione diſs fortunatã domum facere promittunt. Oculis eius inueteratis & cum melle tritis inunctos non paueſcere ad nocturnas imagines etiam pauidos cordis. Pingue in melle dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto conferre iudiciorum victoriam. Primum ſpondilum aditus poteſtatum mulcere. Dentes eiꝰ illigatos pellibꝰ capreaꝝ ceruinis neruis: mites ꝑſtare dominos: poteſtateſq; exorabiles. Sed ſuper omnia eſt cõpoſitio: qua inuictos faciunt magorum mendatia. Cauda draconis & capite villis leonis e fronte & medulla eiuſdeꝫ equi victoris ſpuma canis vnguibus adalligatis ceruino corio: neruiſq; cerui alternatis & dorcadis. Quæ arguiſſe non minus refert: q̃ contra ſerpentes remedia demonſtraſſe: quoniam hæc morborum veneficia ſunt. Draconum adipem venenata fugiunt. Item virus ichneumonum. Et cutis cinere in aceto perunctos. Viperę caput impoſitum: vel alterius quam quæ percuſſerit: ſine fine prodeſt. Item ſiquis eam ipſam in vapore baculo ſubſtineat: aiunt eum futura præcinere. Item ſiquis exuſtæ eius cinerem illinat. Reuerti autem ad percuſſum ſerpentem neceſſitate nãturę Nigidius auctor eſt. Caput quidem diſſecant ſcythæ: interq; aures eximunt lapillum: quem aiunt ab ea deuorari territa. Alij ipſo toto capite vtũtur. Fiunt & ex vipera paſtilli qui theriaci vocãtur a grecis: ternis digytis vtrinq; amputatis: exemptiſq; interaneis &

Canum ſupplicia.

Antiquitus canes mactabantur.

Sanguis ca. contra toxica

Mirum de mure.

Baſilicꝰ viſus hoiem necãs.

Sãguinis ba. vis mira

Mago. mendacia.

Mirũ quomõ quis futura pręcicet.

liuore ſpinæ adhærente: reliquo corpore in patina ex aqua & anetho diſcocto: ſpiniſq́ exemptis &
addita ſimilagine: atq́ ita in vmbra ſiccatis paſtillis: quibus ad multa medicamēta vtuntur: Signi-
ficādum videtur e vipera tantum hoc fieri. Quidam purgatæ vt ſupradictum eſt adipē cum olei ſex
tario decoquuntur ad dimidias. Exeo cum opus ſit ternis ſtillis additis in oleum perungūtur: vt om
nes beſtiæ fugiant eos Præterea conſtat contra omnia ſerpentium ictus q̄uis inſanabiles ipſarum ſer
pentium exta impoſita auxiliari. Eoſq́ qui aliquando viperæ iecur coctum hauſerint: nunq̄ poſtea
feriri a ſerpente. Neq́ anguis venenatus eſt niſi per menſem luna inſtigatus. Sed prodeſt viuus com

☞

Cur anguis Aeſculapio dicatus.

prę henſus: & in aqua contuſus: ſi foueatur ita morſus. Quin & ineſſe ei remedia multa creduntur: vt
dicemus. Et ideo Aeſculapio dicatur. Democritus quidē monſtrat quædam ex iis confici: vt poſſint
auium ſermones intelligi. Atqui anguis æſculapius epidauro romam aduectus eſt: vulgoq́ paſcit̄ &

Hydri anguium pulcherrimi.

in domibus. Ac niſi incendiis ſemina exurent̄ nō eſſet fœcunditati eorum reſiſtere. In orbe terrarum
pulcherrimū anguium genus eſt: quod in aqua viuit hydri vocantur: nullis ſerpentiuȝ inferiores ve-
neno. Horum iecur ſeruatum aduerſus percuſſos ab iis auxilium eſt. Et ſcorpio tritus ſtellionum ve
neno aduerſatur. Fit enim e ſtellionibus malum medicamentum. Nam cum īmortuus eſt in vino fa
ciem eorum qui biberint lentigine obducit. Ob hoc in vnguento necant eum inſidiātes pellicuȝ for
mæ. Remediūq́ eſt oui luteū & mel ac nitrum. Fel ſtellionum tritum in aqua: muſtellas congregare

Sala. vene. inter oia noxi.

dicitur. Inter omnia venenata ſalamandrę ſcelus maximū eſt. Cætera eniȝ ſingulos feriūt: nec plu-
res pariter interimunt vt omittam: q̄ perire conſcientia dicūtur homine percuſſo: neq́ amplius ad
mitti ad terras. Salamanda populos pariter necare improuidos poteſt. Nam ſi arbori irrepſerit: om
nia poma inficit veneno: & eos qui ederint: necat frigida vi nihil aconito diſtans. Quinimo ſi conta-
cto ab ea ligno vel pede cruſta panis incoquatur idem veneficium eſt: vel ſi in puteum cadat. Quip
pe cuȝ ſaliua eius quacūq́ parte corporis: vel in pede imo reſperſa omnis in toto corpore defluat pi
lus Tamen talis & tanta vis veneni a quibuſdam animalium vt ſuibus manditur: dominante eadem
illa rerum diſſidentia. Venenum eius extingui primuȝ omniuȝ ab iis quę veſcātur illa: veriſimile eſt.

☞

Sola Sala. ignem extinguens.

His vero ſimilia ſunt: quę prodūtur cantharidum potu: aut lacerta in cibo ſumpta. Cætera aduerſā-
tia diximuſq́ ſuis locis. Ex ipſis quę magi tradūt contra incendia: quoniam ignes ſola animaliū ex-
tinguat: ſi forent vera iam eſſet experta roma. Seſtius venerē accēdi cibo earū ſi detractis interane-
is & pedibus & capite in melle ſeruentur tradit: negatq́ reſtringui ignem ab iis. Ex volucribus in au
xilio contra ſerpentes primū vultur eſt. Annotandum quoq́ minus virium eſſe nigris pēnarū. Ex iis
enim ſi vrantur nidore fugari eas dicunt. Itē cor eius alitis habentes tutos eſſe ab impetu non ſolum
ſerpentium: ſed etiā ferarū: & latronum ac regum ira. Carnibus gallinaceorum ita vt tepebunt auul
ſæ appoſitis venena ſerpentium domantur. Itē cerebro in vino poto. Parthi gallinæ malūt cerebrū
plagis imponere. Ius quoq́ ex iis potū pręclare medetur: & in multis aliis vſibus mirabile. Panthe
rę leones non attingunt perunctos eo: pręcipue ſi & allium fuerit incoctum. Aluum ſoluit. Validius
e vetere gallinaceo. Prodeſt & contra longinquas febres: & torpētibus membris tremuliſq́: & arti-
culariis morbis: & capitis doloribus. Epiphoris: inflāmationibus: faſtidiis incipiēti tenaſmo: iocine-
ri: renibus: veſicæ. Cōtra cruditates ſuſpiria. Itaq́ etiā faciendi eius extant præcepta. Efficacius eniȝ
cocti cū olere marino: aut cibo: aut cappari: aut appio: aut hęrba mercuriali: aut polypodio: aut ane
tho. Vtiliſſimæ auteȝ in congiis tribus aquæ ad tres heminas cū ſupradictis hærbis: & refrigeratum
ſub diuo dari tempeſtiuis antecedente vomitione. Non pręteribo miraculum q̄q̄ad medicinam nō
pertinens. Si auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur: conſumunt illud in ſe. Ita hoc vene
num auri eſt. At gallinaceis ipſis circulo e ſarmatis addito collo non canunt. Auxiliatur contra ſer-

☞

Bubonis cor ſecreta ꝓmere cogit.

pentes & columbarum caro recens conſerpta & hyrundinuȝ. Bubonis pedes vſti cū pulpagine hær
ba. Nec omittam in hac alite quoq́ exemplum magicę vanitatis. Quippe præter reliqua portento-
ſa mendacia. Cor bubonis impoſitum māmæ mulieris dormiētis ſiniſtre tradūt efficere vt omnia ſe
ereta pronunciet. Præterea in pugnam ferentes idem fortiores fieri. Eiuſdem ouo ad capillos reme

☞

Bu. ſanguine criſpat̄ capillus.

dia demonſtrant. Quis autem quęſo ouū bubonis videre potuit: cū tā ipſam auē vidiſſe prodigiuȝ
ſit? quis vtiq́ experiri & pręcipue in capillo? Sanguine quidē pulli bubonis etiaȝ criſpari promittūt
capilluȝ. Huius generis prope videri poſſunt quæ tradūt & e veſpertilione: q̄ ſi ſit circūlatus domui
viuus & per feneſtram inuerſo capite infigatur amuletū eſſe. Priuatimq́ ouilibus circūlatū totiens
& pedibus ſuſpenſū ſurſum ſuper liminare. Sanguinē quoq́ eius cū carduo contra ſerpentium ictus
inter præcipua laudant. Phalangium eſt italię ignotum & pluriū generū. Vnū ſimile formicę: ſȝ mul
to mai⁹: ruffo capite: reliqua parte corporis nigra: albis intercurſantib⁹ reſperſ⁹ guttis. Acerbior hu
ius q̄ veſpæ ictus. Viuit maxime circa furnos & malos. In remedio eſt ſi quis eiuſdem generis alterū

percuſſo oſtendat. Et ad hoc ſeruantur cū mortui inueniuntur. Et cortices eorum cōtriti & poti me-
dentur. Et muſtellę catuli vt diximus ſupra. Aeque phalangion græci vocant inter genera araneoꝝ:
ſed diſtingunt lupinie. Tertium genus eſt eodē phalangij nomine araneus: lanuginoſus: grādiſſimo
capite. Quo diſſecto inueniri dicūtur intus vermiculi duo: adalligatiq; mulieribus ceruina pelle an-
te ſolis ortum præſtant ne concipiant: vt Cecilius in commentarijs reliquit. Vis ea annua eſt: quā ſo-
lam ex omni atocio dixiſſe fas ſit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

Quid ad arcē dum ne mulier concipiat.

Vocatur & rhagio acino nigro ſimilis ore minimo ſub aluo pedibus breuiſſimis: tanq̄ imperfectis.
Dolora morſu eius qualis a ſcorpione. Vrina ſimilis araneis textis. Idē erat aſſortion: niſi diſtingue-
retur virgulis albis. Huius morſu genua labefactantur. Peior vtroq; eſt cæruleus: lanugine nigra: ca-
liginem concitant: & vomitus araneoſos: etiamnum deteriora crabrone penna tantu3 differens. Hic
& ad maciem perducit. Myrmecion formicę ſimilis capite: aluo nigra: guttis albis diſtinguentibus.
Veſparum dolore torquet. Tetraganthi duo genera habent: peior medium caput diſtinguēte linea
alba & tranſuerſum altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus poſteriori parte candicans lentior.
Minime autem noxius eodem colore qui telas muſcis in parietibus latiſſimæ pandit. Contra omniū
morſus remedium eſt gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potū in poſca. Itē formice quinq;
potæ. Pecudū fimi cinis illitus ex aceto: & ipſi aranei quicunq; in oleo putrefacti. Muris aranei mor-
ſus ſanatur coagulo agnino in vino poto. Vngulæ arietinæ cinere cum melle. Muſtellæ catulo vt in
ſerpentibus dictum eſt. Si iumenta momorderit: mus recens cum ſale imponitur: aut fel veſpertilio-
nis ex aceto. Et ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt diuiſus & impoſitus. Nam ſi pregnans mo-
morderit: protinus diſſilit. Optimum eſt ſi is imponatur qui momorderit. Sed & alios ad hunc vſus
ſeruant in oleo aut luto circunlitos. Eſt & contra morſum eius remedio terra & orbita. Ferunt enim
non tranſiri ab eo orbitam torpore quodam naturæ. Scorpionibus contrarius maxime inuicem ſtel-
lio traditur: vt viſu quoq; pauorem iis afferat: & torporem frigidi ſudoris. Itaq; in oleo putrefaciunt
eum: & ita vulnera perungunt. Quidam oleo illo ſpuma3 argenteam decoquunt ad emplaſtri gen9
atq; ita illinunt. Hunc græci colorem vocant & aſcalabotem & galeotem. In italia non naſcitur. Eſt
enim hic plenus lentigine: ſtridoris acerbi. Et veſcitur quæ omnia a noſtris ſtellionibus aliena ſunt.
Prodeſt & gallinarum fimi cinis illitus. Draconis iecur. Lacerta diuulſa. Mus diuulſus. Scorpio & ip-
ſe ſuæ plagæ impoſitus aut aſſus cibo ſumptus: aut potus in meri cyathis duobus. Propriu3 eſt ſcor-
pionum q; manus palmā non feriunt: nec niſi pilos attigere. Lapillus q̄liſcunq; ab ea parte q̄ in terra
erat appoſitus plagæ lenit dolorem. Itē teſta ſicut erat terra operta ex qua parte ſicut erat impoſita
liberare dicitur. Non debent reſpicere qui imponunt. Et cauere ne ſol aſpiciat. Vermes terreni triti
impoſiti proſunt. Multa & alia ex his remedia ſunt: propter quæ in melle ſeruantur. Noctua apibus
contraria & veſpis crabronibuſq; & ſanguiſugis. Pici quoq; martij roſtrum ſecum habentes non feri-
untur ab iis. Aduerſantur & locuſtarum minimæ ſine pennis: quas atelabos vocant. Eſt & formica-
rum genus venenatum. Nō eas nouere in italia. Solifugas Cicero appelllat. Salfugas betica. Iis cor
veſpertilionis contrarium omnibuſq; formicis & ſalamandris reſiſtit. Cātharidas diximus. Sed & in
iis magna quæſtio/quoniam ipſæ venena ſunt potę veſicę cum cruciatu prę cipuo. Coſſinum equitē
Romanum amicitia. Neronis principis notū: cum iis lichene correptus eſſet: vocatus ægypto medi-
cus ad hanc valitudinem eius a Cęſare: cum cantharidum potu3 præparare voluiſſet: interemit. Ve-
rum illitas prodeſſe non dubium eſt cum ſucco taminiæ vuæ: & ſeuo ouis vel capræ. Ipſaru3 cantha-
ridum venenum in qua parte ſit: non conſtat inter auctores. Alij in pedibus & capite exiſtimāt eſſe.
Alij negant. Conuenit tantum pennas earum auxiliari in quacūq; parte ſit venenum. Ipſæ naſcūtur
ex vermiculo in ſpōgia maxime cynthorodi: quæ fit in caule. Sed fœcūdiſſimę in fraxino. Cęteræq;
in alba roſa minus efficaces. Potentiſſimæ inter omnes variæ luteis lineis: quas in pennis tranſuerſas
habent. Multu3 pingues interiores minimæ latæ piloſę. Inutiliſſimę vero vnius coloris macręq;. Cō-
duntur in calce fictili nō picato & linteo colligato congeſte roſa matura: & ſuſpenduntur ſuper ace-
tum cum ſale feruens: donec per linteolum vaporentur: poſtea reponuntur. Vis earum adurere cor-
pus: cruſtas obducere. Eadē pitycampis in picea naſcentibus. Eadem bupreſti: ſimiliterq; preparā-
tur. Efficaciſſime oēs ad lepras lichenaſq; dicūtur. Menſes cit: & vrina3. Ideo & Hippocrates hy-
dropicis dabat. Cātharides obiectę ſunt Catoni vticenſi: ceu venenum vēdidiſſet in auctione regia:
quoniam eas ſeſtertiis. lx. addixerat.

Vel aſtertion

De ſeuo camelino: & cane rabido: & lacerta: & anſerib9: & colūbis: & muſtellis remedia. CA.V.

ET ſeuum aūt ſtruthio camelinum tunc veniſſe ſeſtertiis. lxxx. obiter dictum ſit: efficatioris
ad oia viſus q̄ eſt adeps anſerinus. Dixim9 & mellis venenati genera. Cōtra qđ vtunt mel-
le: in quo apes ſint mortuæ. Idē potu in vino remedium eſt vitiorum: quæ cibo piſcium gi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0457-4

gnuntur. In canis rabidi morſu tueť a pauore aquæ capitis canini cinis illitus vulneri. Oportet igne cõburi oĩa eodem modo: vt ſemel diximus in vaſe fictili nouo argilla circũlito: atq; ita in furnũ indito. Idem in potione proficit. Quidam ob id edenduꝫ dederũt. Aliqui & vermen e cadauere canino adalligauere. Menſtruaue canis in panno ſubdidere calici aut intus ipſius caudæ pilos cõbuſtos in ſuere vulneri. Cor canum habentem fugiunt canes. Non latrant vero lingua canina in calciamento ſubdita pollici. Aut crudã muſtellæ quæ abſciſa dimiſſa ſit habentes. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis qui datus in potu fieri hydrophonos non patitur. Multo tamen vtiliſſime iecur eiꝰ qui in rabie momorderit datur. Si poſſit fieri crudum mandendum. Si minus quoquomodo coctum aut ius incoctis carnibus. Eſt vermiculus in lingua canum qui vocatur a græcis lytta: quo exempto ĩfantibus catulis nec rabidi fiunt: nec faſtidium ſentiunt. Idẽ ter igni circunlatus datur morſis a rabioſo ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratum anno tãtũ prodeſt. Aiũt & criſtam galli contritã efficaciter imponi. Et anſeris adipem cũ melle. Saliũtur & cernes eorũ qui rabidi fuerunt ad eadem remedia in cibo dandi. Quin & necantur catuli ſtatim in aqua ad ſexuꝫ eiꝰ qui momorderit: vt iecur crudum deuoretur ex iſs. Prodeſt & fimum gallinaceum dumtaxat ruffuꝫ: ex aceto impoſitum. Et muris araneę caudę cinis ita vt ipſe cui abſciſſa ſit: viuus dimittatur. Gleba ex hirundinum nido illita ex aceto: vel pulli hirundinis combuſti. Membrana ſiue ſenectus anguiũ vernatione exuta cũ cancro maſculo trita. Nã etiam p ſe repoſita in arcis armariiſq; tineas necat. Tanta vis mali eſt vrina quoq; calcata rabioſi canis noceat maxime vlcus habentibus. Remedium eſt fimũ caballinum aſperſũ aceto & calefactum in fimo impoſitum. Minus hoc miretur qui cogitet lapidẽ a cane morſum: vſq; in prouerbiũ diſcordiæ veniſſe. Qui in vrinã canis ſuã egeſſerit: torporẽ lũborum dicitur ſentire. Lacerta quaꝫ ſepa aliĳ calcidem vocant in vino pota: morſus ſuos ſanat. Veneficiis ex muſtella ſilueſtri factis contrarium eſt ius gallinacei veteris large hauſtum. Peculiariter contra aconitũ addi parum ſalis oportet. Gallinarum fimum dũtaxat candidũ in hyſopo decoctuꝫ aut mulſo: venena fungoꝝ boletorũq; aſtringit. Itẽ inflammationes ac ſtrãgulationes: qd miremur: cũ ſi aliud aĩal guſtauerit id fimũ torminibus & inflationibꝰ afficiať. Sanguis anſerinus cõtra lepores marinos valet: cũ olei æqua portione. Itẽ contra medicamẽta mala oĩa aſſeruatur cum lemina rubrica & ſpinæ albæ ſucco paſtillorũ drachmis quinq; qui in cyathis ternis aquæ bibanť. Itẽ muſtellæ catulus vt ſupra diximus pręparatus. Coagulum quoq; agninũ aduerſus oĩa mala medicamenta pollet. Itẽ ſãguis anatum ponticarum. Itaq; & ſpiſſatus ſeruatur vinoq; diluitur. Quidam fœminæ anatis efficaciorẽ putant. Simili modo cõtra venena oĩa ciconiaꝝ ventriculis valet. Coagulũ pecoris: Caulis ius ex carne arietũ priuatim aduerſus cantharidas. Item lac ouiũ calidũ: pręter ꝗ iis qui bupreſtim aut aconitũ biberint. Columbaꝝ ſilueſtrium fimum priuatim contra argenti viui potuꝫ. Contra toxica muſtella vulgaris inueterata binis drachmis pota.

Lytta ver. in lingua canuꝫ exiſtens.

Aduerte ſi verum.

Ad alopecias tollẽdas: & ad pillos reddẽdos: & ad lendes tollẽdas: & ad palpebras: & ad glaucomata: & ad oculos: & ad parotidas remedia. CA. VI.

Alopecias replet fimi pecuduꝫ cinis cum oleo cyprino & melle. Item vngularum muli vel mulæ ex oleo myrtheo. Præterea (vt Varro noſter tradit) murinum fimuꝫ quod item muſcerdas appellat. Et muſcarum capita recẽtia prius folio ficulneo aſperatis. Aliĳ ſanguine muſarum vtuntur. Aliĳ decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ vel nucum: ita vt ſit tertia pars e muſcis. Aliĳ lacte mulierum cum braſſica cinerem muſcarum ſubiſciunt: quidam mel tantum. Nullum animal minus docile exiſtimať minoriſue intellectus. Quo mirabiliꝰ eſt olympiæ ſacro certamine nubes earum immolato tauro deo quem Myoden vocãt extra territorium id abire. Alopecias cinis e murium capitibus caudiſq; & totius muris emendat: præcipue ſi veneficio acciderit hæc iniuria. Item herinacei cinis cum melle: aut coriuꝫ combuſtum cum pice liquida. Caput quidem eius vſtum per ſe etiam cicatricibus pillos reddit. Alopecias auteꝫ in ea curatione præparari oportet nouacula & ſinapi. Quidam ex aceto vti maluerunt. Quæ de herinaceis dicuntur omnia tanto magis valebunt in hyſtrice. Lacertæ quoq; vt diximus combuſtę cum radice recentis harundinis: quæ vt vna cremari poſſit minutatim ſindẽda eſt. Itemq; myrteo oleo permixto cineres capillorum defluuia continent. Efficacius virides lacertę omnia eadem pręſtant. Etiamnuꝫ vtiliꝰ admixto ſale & adipe vrſino & cepatuſa. Quidaꝫ denas virides in. x. ſextariis olei veteris diſcoquunt contenti ſemel in menſe vngere. Pellium viperinarum cinis alopecias celerrime explet. Item gallinarum fimum recens illitum. Corui ouum in ęreo vaſe permixtũ illitũq; deraſo capite nigriciaꝫ capillis affert. Sꝫ donec inareſcat: oleum in ore habendũ eſt: ne & dẽtes ſimul nigreſcant. Idq; in vmbra faciendum eſt: neq; ante triduum abluendum. Aliĳ ſãguine & cerebro eius vtuntur cum vino nigro. Aliĳ excoquunt ipm: & nocte cõcubia in plumbeũ vas condũt. Aliqui alopecias cãtharide trita

Muſca inter cætera minoris intellectus Myodes deꝰ

Coruinum ouuꝫ capillis nig. affert: & dẽtibꝰ poſſet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0458-9

illinunt cum pice liquida:nitro præparata cute. Cauſtica vis earum : cauendumqꝫ ne exulcerent alte.
Poſtea ad vlcera icta facta capita murium & fel murium & fimum cum helleboro & pipere illini iu-
bent. Lendes telluntur adipe canino:vel anguibus in cibo ſumptis anguillarum modo : aut vernatione
earum quam exeunt pota. Porrigines felle ouillo cum creta cymolia illita capiti donec inareſcat. Ca-
pitis doloribus remedio ſunt cochleæ:eæ quæ nudæ inueniuntur nonduꝫ peractæ ablato capite:& iis le
pidea duritia exempta. Eſt autem ea calculi latitudine:quæ alligatur:& minutæ fronti illinuntur tritæ.
Item œſypum oſſa e capite vulturis adalligata:aut crebruꝫ cum oleo cedrio peruncto capite & intus na
ribus illitis. Cornicis cerebrum coctum in cibo ſumptum vel noctuæ idem præſtat. Gallinaceuſqꝫ ſi
incluſus abſtineatur die ac nocte pari in edia eius qui doleat euulſis collo plumis circũligatiſqꝫ vel cri-
ſtis. Muſtellæ cinis illitus. Surculus ex nido milui puluino ſubiectus. Murina pellis cremata ex aceto
illito cinere. Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum per aurem cum ebore traiectum .vel in pelli
cula canina adalligatum quod remedium pluribus ſemperqꝫ prodeſt. Fracto capiti araneitela ex oleo
& aceto impoſita non niſi vulnere ſanato abſcedit. Hæc & vulneribus conſtrinarum ſanguinem ſiſtit.
A cerebro vero profluentem anſeris ſanguis:aut anatis infuſus adeps ſiſtit. Adepſqꝫ earumdem alitum Aranei te
cum roſaceo coctus. Matutino paſcentis harũdine caput preciſum maxime luna plena lineo panno ad la vulneri
alligant capitis doloribus licio. Aut cera alba fronti illinunt : & pilos caninos panno adalligant. Cere- bꝰ ꝓdeſt.
brũ cornicis in cibo ſumptum palpebras gignere dicitur .Olympum cum myrrha calidum penicillo il-
litum .Idem preſtare muſcarum fimi quoqꝫ murini cinerem æquis portionibus:vt efficaciter dimidi-
um pondus denarij promittitur additis duabus ſextis denarij ſextiui vt omnia hyſopo illinantur. Item
murini catuli triti in vino vetere ad craſſitudinem acopi . Pilos in iis incommodos euulſos renaſci non
patitur fel herinacei. Ouorum ſtellionis liquor .Salamandre cinis. Cinis lacertæ viridis :vel in vino albo
ſole coactus ad craſſitudinem mellis in æreo vaſe. Hirundinis pulorum cinis cum lacte titymalli ſpuma
qꝫ coclearum . Glaucomata dicunt magi cęrebro catuli ſeptem dierum emẽdari ſpecillo demiſſo in dex Oculorũ
tram partem ſi dexter oculus curetur:in ſiniſtram ſi ſiniſter. Aut felle recenti aſionis Noctuarum eſt claritati q̄
id genus maximum:quibus pluma aurium modo eminet. Suffuſionem oculorum canino felle male- proſunt
bat q̄ hyenæ curari .Appollonius pitaneus cum melle . Item albugines oculorum. Murium capitum
caudarumqꝫ cinere ex melle iunctis claritatem viſus reſtituit dicunt. Multoqꝫ magis gliris aut muris
ſilueſtris cinere: aut aquilæ cerebro vel felle . Cum attico melle cinis & adeps ſoricis combuſti tritus.
Lachrymoſis oculis plurimum confert ibi. Quod quid ſit dicemus in metallis. Muſtellæ cinis ſuf-
fuſionibus. Item lacertæ hirundinis ve cerebrum .Quæ etiam tritæ coctæue fronti illitæ epiphoras ſe-
dant:ſiue per ſe ſiue cum polline ſiue cum thure. Sic & ſolatis id eſt ſole correptis proſunt . Viuas quo
qꝫ cremare:& cinerem earum cum melle cretico iungi caligines vtiliſſimum eſt. Iumentorum oculis
membrana aſpidis quam exuerit cum adipe eiuſdem claritatem inunctis facit. Viperam viuam in ficti-
li nouo comburere addito fœniculi ſucco ad cyathum vnum & thuris manna vna atqꝫ ita ſuffuſiones
oculorum & caligines iungere vtiliſſimum eſt. Medicamentum id echion vocatur. Fit & collyrium
vipera in olla putrefacta vermiculiſqꝫ enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum ſale quem lingendo
claritatem oculorum conſequuntur:& ſtomachi totiuſqꝫ corporis tempeſtiuitates. Hinc etiam ſal pe-
cori datur ſalubritatis cauſa:& in antidotum contra ſerpentes additur. Et ad totidem. Quidam & vipe-
ris vtuntur in cibis. Primum omnium occiſe ſtatim ſalem in os addi iubent donec liqueſcat humor quat
tuor digytorum menſura vtrinqꝫ præſiſa : exemptiſqꝫ interaneis diſcoquunt in aqua aut oleo ſale ane-
tho & omnibus aut ſtatim veſcuntur : aut a pane colligunt vt ſepius vtuntur . Ius preter ſupradicta pedi
culos e toto corpore expellit : prurituſqꝫ etiam ſummæ cutis. Effectum oſtendit & per ſe capitis viperini
cinis. Vtiliſſime cibos inungunt. Item adeps viperinus. De felle non audacter ſuaſerim quæ præcipi-
unt: quoniam vt ſuo loco docuimus :non aliud eſt ſerpentium venenum. Anguium adeps erugini mix
tus ruptas oculorũ partes ſanat : & mẽbrana ſiue earũ ſenectus vernatione exuta ſi ad fricet claritatẽ o-
cu lorũ facit . Vlulæ quoqꝫ fel prædicat ad albugies ſuffuſiões caligies: Adeps ſimiliter ad claritatẽ. Aq-
læ quã diximꝰ pullos ad cõtuẽdũ ſolẽ experiri :mixto felle cũ melle attico iungũt nubeculę/& caligatio-
nes/& ſuffuſioneſqꝫ oculorũ. Eadẽ vis & i vulturino felle eſt cũ porri ſucco & melle exiguo. Et itẽ i gallia
cei felle alligato ad argema:& ad albugies ex aqua diluto. Itẽ ad ſuffuſiones oculoruꝫ maxime candidi
gallinacei. Fimum quoqꝫ gallinaceorum dumtaxat rubrum luſioſis illinendum monſtrant. Laudant &
gallinæ fel ſed præcipue adipem contra puſtulas in pupilis. Hos ſcilicet eius rei gratia ſaginant. Ad-
iuuat mirifice eruptas oculoruꝫ tuniculas ammixtis ſchiſto & hematite lapidibus. Fimum quoqꝫ earum
duntaxat candidum oleo in vetere corneiſqꝫ pyxidibus ad ſeruant ad pupilarum albugines. Qua in mẽ

çur pauo nes fimũ ꝓprium reſorbẽt.

tione ſignificandum eſt pauones fimum ſuum reſorbere tradi inuidentes hominum vtilitatibus Acci-
piter decoctus in roſaceo efficaciſſimus ad inunctiones omniũ vitiorum putatur. Item fimi eius cinis cũ at-
tico melle. Laudatur & milui iecur. Fimum columbarum ex aceto ad ęgylopas. Similiter & ab albugi-
nes & cicatrices. Fel anſerinum ſanguis anatum contuſis oculis ita vt poſtea hyſopo & melle inungan-
tur. Fel perdicum cum mellis ęquo pondere: per ſe vero ad claritatem. Dorcadis Hippocratis vt putãt
auctoritate adijcitur: qđ in argentea pyxide adſeruari iubẽt. Oua perdicũ in vaſæ ęreo decocta cũ mel-
le: vlceribus oculorum & glaucomatis medentur columbarum/turturum/palumbiũ/perdicũ/ſanguis oculis
cruore ſuffuſis eximie ꝓdeſt. In columbis maſculę efficationem putant. Vena aũt ſub ala ad hunc vſum
inciditur qm̃ ſuo calore vtilior eſt. Super imponi oportet ſplenium e melle decoctũ: lanamq; ſuccidã ex
oleo & vino. Earundem auium ſanguis nyctilopas ſanat. Et iecur ouium. Atq; vt in capris diximus effi-
cacius fuluę. Decocto quoq; eius oculos abluere ſuadent: & medulla dolores humoreſq; illinunt. Bu-
bonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatẽ oculis facere ꝓmittit̃. Turturis fimu; albugines extenu-
at. Item coclearum cinis. Fimum cenchridis accipitru; generis hanc gręci faciũt. Argema ex melle oĩbus
q; quę ſupra ſcripta ſunt ſanantur. Mel vtiliſſimu; oculis in quo ſunt apes ĩmortuę. Ciconię pullum qui
ederit: negatur annis continuis lippituris. Item q̃ draconis caput habeat. Huiuſq; adipe & melle cum
oleo vetere incipiẽtes caligines diſcuti tradunt. Hirundinũ pullos plena luna excęcant: reſtitutaq; earum
acie capita comburuntur. Cinere cum melle vtunt̃ ad claritatẽ & dolores ac lippitudines & ictus. Lacer-
tas quoq; pluribus modis ad oculorum remedia aſſumũt Alij enĩ viridem includunt nouo fictili ac lapi-
los q̃ vocantur cenidia; quæ & inguinu; tumoribus adalligari ſolent: nouem ſingulos ſignis ſignãtes: &
ſingulos detrahunt per dies. Nono emittunt lacertam. Lapillos ſeruant ad oculorum dolores. Alij ter-
ram ſubſternunt lacertę viridi excecatæ & vna in vitreo vaſe annulos includunt e ferro ſolido vel auro:
cum recepiſſe viſum lacerta; apparuerit per vitrum emiſſa ea annulis contra lippitudine; vtuntur. Alij
capitis cinere pro ſtibio ad ſcabritias. Quidam viridem longo collo in ſabuloſis naſcentem comburunt
& incipientem epiphoram inungunt. Et item glaucomata. Muſtellæ etiam oculis punctu erutis aiũt vi-
ſum reuerti: eademq; quę in lacertis & annulis faciunt. Serpentes oculum dextrũ adalligatum cõtra epi-
phoras prodeſſe ſi ſerpens viua dimittatur. Lachrymantibus ſine fine oculis cinis ſtellionis capitis cum
ſtibio eximie medetur. Aranei muſcarij tella: & precipue ſpelunca ipſa impoſita fronti ad duo tempora:
ita vt a puero impube & capiatur & imponatur. Nec is triduo ſe oſtendat ei cui medeatur neue alteru-

cur gem. ſculp. ſcarabe- os cõtuẽt

ter nudis pedibus terram attingat his diebus: mirabiliter epiphoras mederi dicuntur. Albugines quo-
q; dicitur tollere inũctione araneus candidus longiſſimis ac tenuiſſimis pedibus contrit⁹ ĩ oleo vetere.
Sed is etiam cuius craſſiſſimũ textu; eſt in cõtignationibus fere adalligatus panno epiphoras ſanare tra-
ditur. Scarabei viridis natura contuentium viſum exacuit. Itaq; gemmaru; ſculptores contuitu eorum ac-
quieſcunt. Aures purgat fel pecudis cu; melle. Caninicq; lactis inſtillatio ſedat dolorẽ. Grauitatẽ adeps
cum abſinthio & oleo vetere. Item adeps anſerinus. Quidam adijciunt ſuccum cepæ & alij pari modo.
Vtuntur & per ſe ouis formicarum. Nanq; & huic animali eſt medicina: conſtatq; vrſos ægros hoc cibo
ſanari. Anſerum quoq; & oĩum auium adeps præparatur: exemptiſq; venis omnib⁹ patina noua fictili
operta ĩ ſole: ſubdita aqua feruenti liquatur. Siccaturq; lienis ſaccis in fictili nouo repoſitus loco frigido
minus putreſcit: addito melle. Murium cinis cu; melle inſtillatus: aut cu; roſaceo decoctus auriũ dolo-
res ſedat. Si aliquod animal in aurem intrauerit: precipuum remedium eſt murinũ fel aceto dilutu;. Si
aqua intrauerit: adeps anſerinus cu; cepę ſucco. Gliris detracta pelle: inteſtiniſq; exemptis decoquitur
melle in vaſę nouo. Sed medici malunt nardo decoqui vſq; ad tertias: atq; ita aſſeruari: deinde cum
opus ſit ſtrigilli tepefacta infundere. Conſtat deplorata aurium vitia eo remedio ſanari. Aut ſi ter-
reni vermes adipe anſeris decocti infundantur. Item ex arboribus rubri cum oleo triti exulceratis & ru-
ptis auribus preclare medentur. Lacerti inueterati in os Pendentes addito ſale contuſi & ab ictu læſas
aures ſanat efficaciſſime aũt ferrugineas maculas habentes. Lineis etia; per caudam diſtincte. Millepe-

Multipe da.

da: ab alijs centipeda aut multipeda dicta animal eſt e vermibus terræ piloſum multis pedibus arcua-
tim repens tactuq; contrahens ſe: oniſcon græci vocant: alij tilon. Efficaciter ſanat aurium dolores in
cortice punici mali decoctum & porri ſucco. Addunt & roſaceũ & in alteram aurem infundunt. Illã aũt
quæ non arcuatur ſepa græci vocant: alij ſcolopendrã minorem pnicioſamq;. Cocleæ quæ ſunt in vſu ci-
bi cum myrrha aut thuris poline appoſitæ. Itẽ minutę & lacte fracturis auriũ illinũt cũ melle: Senectus
ſerpentium feruente teſta vſta inſtilat̃ roſaceo ãmixto contra oĩa qde; vitia efficax: ſed cõtra grauiolẽtiã
pręcipue aut ſi purulentæ ſunt ex aceto. Melius cum felle caprino vel bubulo aut teſtitudinis marinæ.
Vetuſtior anno eadem membrana non prodeſt: nec hymbre perfuſa: vt aliqui putant. Ite; aranei ſanies
cum roſaceo: aut per ſe in lana vel cum croco. Auribus prodeſt grillus cum ſua terra effoſus & illitus.
Magnam auctoritatẽ huic animal perhibet Nigidius: maiorẽ magi: quoniã retro ambulet: terrãq; tere

bret:ſtridat noctibus. Venať eũ formicę circũligatę capillo in cauernã eius coniecte efflato prius pul
uere ne ſeſe condat:& ita formicæ cõplexu extrahitur. Ventris gallinaceo℞ mẽbrana q̄ abijci ſolet
ĩueterata & invino trita aurib⁹ purulentis calida infundiť. Gallina℞ quoq; adeps. Eſt & quędã pigui
tudo blatæ ſi caput auellať. Hanc trita₃ vna cum roſaceo auribus mire ꝑdeſſe dicunt. Sed lanã qua ĩ
cluſerint poſt paulu₃ extrahẽdam. Celerrime enim id pingue trãſire in aĩal:fierique vermiculum. Alij
binas ternaſue in oleo decoctas efficaciſſime auribus mederi ſcribunt:& tritas in linteolo imponi cõ-
tuſis. Hoc quoq; aĩal inter pudenda eſt. Sed ꝑꝑ ammirationem naturæ priſcorũq; curam totũ in hoc
loco explicandum. Plura earum genera fecerunt. Molles quas in oleo decoctas verucis efficaciter il-
lini experti ſunt. Alterum genus myloecon appellauere circa molas fere naſcens. Has capite detra-
cto attritas lepras ſanaſſe Muſa & Picton in exemplis reliquerunt. Tertiu₃ genus & odoris tedio inui
ſum exacuta clune cum piſſeleo ſanare vlcera tradunt alias inſanabilia. Strumas panos diebus.xxi.
impoſitas:percuſſa:contuſa:cacoethe:ſcabiem:furunculoſq; detractis pedibus & penis. Nos hæc ẽt
auditu faſtidimus. At hercule Diodorus & morbo regio & ortopnoicis reſtitiſſe tradit cum reſina &
melle. Tantum poteſtatis habet ars ea pro medicamento dandi quicquid velit. Humaniſſimi eorũ
cinerem crematorum reſeruandum ad hos vſus in cornea pyxide cenſuere. Aut tritas clyſteribus in-
fundendas ortopnoicis aut rheumaticis. Infixa vtiq; corpori illitas extrahere conſtat. Mel vtiliſſi-
mum auribus quoq; & in quo apes emortuæ ſunt. Parotidas comprimi columbinũ ſtercus vel per ſe
vel cum farina hordeacea aut auenacea. Noctuæq; cerebrum vel iecur cum oleo infuſum auriculæ
aut parotidæ. Multipeda cum reſinę parte tertia illita. Grilli ſiue illiti ſiue adalligati. At reliqua mor
borum genera medicinaſq; ex iſdem aĩalibus aut eiuſdẽ generis ſequenti dicemus volumine.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.XXX.PRAEFATIO

¶De origine magicæ artis: quando & a quibus cœperit:& a quibus celebrata fuerit: & re-
liquæ ex animalibus medicinæ. CA.I.

MAGICAS VANITATES SAEPIVS QVIDAM ANTECEDENTIS
operis parte vbicunq; cauſæ locuſq; poſcebant:coarguimus. Detegemus etiam
nũc in paucis. Tamẽ res dignã eſt de qua plura dicanť vel eo ip̄o quo fraudulẽti-
ſima artium plurimum in toto terrarum orbe plurimiſq; ſæculis valuit. Auctori- Magica
tatem ei maximam fuiſſe nemo miretur: quandoquidem ſola artium tres alias ars a me
imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in vnam ſe redegerit. Natã primu₃ e dicia ge
medicina nemo dubitat:ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe velut altiorem ſanctioreq; q̄ nita.
medicinam ita blandiſſimis deſideratiſſimiſq; promiſſis addidiſſet vires religiõis
ad quas maxime etiamnũ caligat humanum genus. Atq; vt hoc quoq; ſuggeſſerit miſcuiſſe artes ma
thematicas nullo non auido futura de ſeſe ſciendi:atq; ea e cælo veriſſime peti credente. Ita poſſeſ-
ſis hominum ſenſibus triplici vinculo in tantu₃ faſtigij adoleuit:vt hodieq; etiam in magna parte gẽ
tium præualeat & in oriente regum regibus imperet. Sine dubio illic tota in præſide a Zoroaſtre vt
inter auctores conuenit. Sed vtrum vnus hic tantum fuerit:an poſtea & alius non ſatis conſtat. Eu-
doxus qui inter ſapientiæ ſectas clariſſimam vtiliſſimamq; eam intelligi voluit. Zoroaſtem hunc ſex Zoroaſtes
milibus annorum ante platonis mortem fuiſſe prodidit. Sic & ariſtoteles. Hermippus qui de tota ea magicæ
arte diligentiſſime ſcribit:& vities centum milia verſuum a Zoroaſtre condita indicibus quoq; vo- artis inuẽ
luminum eius poſitis explanauit. Etiam præceptorem a quo inſtitutum diceret tradidit. Agonace₃. tor.
Ipſum vero quinq; milibus annorum ante troianum bellum fuiſſe. Miru₃ hoc in primis:duraſſe me
moriam artemq; tam longo æuo commentarijs non intercidentibus:præterea nec claris nec continu
is ſucceſſionibus cuſtoditam. Iſtos enim quiſq; communi auditu ſaltem cognitos habet:qui ſoli co-
gnominantur. Apuſorum & Zaratum medos:babyloniumq;. Marmaridium:& arabe₃. Hippocu₃
aſſirium vero. Zarmocenidam:quorum nulla extant monumenta maxime tamen mirum eſt in bel-
lo troiano tantum de ea arte ſilentium fuiſſe Homero : tantumq; operis ex eadem in . Vlyſſis errori-
bus:adeo vt totum opus non aliunde conſtet. Si quidem Protea & ſirenum cantus apud eum nõ ali-
ter intelligi volunt. Circem vtiq; & inferoru₃ euocatione₃ ſolum hac agi. Nec poſtea quiſq̄ dixit. q̄m
modo veniſſet telmeſum religioſiſſimam vrbem quando trãſiliſſetq; ad theſſalias vrbes:quarum co-
gnomen diu optinuit in noſtro orbe alienæ gentis. Troianis itaq; temporibus quom. Chironis medi
cinis contenta eſſet ſolo. Marte fulminante. Miror equidem illis populis famam eius in tantum ad
hæſiſſe vt. Menander quoq; litterarum ſubtilitatibus peritur in eadem telmeſo genitus theſſalam co
gnominarit fabulam complexam ambages fœminarum detrahentium lunam. Orphea putarem e
propinquo primum intuliſſe ad vicinas vſq; ſuperſtitiones ac medicinæ ꝑfectu₃:ſi non ex perſis eſſet

viſ tota in thraciāq; magice delata fuiſſet. Primus q extet: vt æquidē inuenio cōmentatus de ea erat
Hoſthanes. Xerſen regē perſarum bello: quod is græciæ intulit comitatus: ac velut ſemina artis por
tentoſę aſperſiſſe obiter interfecto quacunq; cōmeauerat mundo. Diligentiores pauloante hunc po
nunt. Zoroaſtrem alium procōneſium. Quod certum eſt: hic maxime. Hoſthanes ad rabiem nō aui
ditatem modo ſcientiæ eius græcorum populos egit. Quanq̄ animaduertam ſummam litterarū cla
ritatem gloriāq; ex ea ſcientia antiquitus & pene ſemꝑ petitam. Certe pythagoras. Empedocles: De
mocritus. Plato ad hanc diſcendā nauigauere: exilijs verius q̄ pegrinationibus ſuſceptis. Hāc reuer
ſi prædicauere: hanc in archanis habuere. Democritus. Appollonicē Captidēnē &. Dardanū e phœ
nice illuſtrauit voluminibus. Dardanie ſepulchro eius petitis: ſuis vero ex diſciplia eoꝝ editis. Quæ
recepta ab alijs hominum atq; tranſiſſe per memoriam æque ac nihil in vita mirandum eſt. In tantū
fides iſtis faſq; oīe de eſt adeo vtij q cætera de viro illo probant hęc opera eſſe efficit̄ eſt. Sed fruſtra
Hunc enim maxie affixiſſe animis eā dulcedinē cōſtat. Plerūq; miraculi & hoc pariter vtraſq; artes
effloruiſſe: medicinam dico: magicemq;: eadem ętate illam. Hippocrate: hanc democrito illuſtran
tibus circa peloponneſiacam græciæ bellum: quod geſtum eſt a trecenteſimo vrbis noſtre anno. Eſt
& alia magice factio a. Moſę etiamnum & iotopea iudæis pēdens: ſed multis milibus annoꝝ poſt zo

Cō ro ab hoie deſiſtetiōe deſiſtere. qui fuit druide apd ga.

roaſtrem. Tanto recentior eſt cypria. Non leuē & alexandri magni tēporibus auctoritatē addidit ꝓ
feſſione ſecundus. Hoſthanes comitatu eius exornatus. Planeq; quod nemo dubitet orbem terrarū
peragrauit. Extāt itaq; & apud italas gentes veſtigia eius in. xii. tabulis noſtris alijſq; argumētis: quæ
priori volumine expoſui. De. lvii. demum anno vrbis Cn. Cornelio. Lentulo. P. Licinio craſſo conſ. ſe
natuſconſultum factū eſt ne homo imolaretur: palamq; in tēpus ſiluit ſacri ꝓdigioſi celebratio. Galli
as vtiq; poſſedit & quidem ad noſtrā memoriā. Nāq; tiberi Cæſaris principatus ſuſtulit druidas eoꝝ:
& hoc genus vatum medicorumq;. Quid ipſe ego hāc memorē artem oceanū quoq; tranſgreſſā: &
ad naturæ inane peruectam in britanniā: quæ hodie eā attonite celebrat tantis cerimonijs: vt dediſ
ſe perſis videri poſſit. Adeo iſta toto mundo conſenſere q̄q̄ diſcordi & ſibi ignoto. Non ſatis æſtimari
poteſt quantum romanis debeatur: qui ſuſtulere monſtra: in quibꝰ hominē occidere religioſiſſimū
erat: mandi vero etiam ſaluberrimum. Vt narrauit. Hoſthanes.

❡De ſpeciebus magice artis: &. Neronis & magorum deteſtatio. CA. II.

vel diuina. Nero ſūmꝰ muſicus.

SPecies eius plures ſunt. Nanq;/ & ex aqua ſphæris/ & ex aere/ & ſtellis/ & lucernis/ ac pelui-
bus ſecuribuſq; & multis alijs modis diuina promittit: pręterea vmbrarumq; colloquia.
Quæ omnia ætate noſtra priceps. Nero varia falſaq; comperit. Quippe nō citharæ tragici
q; cantus libido illi maior fuit. Fortuna rerū humanarum ſumma geſtiente in profundis animi vitijs
primumq; imperare dijs concupiuit: nec quicq̄ generoſius voluit. Nemo nunq̄ vlli artium validius
fauit. Ad hæc non opes illi defuere: non vires: non diſcendi ingenium aliaq; non patiente mundo.
Immēſum & indubitatū exemplū eſt falſę artis quā dereliquit. Nero vtināq; inferos potius & quoſcū
q; de ſuſpicionibus ſuis deos conſuluiſſet q̄ lupanaribus atq; proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas.
Nulla profecto ſacra barbari licet feriq; ritus non mitiora q̄ cogitationes eius fuiſſent. Sæuiu: ſic nos
repleuit vmbris. Sunt quædam magis fugia veluti lentiginem habentibus non obſequi numina vt
cerni non poſſint. Forte hoc in illo? Nihil membris defuit. Nam dies eligere certos liberum erat.
Pecudes vero quibus non niſi ater colos eēt: facile. Nam hominem immolare etiam grauiſſimū. Ma-
gus ad eum. Tridates venerat: armeniacū de ſe triūphū afferēs: ideo ꝓuintijs grauis. Nauigare volue
rat: quoniā expuere in maria: aliſq; mortalium neceſſitatibus violare naturā eam fas non putāt. Ma
gos ſecum adduxerat. Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Non tamē cū regnum ei daret hāc ab
eo accipere artem valuit. Proinde aūt ita pſuaſum ſit inteſtabilem/ irritam/ inanē eſſe: habentē tamen
quaſdam veritatis vmbras: ſed in ijs veneficas artes pollere: non magicas. Quærat aliquis q̄ ſint men-
titi veteres magi cum adoleſcentibus nobis viſus. Appion grammaticæ artis prodiderit cynocepha-
liam hærbam q̄ in ægypto vocaret̄ oſirites diuinā & contra oīa veneficia. Sed ſi ea erueretur: ſtati eū

Ioſephus vel in iudæa.

qui eruiſſet: mori. Seq; euocaſſe vmbras ad ꝑcontandū. Homerum quā patria quibuſq; parentibus
genitus eſſet non tamen auſus ꝓfiteri quid ſibi reſpondiſſe diceret.

❡De talpis & reliquæ medicinæ per morbos digeſtæ in animalibus: quorū genera placida ſunt aut fera.

Talpę cor diuinatiōi aptum.

PEcculiare vanitatis ſit argumentum: q animalium cunctorum talpas maxie mirantur: tot CA. III.
modis a rerum natura damnatas cæcitatis perpetuæ tenebris etiānum alijs defoſas ſepultiſ
q; ſimiles. Nullis æque credunt extis. Nullū religionis capacius iudicauit aīal. Vt ſi qs cor
eius recens palpitanſq; deuorarit diuinationis & reꝝ efficiendarum euentus ꝓmittāt. Dentę talpæ
viuæ axēpto ſanari dentium dolores adalligato affirmant. Cætera ex eo animali placita eoꝝ ſuis red

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0462-0

demus locis. Nec quicq̄ probabilius inuenietur q̄ muris aranei morſibus aduerſari eas: qm̄ & terram vt diximus orbitis depreſſam auerſatur. Cęterꝝ dentiuʒ doloribus (vt iidem narrãt) medeꝛ canũ qui rabieʒ ꝓferunt: capitum crematoꝝ cinis ſine carnibus inſtillatus ex oleo ciprio per aurẽ cuius e parte doleant. Caninus dens ſiniſter maximus circũſcarificato eo qui doleant: aut draconis os ſpina. Itẽ enydridis. Eſt autẽ ſerpens maſculus & albus. Huius maximo dente circũſcarificant. At ĩ ſuperiore dolore duos ſuperiores adalligant: e diuerſo inferiores. Huius adipe punguntꝛ qui crocodilum captant. Dentes ſacrificant & oſſibus lacertæ e fronte luna plęna exẽptis: ita ne terraʒ attingant. Colluntur caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias ptes. Cinis eoꝝ pueros tarde dẽtiẽtes adiuuat cũ melle. Fit eodẽ mõ & dẽtifricium e caninis dẽtib⁹. cinis e murino fimo inditus: vel iecur lacertaꝝariduʒ. Anguinũ cor ſi mordeatꝛ aut alligetꝛ efficax habetur. Suntq̃ inter eos q murem bis in mẽſe iubeãt mãdi doloreſq; ita caueri. Vermes terreni decocti in oleo infuſiq; auriculæ: cuius e parte doleant præſtant leuamentum. Eorũdem cinis exeſis dentibus cõiectus ex facili cadere eos cogit. Integros dolẽtes illitus iuuat. Comburi aũt oportet in teſta. Proſunt & cuʒ mori radice in aceto ſcyllite decocti ita vt coluantur dentes. Is quoq; vermiculis qui in hærba q̃. Veneris labruʒ appellatur inuenitur: cauis dentium inditus mire prodeſt. Nam eruere braſſicę eius contactu cadunt. Et e malua cimices infunduntur auribus cũ roſaceo: Arenulæ quę inueniũtur in cornibus coclearum cauis dẽtium inditæ ſtatim liberãt dolore. Coclearuʒ inanium cinis cum mura gingiuis prodeſt. Serpentis cum ſale in olla exuſtæ cinis cum roſaceo in contrariam auteʒ infuſus. Anguinæ vernationis membrana cum oleo tędæq; reſina calefacta & auri alterutri infuſa. Adijciuntꝛ aliqui thus & roſaceuʒ. Eademq; cauis indita vt ſine moleſtia cadãt præſtat. Vanũ eſſe arbitror canis ortu angues cauda mẽbranã exuere qm̄ neutrum in italia viſum eſt. Multoq; minus credibile in tepidis regionibus tam ſero exui. Hanc aut vel inueteratam cum cæra cellerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium alligatus dolores minuit. Sunt qui & araneum animal ipſum ſiniſtra manu captum tritumq; in roſaceo: & in aurem infuſum cuius a parte doleat prodeſſe arbitrẽtur. Oſſiculis gallinaꝝ in pariete ſeruatis fiſtula ſalua adacto dente vel gingiua ſcarificata proiectoq; oſſiculo ſtatim dolorem abire tradunt. Item fimo corui lana adalligato: vel paſſeꝝ cum oleo calefacto & ꝓxime auriculæ infuſo pruritum quidẽ ĩtolerabilẽ facit. Et ideo vtilius eſt paſſeris pulloꝝ ſamentis crematoꝝ cinerem ex aceto infricare.

¶ Quomodo commendetur os: contra maculas faciei: & ad faucium vitia. CA.IIII.

Oris ſaporem emendari affirmant murino cinere cum melle ſi fricentur dentes. Admiſcent quidaʒ marachi radices. Pẽna vulturi. ſi ſcalpantur dentes acidũ halitum faciũt. Hoc idẽ hiſtricis pẽna feciſſe ad firmitatem pertinet. Lingue vlcera & labroruʒ hirundines in mulſo decoctę ſanant. Adeps anſeris aut gallinæ rimas. Oeſypum cũ galla araneorũ telæ candidæ: & quę intra bulbos paruæ texuntur. Si feruentia os intus exuſſerit: lacte canino ſtatim ſanabitꝛ Maculas in facie. Oeſypum cum melle corſico qd̄ aſperrimuʒ habetur extenuat. Item ſcobem cutis in facie cum roſaceo impoſitum vellere. Quidam & butyrum addunt. Si vero vtiligines: ſint fel canĩnum prius acu cõpunctas. Liuentia & ſugillata pulmones arietum pecudumq; in tenues cõſecti mẽbranas & calidi impoſiti: vel columbinum fimum. Cutem in facie adeps anſeris vel gallinæ cuſtodit Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt: & cinere herinacei ex oleo. In hac curatione prius nitrõ ex aceto faciem foueri præcipiunt. Tollit ex facie vitia & cocleaꝝ q̄ latæ & minutæ paſſim inueniuntꝛ cum melle cinis. Omnium quidem coclearum cinis ſpiſſat calfacit ſmegtica vi. Et ideo cauſticis commiſcetur pſoriſq; & lepris & lentigini illinitur. Inuenio & formicas herculaneas appellatas quib⁹ tritis adiecto ſale exiguo talia vitia ſanentur. Bupreſtis aĩal eſt raruʒ in italia: ſimillimũ ſcarabeo longipedi. Fallit inter hęrbas bouem maxĩe: vnde & nomen inuenit: deuoratũq; tacto felle ita inflãmat: vt rumpat. Hæc cum hircino ſeuo licherias illita ex facie tollit ſmectica vi: vt ſupra dictuʒ ẽ. Vulturin⁹ ſanguis cum cameleonis albæ: quã hærbam eſſe diximus: radice & cedria tritus contentuſq; braſſica lepras ſanat. Itẽ pedes locuſtaruʒ cũ ſeuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cũ cepa tritus & ſubactus. Vtiliſſimũ & in facie ſæpe mel in quo apes ſint emortuæ. Præcipue tñ faciẽ purgat atq; erugat cygni adeps. Stygmata delentꝛ colũbino fimo ex aceto. Grauedinẽ inuenio finiri: ſi quis nare muris oſculetꝛ. Vua & faucĩũ dolor mitigatur fimo agnoꝝ priuſq̄ hærbã guſtauerit in vmbra arefacto. Vua cocleæ a cu tranſfoſſæ illita: vt coclea ipſa in fumo ſuſpendatꝛ: Hirundinũ cinere cũ melle. Sic & tonſillis ſuccurritꝛ. Tõſillas & fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. Multipeda trita. Fimũ colũbinuʒ cum paſſo gargarixatũ etiã cũ ficco arida ac nitro impoſitũ extra aſperitatẽ fauciũ & diſtilationes leniunt. Cocleæ coqui debent in lacte: dẽptoq; tantum terreno conteri: & in paſſo dari potuit. Sũt qui aſtypaleicas efficaciſſimas putent: & in iis ſmegma eaꝝ. Lenit & grillus infricatus. Aut ſi quis manibus quibus eum contriuerit; tonſillas attingat. Anginis felle anſerino cum elaterio & melle citiſſime

Ad curã-
dũ dẽtiuʒ
dolorem
varia re-
media.

Ouidius

ſuccurritur. Cerebro noctuę cinere hirūdinis ex aqua calida poto. Hui⁹ medicinę auctor eſt Ouidi⁹ poeta. Sed efficatiores ad oia quæ ex hirundinibus monſtranť: pulli ſilueſtrius. Figura nidorum eos dep̄henditur. Multo tñ efficaciſſime ripariarū pulli. Ita vocāt in ripaꝝ cauis nidificantes. Sūt multi qui cuiuſcunq; hirundinis pullū edendū cenſent: vt toto anno nō metuať id malū. Strangulatos cum ſanguine cōburunt in vaſe: & cinerem cum pane aut potu dant. Quidā & muſtellæ cineres pari mō amiſcent. Sic & ad ſtrumæ remedia. Dant & comitialibus quottidie potu. In ſale quoq; ſeruatę hirundines ad anginā vna drachma bibunt. Cui malo & nidus earum mederi diciť potus. Millepedaʒ illi anginis efficaciſſimum putant. Aij .xxi. tritas in aquę mulſæ hemina dari per harundineʒ: quoniā dentibus tactis nihil proſunt. Tradunt & murē cum verbenaca excoctū: ſi bibatur is liquor: remedio eſſe. Et corrigiā caninam ter collo circūdatā. Fimū colūbinū vino & oleo p̄mixtū. Ceruicis neruis & opyſthotono ex milui nido ſurculis vitis adalligatus auxiliari diciť.

Ad ſtrumas exulceratas: ad humeroꝝ & prędiorum dolores. CA.V.

STrumis exulceratis muſtellę ſanguis. Ipſa decocta in vino: non tñ ſectis admoueť. Aiunt & cibo ſumpto idē efficere. Vel cineri eius ſarmentis cōbuſtæ miſceť axungia. Lacertis viridis adalligatur. Poſt dies .xxx. oportet alium adalligari. Quidaʒ cor eius in argento vaſculo ſeruant. Ad fœminaꝝ ſtrumas veteres cochleæ cuʒ teſta ſua tuſæ illinunť: maxie q̄ frutetis adhęrēt. Iteʒ cinis aſpidum cum ſeuo taurino īponiť. Anguinus adeps mixtus oleo. Itē anguiū cinis ex oleo illitus: vel cuʒ cæra. Ediſſe quoq; eos medios abſciſis vtrinq; extremis artubus aduerſus ſtrumas p̄deſt. Vel cinerē bibiſſe in nouo fictili ita crematoꝝ. Efficacius multo īter duas orbitas occiſoꝝ. Et gryllū illinire cum ſua terra defoſſum ſuadent. Itē fimū colūbaꝝ per ſeſe: vel cū farina hordeacea: vel auenacea vel aceto. Talpæ cinere ex melle illinere. Alij iecur eiuſdeʒ cōtritū inter manus illinūt: & triduo non abluunt. Dextrū quoq; pedeʒ eius remedio eſſe ſtrumis affirmant. Alij p̄cidūt caput: & cū terra a talpis excitata tuſū digerunt in paſtillos pixide ſtagnea & vtuntur ad oia q̄ intumeſcūt: & quæ apoſtemata vocāt: quæq; in ceruice ſunt. Veſciq; ſuilla tūc vetāt. Tauri vocantur ſcarabei terreſtres. Ritcino ſimiles: nomē cornicula dedere: alij pediculos terrę vocāt. Ab ijs quoq; terrā egeſtā illinūt ſtrumis & ſimilibus vitijs: & podagris. Triduo nō abluūt: p̄deſtq; hęc medicina in annū. Oiaq; his aſcribunt q̄ nos in gryllis rettullimus. Quidā & a formicis terra egeſta ſic vtūť. Alij vermes terrenos totideʒ quot ſunt ſtrumæ adalligant: pariterq; cum ijs areſcunt. Alij viperā circa canis ortū circuncidūt: vt dixm⁹. Dein mediā cōburunt. Deinde cinerē euʒ dāt bibendū ter ſeptenis diebus quātum p̄henditur ternis digytis. Si ſtrumis medenť. Aliqui vero circūligāt eas lino: quo præligata infra caput vipera pependerat: donec examinareť. Et mille pedis vtunť addita reſinæ terebinthinæ parte quarta. Quo medicamento oia apoſtemata curari iubent. Humeri doloribus muſtellę cinis cū cæra medeť. Ne ſint malæ hirſutæ formicaꝝ oua pueris infricata præſtant. Iteʒ mangonibus vt lanugo tardior ſit pubeſcentium ſanguine e teſticulis agnoꝝ q caſtranť. Qui euulſis pilis illitus & contra virus p̄ficit. Pręcordia vocamus vno nomine exta in homine: quoꝝ & dolore cuiuſcūq; partis ſi catulus lactens admoueať apprimaturq; ijs partibus: trāſire in euʒ morbus dicturq;. Idq; exenterato perfuſoq; vino dep̄hendi vitiato viſcere illo qđ doluerit hoīs & obrui: alijs religio eſt. Si quoq; quos miletheos vocamus: ſtomachi dolorē ſedant applicat ſæpius. Tranſireq; morbos ægritudīe eoꝝ intelligiť: plęrūq; & morte.

*Terræ pediculi.*

*cōtra apoſtemata.*

*Quid vt pubes tardetur*

De pulmonum vitijs iecoris & ſanguinis reiectionibus. CA.VI.

PVlmonuʒ vitijs medenť & mures: maxie affricani detracta cute in oleo & ſale decocti: atq; i cibo ſumpti. Eadē res & purulentis vel cruentis execrationibus medeť. Pręcipue vero cochleaꝝ cibus ſtomacho: in qua eas ſubterfieri in tacto corpore earum oportet: mox in pruna torreri nihil addito: atq; ita e vīo garoq; ſumi præcipue affricanas. Nuper hoc cōpertū plurimis prodeſſe. Id quoq; obſeruant: vt nūero inpari ſumāt. Virus tñ earū grauitatē halitus facit. Proſunt & ſauguinē excreātib⁹ dēpta teſta tritæ: aq̄ potu. Laudatiſſimæ aūt ſūt africane ex ijs ſolitanę. Ex ijs oliitanæ aſtypaleicæ: Siculæ modicę: qm̄ magnitudo duras facit: & ſine ſucco. Balearicæ quas cauatica vocant: qm̄ in ſpeluncis naſcunť. Laudatæ & ex inſulis caprearuʒ. Nullę earum aūt cibis gratę: neq; veteres: neq; recentes. Fluuiales & albę virus habēt: necnō ſilueſtres: ſtomacho inutiles: aluū ſoluūt. Item oēs minutæ. Contra marinæ ſtomacho vtiliores. Efficaciſſimæ tñ i dolore ſtomachi. Laudatiores traduť: q̄cun q; viuæ cum aceto deuoratæ. Pręterea ſunt q̄ aceratæ vocanť late multifariā naſcētes: de quarum vſu ſuis dicemus locis. Gallinaceorū ventris mēbrana inueterata & iſperſa potiōi diſtillatiōes pectoris & humidā tuſſim: vel recēs toſta lenit. Coclęę crudę trite cum aquę tepidę cyathis tribus ſi ſorbeantur: tuſſim ſedant. Diſtillationes ſedat & canina cutis cuilibet digyto circūdata. Iure perdicuʒ ſtomachus recreať. Iocinerū doloribus medeť: muſtella ſilueſtris in cibo ſūpta vel iocinera eius. Item vipera porcelli mō inaſſata. Suſpirioſis multipede ita vt ter ſeptenæ in attico melle diluaʒ

*Per. Ius ſtomacho vtile*

tur:& per harundinem bibentur. Omne.n. vas earũ nigreſcit cõtactu. Quidã torrẽt ex iјs ſextariũ in
patina donec candidę fiant excoquunt. Tunc mel immiſcent. Aliј centipedam necant:& ex aqua ca
lida dari iubent. Cochleæ in cibos iјs quos linquit animus:aut quorum alienatur mens:aut quibus
vertigines fiunt:ex paſſi cyathis tribus ſingulæ contritæ cum ſua teſta & calefactæ in potu datæ die
bus plurimum nouem. Aliqui ſingulas primo die dedere:ſequenti binas:tertio ternas:quarto duas tryxalis,
quinto vna. Sic & ſuſpiria emendant/& vomicas. Eſſe aïal locuſtæ ſimile ſine pennis:quod tryxalis gryllus
græce vocatur:latinũ nomen non habet. Aliqui arbitrantur auctores nec pauciores hoc eſſe qđ gryl-
lus voceť. Ex iјs viginti torreri iubent:ac bibi emulſa contra ortopnoneas: ſanguineqꝫ expuentibus
Eſt qui cochleis illotis quibuſdã ꝓtropũ infundat:vel marinã aquam decoquat: & in cibo ſumat:aut
ſi tritę cuꝫ teſſis ſuis ſumanť cum ꝓtropos Sic & tuſſi medenť ac vomicas priuati ſanani melle in quo
apes ſint emortuę. Sanguinẽ reiјcientibus pulmo vulturinus vitigineis linguis cõbuſtus adiecto flore
mali punici ex parte dimidia. Item cotoneoꝝ/liliorumqꝫ iјſdem potionibus potus mane atqꝫ veſpe-
ri in vino ſi febris abſit. Si minus. ex aqua i aq̃ cotonea decocta ſũt. pecudis lyen recẽs magicis p:ę ce De cura
ptis ſup dolentem lyenẽ extendiť:dicente eo q medeať:lyeni ſe remediũ facere. Poſt hæc iubent eũ ly.
in pariete dormitorij eius/tectoue includi & obſignari annulo ter:nouieſqꝫ carmẽ dici. Caninus ſi vi-
uenti eximať & in cibo ſumať:liberat eo vitio. Quidã recenti ſup illigãt aliј duoꝝ dieꝝ catuli ex ace
to ſcyllitico dant ignoranti fel:vel gyerinacei lyenẽ. Itẽ cochlearũ cinerẽ cum ſemine lini & vrtice ad
dito melle donec perſanet. Eliberat & lacerta viridis eo dolore viua in ola ante cubiculum dormito-
riј eius cui medetur ſuſpenſa:vt egrediens/reuertenſqꝫ attingat manu. Cinis e capite bubonis cuꝫ vn-
guento. Mel in quo apes ſũt emortuæ. Araneus & maxie qui lycos vocať Vpupæ cor. In lateris dolo
ribus lauať & cochleaꝝ cinis in ptiſana decoctarũ:quę & p ſe illinunť. canis rabioſi caluariæ cinis po
tioni inſpergitur. Lumboꝝ dolori ſtellio tranſmarinus capite ablato & inteſtinus decoct⁹ in vino cuꝫ
papaueris nigri denariј pondere dimidio eo ſucco bibitur. Lacertæ virides deciſis pedibus & capite
in cibo ſumunť. Cochleæ tres contritæ cum teſtis ſuis atqꝫ in vino decoctæ cũ piperis granis.xv. Aqlę
pedes velũt in aduerſum a ſuffragineta:vt dexter dexteræ partis doloribus adalligetur:ſiniſter leuæ
Multipeda quoqꝫ quã oniſcon appellamus medeť denariј pondere ex vino cyathis duob⁹ pota. Ver vel ferreo
men terrenũ catillo ligneo ante fiſſo & ferro vincto impoſitum aqua excepta perfundere & defode- iunco.
re vnde effoderis magi iubent:mox aquam bibere catillo:mire id ꝓdeſſe iſchiadicis affirmantes.

## ¶ Ad Dyſentericos & veteris mala remedia. CA.VII.

DYſentericos recreant femina pecudũ decocta cũ lini ſemine aqua pota. Caſeus ouillus ve-
tus. Seuum ouiũ decoctum in vino auſtero. Hoc & ileo medeť. Et tuſſi veteri. Dyſentericis
ſtellio tranſmarinus ablatis inteſtinis & capite/pedibuſqꝫ acute/decoctuſqꝫ & in cibo ſum-
ptus. Cochleæ duæ cum ouo vtraqꝫ cuꝫ putamine cõtritę:atqꝫ in vaſe nouo addito ſale &
paſſi cyathis duobus:aut palmaruꝫ ſucco & aquæ cyathis tribus ſubferuefactis & in potu datis. Pro
ſunt & cõbuſtæ cinis eaꝝ bibať in vino addito reſinæ memẽto. Cochleæ nudæ vt de quib⁹ diximus
in afrca maxime inueniunť:vtiliſſimæ dyſentericis. Quinæ cõbuſtę cũ denariј pondere dimidiј aca-
ciæ. Exqꝫ eo cinere danť coclearia bina in vino myrtitę:aut quolibet auſtero cũ pari mõ calidæ. Qui
dem oïbus affricanis ita vtunť. Aliј totidem affricanas:vel latas infundunt potius. Et ſi maior fluctio
ſit addunt acaciaꝫ fabæ magnitudine. Senectus anguiũ dyſentericæ & tenaſmis in ſtagneo vaſe deco
quitur cuꝫ roſaceo. Vel ſi in malo cũ ſtagno illinitur: Ius e gallinaceo iјſdẽ medeť: ſed veteris galina-
cei vehementius. Salſum ius aluum cit. Mẽbrana gallinarũ toſta & data in oleo ac ſale cœliacoꝝ do
lores mulcet. Abſtinere aũt frugibus ante & gallinã & hoïeꝫ oportet. Fimũ coluꝫbinũ toſtũ potumqꝫ
Caro palumbi in aceto decocta dyſentericis & cœliacis medetur. Turdus inaſſatus cum myrti bac-
cis dyſentericis. Item merulę. Item medeť mel in quo ſint ĩmortuæ apes decoctum. Grauiſſimuꝫ vi-
tium ileos appellatur. Huic reſiſti aiunt diſcerpti veſpertilionis ſanguine. Etiaꝫ illito ventre ſubueni
re. Reſiſtit & coclea ſicut diximus in ſuſpirioſis tempora. Iteꝫ cinis eaꝝ quæ viuę crematę ſint potus vel apule
ex vino auſtero. Gallinaceoꝝ iecur aſſum cũ ventriculi mẽbrana:q̃ abiјci ſolet inueterata:ammixto ios
papaueris ſucco. Aliј recentem torrent ex vino bibendã. Ius perdicum & p ſe ventriculus contrit⁹ ev
vino nigro. Item palũbus ferus & e poſca decoctus. Lyen pecudis toſtus & in vino tritus. Fimũ colũ-
binum cuꝫ melle illitũ. Oſſifragi venter arefactus & potus iјs qui cibos non cõficiunt vtiliſſimus:vel ſi
manu tm̃ teneant capſentes cibum. Quidãqꝫ adalligant ex hac cã ſed continuare non debent. Maciẽ
enim facit. Siſtit anatũ muſcularũ ſanguis. Inflationeꝫ diſcutit coclearũ cib⁹. Tormina ſanat lyen oui
um toſtus:atqꝫ e vino potus. Palumbus ferus ex poſca decoctus. Apodes ex vino. Cinis ibidis ſine
Pennis crematę potus. Quod pręterea tradiť in torminibus. Mirum eſt ante appoſita veteri tranſire
morbum anatem emori. Tormina & melle curantur in qno ſunt apes immortuę decocto. Coli vitiũ

efficaciſſi me ſanatur ab aue galęrita aſſa in cibo ſumpta. Quidam in vaſę nouo cum plumis exuri iu=
bent: conteriq; in cinerem: bibiq; ex aqua coctum coclearibus ternis per quatriduum. Quidam cor
eius adalligari fœmini. Alij recenſq; tepenſq; adhuc deuorari. Conſularis aſpernatum domus eſt:
qua alter e fratribus colo liberatus eſt aue hac in cibo ſumpta: & corde eius in armilla aurea incluſo:
alter ſacrificio quodam facto crudis laterculis ad formam camini: atq; vt ſacrū pactuʒ erat obſtructo
ſacello. Vnum eſt oſſifrago inteſtinum mirabili natura oīa deuorata cōficienti. Huius partem extre=
mam adalligatā prodeſſe contra colum conſtat. Sicut oculi interraneorum morbi: de quibus mirum
proditur. Si catuli prius q̄ videant applicentur triduo ſtomacho maxime ac pectori: & ex ore ægri
ſuctum lactis accipiant: tranſire vim morbi: poſtremo examinari: diſſectiſq; palam fieri ægri cauſas.
Mori & humari debere eos obrutos terra. Magi quideʒ veſpertilionis ſanguine contacto vētre in to=
tum annum caueri dolorē tradunt. Aut in dolore ſiquis aquam per pedes fluenteʒ haurire ſuſtineat.

¶ Ad calculos: & veſicę dolores teſtiumq;: & vnguinum tumores & ad panos. CA.VIII

Murino fimo contra calculos illinire ventrem prodeſt. Herinacei carnem iucundam eſſe=
aiūt ſi capite percuſſo vno ictu interficiatur prius in ſe vrinam reddat. Eos qui carnē ederit
ſtrāguriæ morbuʒ cōtrahere minime poſſe. Hæc vero ad hunc modum occiſa ſtillicidia ve
ſicæ emendat. Item ſuffitus ex eodē. Quod ſi vrinam in ſe reddedirint: eos qui carnem ederint ſtran
guriæ morbum cōtrahere tradit̄. Iubent & vermes terrenos bibi ex vino aut paſſo ad communiēdos
calculos: vel cochleas decoctas vti ſuſpirioſis. Eaſdē exēptis teſtis triſtiſq; tres in vini cyathis bibi: ſe=
quenti die duas: tertia die vnam: vt ſtillicidia vrinę emendent. Teſtarum vero inanium cinere ad cal
culos pellendos. Item hydrin iecur bibi. Vel cinerem ſcorpionum in pane ſumi. Vel ſi quis cum locu
ſta edit. Lapillos qui in gallinaceoꝶ veſica: aut in palūbiuʒ ventriculo inueniantur conteri & potioni
inſpergi. Item mēbranam e ventriculo gallinacei aridam: vel ſi recens ſit toſtam. Fimum quoq; pa=
lumbiū in faba ſumi cōtra calculos & alias difficultates veſicæ. Similiter plumaꝶ cinereʒ palumbiuʒ
ferorum ex aceto mulſo. Et teſtinorū ex ijs cinerē cochlearibus tribus e nido hirundinū. Grillū dilu=
tum aqua calida. Oſſifragi ventrem arefactum. Turturis fimum immulſo decocturę vel ipſius deco
ctæ ius. Turdos quoq; ediſſe cuʒ baccis myrti prodeſt vrinæ. Cicadas toſtas in patellis. Millepedam
oniſcon bibiſſe: & in veſicæ doloribus decoctū agninorū peduʒ. Aluū cit & gallinaceorū decoctū ius
Aeſcula & acria mollit. Cit & hirundinū fimum adiecto melle ſubditum. Sedis vitijs efficaciſſima ſūt oeſipuʒ
pij ĩuētuʒ Quidā adijciunt pompholigē & roſaceū. Canini capitis cinis ſenecta ſerpentis ex aceto ſit rhagades
ſint. Cinis fimi canini cādidi cū roſaceo. Aiuntq; inuentū Aeſculapij eē. Et eodē verrucas efficaciſſie
tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps bouis. Procidētia alui. Succus cochlearū punctis euoca
tus illita depellit. Attritis medetur cinis muris ſiluatici cum melle vel herinacei vel veſpertilionis.
Et anſerinus cum cerebro & alumine & oeſipo. Fimū columbinum cū melle. Condylomatis priuati
araneus dempto capite pedibuſq; infricatus. Ne acria perurant adeps anſerinus cum cæra punica æ=
ruſa roſaceo. Adeps cygni. Hæc & hemorrhoidas ſanare dicūtur. Iſchiadicis cochleas crudas tritas
cum vino amineo & pipere potu prodeſſe dicunt. Lacertaʒ viridē in cibo ablatis pedibus interraneis
capite Sic & ſtellionem adiectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis conuulſis fel ouium cum
lacte mulierum. Verendorum formicationibus verruciſq; medetur arietini pulmonis iaſſati ſanies.
Cęteris vitijs vellerum eius/ vel ſordidorum cinis ex aqua. Seuum ex omento pecudis/ & p̄cipue a
renibus ammixto cinere pumicis ex ſale. Lana ſuccida ex aqua frigida. Carnes pecudis cōbuſtæ ex
aqua. Mulæ vngularum cinis. Dentis caballini contuſi farina inſperſa. Teſtibus vero farina ex oſſi=
bus canini capitis ſine carne tuſis. Si decidat teſtium alter: ſpumam cochlearum illitā remedio eſſe
tradunt. Tetris ibi vlceribus & manantibus auxiliantur canini capitis recentis cineres. Cochleæ la=
tæ paruæ cōtritæ ex aceto vel cinis eius. Meli quo apes ſūt emortuæ cū reſina. Cochleæ nudæ quas
in africa gigni diximus tritæ cum thuris polline & ouorum albo. xxxq;. die reſoluūt. Aliqui pro thu=
re bulbum amiſcent. Hydrocelicis ſtelliones mire prodeſſe traduntur capite pedibus interraneiſq;
demptis: reliquum corpus inaſſatum. In cibo id ſępius datur. Sicut ad vrinę incontinentiam. Cani=
num adipe cum alumine ſciſſo fabę magnitudine. Cochleas africanas cum ſua carne & teſta cremā=
tas poto cinere. Anſerum trium linguas inaſſatas in cibo. Huius rei auctor eſt. Anaxilaus. Panos a=
perit ſeuum pecudum cuʒ ſale toſto. Murinum fimum ammixto thuris polline: ſandaraca impoſita
diſcutit. Lacertæ cinis: & ipſa diuiſa ipoſita. Item multipeda contrita: āmixta reſina terebinthina ex
parte tertia. Quidā & ſinopidem āmiſcent. Cochleæ cōtuſę & ꝑ ſe cinis inaniū cochlearuʒ cęrę mix
tus diſcuſſoriam vim habet. Fimum columbaruʒ ꝑ ſeſe: vel cum farina hordeacea: aut aue nacea ili
tū cantharides mixta calce panos ſcapelli vice auferunt. Inguinū tumorē cochleæ minutæ cū melle
illitæ leniunt. Varices ne naſcant̄: lacertæ ſanguine pueris crura ieiunis a ieiuno illinuntur.

¶ Ad podagras & articulorum dolores. CA.IX

PОdagras lenit oeſipum cū lacte mulieris & ceruſſa. Fimū pecudū qđ liqdum reddunt. Pul
mones pecudū Fel arietis cum ſeuo muris diſſecti impoſiti. Sanguis muſtellę cum plātagi
ne illitus & viuæ combuſtę cinis ex aceto & roſaceo ſi penna illinatur. Vel ſi cæra & roſaceuʒ
miſceatur fel caninuʒ ita ne manu attingatur: ſed penna illinatur. Fimum gallinarum vermiū terre
norum cinis cum melle: ita vt tertio die ſoluantur. Alij ex aqua illinire mallunt. Alij ipſo aceto mēſu⸗
ra cum mellis cyathis tribus pedibus ante roſaceo perunctis. Cochleæ latæ/potæ tollere dicunt pe⸗
dum & articulorum dolores. Bibuntur autem binæ in vino tritæ. Eædem illinuntur cum helſines
hærbæ ſucco. Quidam ex aceto intriuiſſe contenti ſunt ſale. Quidam ſale cum vipera crematis in
olla noua/& ſępius ſumptis aiunt podagra liberari. Vtile eſſe & adipe viperino pedes perungi. Et
de miluo affirmant: ſi inueterato/tritoq; quantuʒ tres digyti capiant bibatur ex aqua. Aut ſi pedes ſā
guinem cum vrtica/vel pennis eorum cum primum naſcentur tritis cum vrtica. Quin & fimus eo⸗
rum articularibus doloribus. Illinitur item cinis muſtellæ/aut cochlearū/& cum amylo/vel tragacā
tho. Incuſſos articulos aranei telæ commodiſſime curant. Sunt qui cinere earum vti malint ſicut fi⸗
mi columbini cinere: cum polenta/& vino albo. Articulis luxatis præſentaneum eſt & ſeuum pe⸗
cudis cum cinere/& capillo mulierū. Pernionibus quoq; imponitur ſeuum pecudū cū alumíe. Cani Aduerte.
ni capitis cinis aut fimum muriū. Quod ſi putrida ſint vlcera cæra ad cicatricem perducūt: vel gryl⸗
lorum crematorum fauilla ex oleo. Item muris ſiluatici cum melle. Vermiū quoq; terrenoꝝ cū oleo
vetere. Et cochleæ quæ nudæ inueniuntur. Vlcera omnia pedum ſanat cinis earum quę viuæ cōbu
ſtæ ſint. Fimiq; gallinacei cinis exulcerationes colūbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiā calciamēto⸗
rum veteris ſoleæ crematę cinis. Agninus pulmo & arietis ſanant. Dentis cabalini contuſi farina pri
uatim ſubleuat lacertæ viridis ſanguis ſubtritus & hominum & iumentorum pedes ſublitus ſanat.
clauos pedum vrina muli mulæue cum luto ſuo illita. Fimum ouiū. Iecur lacertæ viridis. vel ſāguis⸗
flocco impoſitus. Vermes terreni ex oleo. Stellionis caput cum viticis pari modo tritum ex oleo. Fi
mū columbinū decoctum ex aceto verrucas vero oim generum vrina canis recens cū ſuo luto illita.
Fimi canini cinis cum cæra. Fimum ouiuʒ. Sanguis recēs murinus illitus: vel ipſe mus diuulſus. He
rinacei fel. Caput lacertæ vel ſanguis vel cinis totius. Mēbrana ſenectutis anguinū. Fimū gallinaceū
cum oleo & nitro. Cātharides cum vua taminia intritæ exedunt. Sed ita eroſas alijs quæ ad ꝑſanāda
vlcera monſtrauimus curari oportet. ¶ Remedia aduerſus morbos toto corpori. CA. X

NVnc autē reuertemur ad ea quæ totis corporibus medenda ſunt. Fel canis nigri maſculī
amuletum eſſe magi dicunt domus totius. Suffitæ eo purificatęue contra omnia mala
medicamenta. Item ſanguine canis reſperſis parietibus genitaliq; eius ſublimine ianuæ
defoſſo. Minus mirētur hæc qui ſciunt fœdiſſimum animal ꝗtum magnificent ricinum:
quoniam vni nullus ſit exitus ſaginę nec finis aliā ꝗ morte: diutius in fame viuenti. ſeptenis ita die
bus duraſſe tradunt. At in ſatietate paucioribus dehiſcere. Sunt qui hunc ex aure ſiniſtra canis oēs
dolores ſedare adalligatum. Fundit ij in augurio vitalium habent. Nam ſi ęger ei reſpondeat qui in Vel ex au
tulerit a pedibus ſtanti: interrogantiq; de morbo ſpem vitę certam eſſe. Morituruʒ nihil reſpondere re damu⸗
Adijciunt vt euellatur ex aure leua canis: cui non ſit alius ꝗ niger color. Nigidus fugere tota die ca⸗ læ.
nes conſpectum eius qui e ſue id animal euellerit ſcriptuʒ reliquit. Rurſus magi tradunt lymphatos
ſāguinis talpæ aſperſu reſpicere. Eos vero qui a nocturnis dijs fauniſq; agitentur: draconis lingua & Lympha
oculis & felle: inteſtiniſq; in vino & oleo decoctis: ac ſub diuo noctu refrigeratis perunctos matutinis ti talpę
veſpertiniſq; liberari perfrictionibus. Remedio eſſe tradit. Nicander amphiſibenaʒ mortuā adalli⸗ ſang. reſi⸗
gatam vel pellem tantum eius. Quinimmo arbori quę cedatur adalligata non algere cędentes: piſcunt.
faciliuſq; ſuccidere. Itaq; ſola ſerpentium frigori ſe committit prima omniū procedens & ante cucu
li cantum. Aliud eſt cuculo miraculum: quo quis loco primum audiat alitem illam ſi dexter pes cir⸗
cunſcribatur: ac veſtigium id defodiatur: nō gigni pulices vbicunq; ſpargatur. Paralyſis cauētibus
pinguia glyrium decoctorum & ſoricum vtiliſſima tradunt eſſe. Mille pedas vt in anginis diximus
potas. Phtiſin ſentientibus lacertam viridem decoctam in vini ſextarijs tribus ad cyathum vnum
ſingulis cochlearibus ſumptis ꝑ dies donec conualeſcant. Cochleaꝝ cinerē potū in vino. Cōitialibꝰ
morbis oeſipum cum myrrhę momento & vini cyathis duobus dilutum magnitudine nucis auella
nę a balneo potum. Teſticulos arietinos inueteratos tritoſq; dimidio denarij pondere in aqua vel
lactis aſini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus ante & poſtea. Magnifice laudatur & ſan⸗
guis pecudum potus. Item fel cum melle pręcipue aguinum. Catulus lacten ſumptus abſciſo capi
te pedibuſq; ex vino & myrrha. Lyen mulę potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis tranſmari
ni cinis potus in aceto. Tunicula ſtellionis quā eodem mō vt anguis exuit pota. Quidaʒ & ipſuʒ ha⸗
rundine exteratum inueteratūq; bibendum dedere. Alij in cibo in ligneis verubus inaſſatū. Opere

preciū eſt qũo prçcipiatur ſcire cum exuit̃ membrana hyberna alias deuoranti eã: quoniam nul-
Aduerte. lũ animal fraudulentius inuidere hoi tradunt. Inde ſtelionũ nomẽ aiunt in maledictũ tranſlatũ. Ob
ſeruant cubile eius æſtatibus. Eſt aũt in locis hoſtiorũ feneſtrarũq; aut cameris ſepulchriſue. Ibi ve-
re incipiente fiſſis arundinibus textas opponunt caſas: quarũ anguſtiis etiã gaudet: eo facilius exuẽs
circundatũ torporẽ. Sed eo derelicto non põt remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis p-
fert̃. Prodeſt & cerebrum muſtellæ inueteratum potũq;: & iecur eius. Teſticuli uuluçq; aut ventricu-
lus inueteratus cum coriandro: vt diximus: itẽ cinis. Silueſtris vero tota in cibo ſũpta. Eadẽ oia præ-
dicant̃ ex vipera. Lacerta viridis cum cõdimentis quæ faſtidiũ abſtergant: ablatis pedibus & capite.
Cochlearũ cinis addito ſemine lini & vrticæ cũ melle inunctos ſanat. Magis placet draconis cauda in
Hyrũdinis apilus ad viſũ vtilis pelle dorcadis alligata ceruinis neruis. Vel lapili e ventre pullorũ hirundinũ ſiniſtro lacerto annexi
Dicuntur. n. excluſo pullo lapillum dare. Qđ ſi pullus is detur incipiẽti in cibo: quẽ primũ peperit: cũ
quis primũ tẽtatus ſit: liberat̃ eo malo. Poſtea medet̃ hirundinum ſãguis cũ thure: vel cor recẽs deuo
ratum. Quin & e nido earũ lapillus impoſitus recreare dicit̃ confeſtim: & adalligatus perpetuo tueri
Prçdicat̃ & iecur milui deuoratũ: & ſenectus ſerpentium. Iecur vulturis tritũ cum ſuo ſanguine terſe
ptenis diebus potũ. Cor pulli vulturini adalligatũ. Sed & ipſum vulturẽ in cibo dari iubẽt: & quidẽ
ſatiatum humano cadauere. Quidã pectus ei bibendum cenſent: & in cerrino calice. Aut teſtes gal-
linacei ex aqua & lacte antecedente quinq; dierũ abſtinẽtia vini ob id inueteratos. Fuere & qui. xx.
vnam muſcas rufas: & quidem emortuas in potu darent: infirmioribus pauciores.

Contra morbum regium: & freneticos: & contra febres: & hydropicos. CA. XI.

Morbo reſiſtunt regio ſordes auriũ: aut mammarũ pecudis denariĳ pondere cum mirrhæ
momento & vini cyathis duobus. Canini capitis cinis in mulſo. Multipeda in vini hemi-
na. Vermes terreni in aceto mulſo cum myrrha. Gallina ſi ſit luteis pedibus prius aqua
purificatis: de in collutis vino quod bibatur. Cerebrum pdicis: aut aquilç in vini cyathis tribus. Cinis
Icterus auis galgulus plumarum: aut in terraneorũ palumbi ſed in mulſo ad cochlearia trita. Paſſerum cinis ſarmentis cre
matorũ cochlearibus duobus in aqua mulſa. Auis icterus vocatur a colore: quç ſi ſpectet̃: ſanari id
malum tradunt & auem mori. Hanc puto latine vocari galgulum. Phreneticis prodeſſe videtur pul
mo pecudum calidus circa caput alligatus. Nã nõ modo muris cerebrũ dari potui ex aqua: aut cine
rem muſtellæ: verum etiã inueteratas herinaceis carnes quis poſſit furẽti etiã ſi certa ſit medicina?
Bubonis quidem oculorũ cinerem inter ea quibus prodigioſe vitẽ ludificant̃: acceperim. Præcipue
q; febrium medicina placitis eorum renũciat. Namq; & in. xiĳ. ſigna digeſſere eam ſole tranſmeante:
iterumq; luna: quod totum abdicandũ paucis exẽplaribus docebo. Siquidẽ crematis tritiſq; cum
oleo perungi iubent ægros: cum geminos trãſit ſol criſtis: & auribus & vnguibus gallinaceorũ. Si lu
na raſis barbis eorũ. Si virginẽ alteruter hordei granis: Si ſagittariũ veſpertilionis alis. Si leonẽ luna
tamaricis fronde: & adĳciunt ſatiuæ. Si aquariũ e buxi carbonibus tritis. Ex iſtis cõfeſſa aut certe ve
riſimilia ponemus: ſicut elethargũ olfactoriĳs excitari. Interea fortaſſis muſtellç teſticulis ĩueteratis:
aut iocinere vſto. Is quoq; pulmonem pecudis calidũ circa caput adalligari putant vtile: ĩ quartanis
medicina clinice prope modum nihil pollet. Quãobrem plura eorũ remedia ponemus. Primũq; eũ
quem adalligari iubent puluerem: in quo ſe accipiter volutauerit lino rutilo in linteolo. Canis nigri
dentẽ longiſſimũ. Pſeudophecẽ vocant veſpã: quç ſingularis volitat. Hanc ſiniſtra manu apprçhẽ-
ſam ſubnectunt. Aliĳ vero quã quis eo anno viderit primam. Viperç caput abſciſum in linteolo: vel
cor viuentis exemptum. Muris roſtellum auriculaſq; ſummas roſeo panno: ipſumq; dimittũt. Lacer-
tæ viridis dextrũ oculũ effoſſũ mox cũ capite ſuo deciſo in pellicula caprina. Scarabeus qui pilulas
voluit. Propter hũc ægypti magna pars ſcarabeos inter numina colit curioſa. Appiõis ĩterpretatiõe
qua colligit ſolis operũ ſimilitudinẽ huic aiali eſſe ad excuſandos gentis ſuæ ritus. Sed & allium ad
alligant magi cui ſũt cornicula reflexa ſiniſtra manu collectũ. Tertiũ qui vocat̃ fullo albis guttis diſſe
ctũ vtriq; lacerto adalligant. Cçtera ſiniſtro. Cor anguinũ ſiniſtra manu exẽptũ viuentibus. Scorpionis
caudæ quattuor articulos cum aculeo pãno nigro: ita vt nec ſcorpionẽ dimiſſũ: nec eũ qui alligaue-
rit: videat æger triduo. Poſt tertiũ circuitũ id cõdat. Erucã in linteolo ter lino circũdant totidem mo
dis ad ſigulos dicentes quare faciant: qui medebunt̃. Limacẽ in pelliculã vel quattuor limacũ capi-
ta præciſa harundine. Multipedẽ lana ĩuolutã. Vermiculos ex quibus tabani fiunt: ante q̃ pẽnas get
minent. Alios e ſpinoſis frutetis lanuginoſos. Quidẽ ex illis quaternos incluſos iuglandis nucis puta
mine adalligant. Cochleaſq; q̃ nude inueniunt̃. Stellionẽ incluſũ capſulis ſubĳciunt capiti: & ſub de
ceſſu febris emittunt. Deuorari autẽ iubent cor mergi marini ſine ferro exẽptum: inueteratũq; conte
ri: & in calida aqua bibi. Corda hirũdinũ cũ melle. Aliĳ fimũ drachma vna: ĩ lactis caprini: vel ouilli:
vel paſſo cyathis tribus ante acceſſiones. Sũt qui totas cenſeãt deuorãdas. Aſpitis cutẽ põdere ſexta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0468-5
DFG

parte denarij cum pipere pari mō parthoꝝ gentes in remedium quartanæ bibunt. Chryſippus philo
ſophus tradidit phyrganion adalligatū remedio eſſe quartanis. Q̄d eſſet aīal: nec ille deſcripſit: nec
nos inuenimꝰ q̄ nouiſſet. Demonſtrandū tn̄ fuit a tā graui auctore dictū: ſi cuiuſq̄ cura efficacior eēt
ad inquirendū. Cornicis carnes eſſe: & niduꝫ illinire in lōgiſſimis morbis vtiliſſimū putāt. Et in tertia
nis fiat ptās experiendi qm̄ miſeria & copia ſpei da tecto: anne aranei queꝫ lycū vocāt tela ipſo ſpecu
toto reſina ceraq; īpoſita vtriſq; tp̄ibus & frōti ꝓſit. Aut ipſe calamo adalligatꝰ qualiter & alijs febri-
bus prodeſſe tradit̄. Item lacerta viridis adalligata viua in eo vaſe quo cibū capiat. Quo genere & re
ciduas frequenter abigi affirmant. Hydropicis oeſipum ex vino addita mirrha modice potui dat̄ nu
cis auellanæ magnitudine. Aliqui addunt & anſerinū adipē & oleū myrteū. Sordes ab vberibus ouiū
eundē effectū habent. Itē carnes inueteratę herinacei ſūptæ. Vomitus quoq; canū illitus ventri aquā
trahere promittitur. ℂ Ad ignē ſacrū ad carbūculos: ābuſta neruorūq; cōtractiones. CA.XII.

IGni ſacro medet̄ oeſipum cuꝫ pōpolige & roſaceo. Ricini ſanguis. Vermes terreni ex aceto
illiti. Gryllus contritus in manibus. Quo genere p̄ſtat: vt qui id fecerit anteq̄ incipiat vitiuꝫ:
toto eo anno careat. Oportet autē eum ferro cū terra cauernæ ſuæ tolli. Adeps anſeris. Vi-
peræ caput aridum aſſeruatū & cōbuſtū. dein ex aceto impoſitū. Senectus ſerpentiū ex aqua illita a
balneo cum bitumine & ſeuo agnino. Carbunculus fimo colūbino delet̄ per ſe illito: vel cū lini ſemi-
ne ex aceto mulſo. Item apibus quæ in melle ſunt īmortue īpoſitis. Polētaq; īpoſita inſperſa. Si in vrē
dis ſit: cæteriſq; ibi vlceribus occurit e melle oeſipū cuꝫ plūbi ſquāmis. Itē fimū pecudum incipienti
bus carbunculus. Tubera & quæcunq; emolliri opus ſit efficaciſſimæ anſerino adipe curantur. Ideꝫ
p̄ſtat & gruuꝫ adeps. Furdunculis mederi dicit̄ araneus ſi prius q̄ nominet̄ ſit impoſitꝰ & tertia die
ſolutus. Mus araneus pendens necatus ſit vt terrā ne poſtea attingat: ter circundatus furunculo toti-
ens expuentibus medente & cui medebit̄. Ex gallinaceo fimo quod eſt ruffum maxīe recēs illitū ex
aceto vētriculus ciconie decoctus. Muſce impari numero īfricatæ digyto medico. Sordes & pecudū
auriculis. Seuum ouiū vetus cum cinere e capillis mulierū. Seuū arietis cū cinere punici & ſalis pari-
pondere. Ambuſtis capitum canis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum ouiū cuꝫ cęra cō vel pūícis
mixtum. Murium cinis & cochlearuꝫ. Eoq; ſic vt ne cicatrix quidē appareat. Item adeps viperinus
Fimi columbini cinis ex oleo illitus cyprino. Neruorum nodis medet̄ capitis viperini cinis ex oleo
cyprino illitus. Terreni vermis cinis cū melle ilitus etiā dolores tollit. Item amphiſbena mortua ad
alligata. Adeps vulturinus cuꝫ ventre arefactus cōtrituſq; cū adipe ſuillo iueterato. Cinis e capite bu-
bonis in mulſo potus cum lilij radice: ſed magis credimus. In contractione neruorū caro palūbina ī
cibis prodeſt: & inueterata. Herinacei ſpaſticis. Item muſtellæ cinis. Serpentiuꝫ ſenectus ī pelle tau
rina adalligata ſpaſmos fieri prohibet. Opiſthothonicis milui iecur aridum tribus obolis in aquæ mul vel redi-
ſæ cyathis tribus potum. Reduuias & quę in digytis naſcunt̄ pterygia tollunt canini capitis cinis aut uina
vulua decocta in oleo ſup illito butyro ouillo cum melle. Iteꝫ folliculus cuiuſlibet animalis fellis. Vn
guium ſcabricam cantharides cum pice tertio die ſoluſtę aut locuſtę frictæ cū ſeuo hircino. Pecudū
ſeuum. Aliqui miſcent viſcū & porculacā: vel ęris florem. Ita vt tertio die ſoluant.

ℂ Ad ſāguinē ſiſtēdū: & tumores vulnerū: vlcera: vulnera: & alia mala ex aīalibꝰ remedia. CA.XIII

SAnguinē ſiſtit e naribus ſeuū ex omēto pecudū illitū. Itē coagulū ex aqua maxime agninū
ſubditū vel infuſū etiā ſi alia nō proſint. Adeps āſerinus cū butyro pari pōdere paſtillis īge
ſtus. Cinis cochleaꝝ terrenaꝝ. Sed & ipſæ extractę teſtis. E naribus fluentē ſāguinē ſiſtunt
cochleæ contritę fronti illitæ. Aranei telę ſuppoſitę. Gallinacei cerebelluꝫ: vel ſāguis profluuia a ce
rebro. Iteꝫ colūbinus ſanguis ob id ſeruatus cōcretuſq;. Si vero ex vulnere imodice fluat fimi caballī
ni cum putaminibus ouoꝝ cremati cinis impoſitus mire ſiſtit. E vulneribus medent̄ oeſipum cum
hordei cinere & erugine æquis partibus. Ad carcinomata ac ſerpentina quoq; valet. Erodit & vlce
rum margines. Canes quæ excreſcūt ad æqualitatē redigit. Explet quoq;: & ad cicatricem perducit.
Magna vis & in cinere pecuduꝫ fimi ad carcinomata addito nitro: aut cinere ex oſſibus fœminarum
agninoruꝫ: maxime in ijs vlceribus quæ cicatricē nō trahūt. Magna & pulmonibus p̄cipue arietum
Excreſcentes carnes in vlceribus ad æqualitatē efficaciſſime reducunt. Fimo quoq; ipſo ouiuꝫ ſubtē
ſta calefacto & ſubacto tumor vulneꝝ ſedat̄. Fiſtulæ purgantur ſananturq;. Item epinyctides. Sum
ma vero vis in canini capitis cinere. Excreſcentia oīa ſpodij vice erodit ac perſanat. Item murino fi-
mo erodunt̄. Iteq; muſtellæ fimi cinere. Duritias etiam in alto vlceruꝫ & carcinomata pſequit̄ multī
peda trita admixta reſina terebinthina & ſinopide. Eademq; vtiliſſima ſūt in ijs vlceribus quæ vermī ☞
bus periclitant̄. Quin & vermium ipſorum genera mirandos vſus habet. Coſſes qui in ligno naſcun Ad ner-
tur ſanant vlcera omnia. Nomas vero combuſti cum pari pondere aniſi & ex oleo illiti. Vulnerare- uos ſaldā-
centia conglutinant terreni. adeo vt neruos quoq; abſciſſos illitis ſolidari infra ſeptimum diē. Demo- dos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0469-3
DFG

critus perſuaſerit. Itaq; in melle ſeruandos cēſet. Cinis eorum margines vlcerum duriores abſumit
Vel ſym= cum pice liquida vel ſymblio melle. Quidam arefactis in ſole ad vulnera ex aceto vtunť: nec ſoluunt
bolo & niſi biduo intermiſſo. Eadem ratio & terrenarum cochlearum eſt: quæ tuſæ & impoſitæ recentia
mellæ. vulnera conglutinant: & nomas ſiſtunt quæ non adhærent. Hærpes quoq; animal a græcis vocatur:
Herpes. quo præcipue ſanantur quęcumq; ſerpunt. Cochleæ quoq; proſunt cum teſtis ſuis tuſæ cu₃ myrrha
quidem & thure etiam præciſos neruos ſanare dicuntur. Draconu₃ quoq; adeps ſiccatus in ſole ma
Anto. gnopere prodeſt. Item gallinacei cerebrum recentibus plagis ſale viperino in cibo ſumptu₃. Tradūt
muſa me & vlcera tractabiliora fieri: & ſanari celerius. Antonius muſa medicus cum incidiſſet inſanabilia vl
dic⁹. vel cera: viperas edendas dabat: miraq; celeritate perſanabat. Tryxalidum cinis margines vlcerum du=
vlcera. ros aufert cum melle. Item fimus columbinus cum arſenico & melle: ea quæ erodenda ſunt. Bu=
bonis cerebro cum adipe anſerino mire vulnera dicuntur glutinari: quæ vocantur cacoethe. Cinis
etiam fœminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus lintheolis ſanat. Vlula quoq; auis
cocta in oleo cui liquato miſcet butyrum ouillum & mel: ad vlcera ſananda valet. Vlcerum labra
duriora apes in melle emortuę emolliunt. Et elephantiaſin ſanguis et cinis muſtellæ. Verberum
vulnera atq; vibices pellibus ouium recentibus impoſitis obliterantur. Articulorum fracturis cinis
fœminum pecudis peculiariter medetur. Efficacius cum cæra. Idem medicamentum fit ex maxillis
ſimul vſtis: cornuq; ceruino & cæra mollita roſaceo. Oſſibus fractis caninum cerebrum linteolo illi=
to ſuperpoſitis lanis: quæ ſubinde ſubfundētur fere quattuordecim diebus ſolidat. Nec tardius cinis
ſilueſtris muris cum melle: aut cum vermium terrenorum cinere. Qui etiam oſſa extrahit. Cicatri=
ces ad colorem reducit pecudum pulmo præcipue ex ariete ſeuum ex nitro. Lacertæ viridis cinis.
Vernatio anguium ex vino decocta. Fimum columbinum ex melle. Item vitiligines albas ex vino.
Ad vitiliginem & cantharides cum rutæ foliorum duabus partibus in ſole donec formicet cutis: to=
lerandæ ſunt. Poſtea fouere oleoq; perungere neceſſarium: iterumq; illinire: idq; diebus pluribus fa
cere cauentes exulcerationem multam. Ad eaſdem vtiligines & muſcas illini iubent cum radice lap
patoru₃. Gallinarum fimum candidum ſeruatum in oleo vetere cornea pyxide. Veſpertilionum ſan
guinem. Fel herinacei ex aqua. Ad ſcabiem vero bubonis cerebro cum afronitro. Sed ante omnia
ſanguis caninus. Sedant pruritu₃ cochleæ minutæ latę contritę illitę. Harundines & tela quæq; alia
extrahenda ſunt corpori: euocat mus diſſectus impoſitus. Præcipue vero lacerta diſſecta: & vel ca=
put eius tantum contuſum cum ſale impoſitum. Cochleæ ex iis quæ grægatim folia ſectantur con=
tuſæ impoſitæq; teſtis: & eæ quæ manduntur exemptæ teſtis. Sed cu₃ leporis coagulo efficaciſſime.
Oſſa anguium eundem cum coagulo cuiuſcunq; quadrupedis intra tertium diem approbāt effectū.

¶ Ad muliebria mala medenda: & conceptus maturandos. CA. XIIII.

Mugalli LAudantur & cantharides tritę cum farina hordeacea. Muliebribus malis mēbranæ a par
eſis teſti= tu ouium proficiunt ſicut in capris rettulimus. Fimum quoq; pecudum eoſdē vſus habet
bus ma Locuſtarum ſuffitu ſtrangurię maxime mulierū iuuatur. Gallinaceorum teſtes ſubinde
res cōci= ſi a conceptu edat mulier: mares in vtero fieri dicuntur. Partus conceptos hiſtricum cinis potus con
pit. tinet. Maturat caminum lac epotu₃. Euocat membrana e canum ſecundis: ſi terram non attigerit.
Lumbos parturientium potus lactis. Fimu₃ murinū aqua pluuia dilutum mammas mulie℞ a partu
tumeſcentes reficit. Cinis herinaceorum cu₃ oleo perunctaꝝ cuſtodit partus contra abortus. Facili
us enituntur quæ fimū anſerinu₃ cū aquæ cyathis duobus ſorbuere. Aut ex vtriculo muſtellino per ge
nitale efflantes aquas. Vermes terreni illiti in ceruices & ſcabulas: ne nerui doleant: pręſtant. Graui=
dis ſecundas pellunt in paſſo poti. Item per ſeſe impoſiti: mammarum ſuppurationes concoquūt &
aperiunt extrahuntq;: & ad cicatricem ꝑducunt. Lac deuocant poti cum mulſo. Inueniunť & in gra
mine vermiculi q adalligati collo continent partu₃. Detrahunť autem ſub partu: alias eniti non pati=
untur. Cauendu₃ etiam ne in terra ponanť. Cōceptus quoq; cā dantur in potu quini aut ſeptent. Co=
chleæ in cibo ſumptæ accelerant partu₃. Itē cōceptum impoſitæ cum croco. Eædem ex amylo & tra
gacantho illitæ ꝓfluuia ſiſtunt. Proſunt & purgationibus ſumptæ in cibo: & vuluam auerſam corri=
gunt cū medulla ceruina: ita vt vini cochleæ denarij pondus addatur & cypri. Inflationes quoq; vul
uarum diſcutiunt exemptę teſtis: tritęq; cum roſaceo. Ad hoc aſtypaleicę maxime eligunť. Alio mō
africanę binę cum phœnogręco quod tribus digytis capiať additis mellis cochlearibus quattuor. Il=
linuntur aluo prius irino ſucco perunctę. Sunt & minutę longęq; candidę cochleę paſſim oberran=
tes. Eę arefactę ſole in tegulis: tuſęq; in farina miſcenť lomento ęquis portionibus. Candoremq; le=
uorem corpori afferunt. Scabendi deſideria tollunt minutæ & latæ cum polenta. Viperam mulier
pregnans ſi tranſcenderit: abortum faciet. Item amphiſbenam mortuam dumtaxat: Nam viuam
habentes in pyxide impune tranſeunt etiam ſi mortua ſit. Adq; aduerſata partus faciles pręſtat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0470-5 DFG

vel mortua. Mirum ſi non ad ſeruatẽ tranſcenderit: grauida innoxiam fieri: ſi protinus traſcendat ad
ſeruatam. Anguis inueterati ſuffitus menſtrua adiuuãt. Anguium ſenectus adalligata lũbis faciliores
partus facit: protinus a puerperio remouenda. Dant & ĩ vino bibendũ cũ thure. Aliter ſũpta abortũ
facit. Baculus quo angui rana excuſſa ſit: parturientes adiuuat. Tryxalidũ cinis illitus cũ melle pur
gationes. Item araneus qui filum ducit ex alto: capi debet manu caua tritusq; admoueri. Quod ſi re-
deuntem prehenderit: inhibebit idẽ purgationes. Lapis aetites in aquilæ repertus nido cuſtodit par — aetites lapis part9 ſeruans
tus contra oẽs abortuũ inſidias. Penna vulturina ſubiecta pedibus adiuuat parturientes. Ouũ corui
grauidis cauendum conſtat: quoniam tranſgreſſus abortus aſperos facit. Fimũ accipitris in mulſo
potum videtur fœcundas facere. Vuluarum duritias & collectiones adeps anſerinus aut cygni emol-
lit. Mammas a partu cuſtodit adeps anſeris cum roſaceo & araneo. Phryges & lycaones mãmis puer — Per.ouo. mãmæ ſẽ p ſtant.
perio vexatis inuenere otidum adipẽ vtilẽ eſſe & iis quę vulua ſtrangulentur: & blattas illinunt. Ouo
rum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & cęræ ſtantes mammas ſeruat. Putãt & ter circũda-
tam ouo perdicis non ĩclinari. Et ſi ſorbeant eadem: fœcunditatem facere: lactis quoq; copiã. Cũ an
ſerino adipe perunctis mãmis dolores minuere. Molas vteri rumpere. Scabiem vuluarum ſedare ſi
cum cimice trito illinantur. Veſpertilionum ſanguis pſilothri vim habet: ſed malis puerorũ illitus nõ
ſatis proficit niſi erucæ vel ſicutę ſemen poſtea inducat. Sic enim aut in totum tollunt pili: aut non ex
cedunt lanuginem. Idẽ & cerebro eorũ profici putant. Eſt autem duplex: rubens vtiq; & candidum.
Aliqui ſanguinem & iecur eius ammiſcent. Quidam in tribus heminis olei diſcoquunt viperã exem
ptis oſſib9 & pſilothri vice vtuntur: euulſis prius pilis: quos renaſci nolũt. Fel herinacei pſilothrũ eſt
vtiq; mixto cerebro veſpertilionis & lacte caprino. Itẽ per ſe cinis cum lacte. Canis primi partus euul-
ſis pilis quos renaſci nolunt: vel nondum natis perunctis partibus. Alii non ſurgunt. Idem euenire
traditur ſanguine ricini euulſi canis. Item hirundino ſanguine vel felle.

Promiſcuæ medicinæ. CA.XV.

QVis formicarum ſupercilia denigrari cum muſcis tritis tradũt. Si vero oculi nigri naſcentiũ — qd.ne capilli caneſcant.
placeant: ſoricẽ prægnanti edendũ. Capilli ne caneſcant: vermiũ terrenorũ cinere pręſta
ri admixto oleo infantibus qui lacte cõcreto veſcant præſidiũ eſt anguiũ coagulũ ex aqua
potũ. Aut ſi vitiũ coagulato lacte acciderit: diſcutitur coagulato ex aceto dato. Addẽtitio
nem cerebrum pecoris vtiliſſimum eſt. Oſſibus in canino fimo inuentis adustio infantium quæ vocat
ſiriaſis adaligatis emendatur. Ramices infantium lacerte virides admotę dormientibus morſu emẽ
dantur. Poſtea harundini adalligatę ſuſpendunt in fumo. Tradũtq; pariter cũ ea expirante ſanari in
fantem. Cochlearum ſaliua illita infantium: oculis palpebras corrigit gignitq;. Ramicoſis cochlearũ
cinis cum thure ex oui albi ſucco illitus per dies.xxx. medet. Inueniunt in corniculis cochlearum ha
renaceæ puritiæ. Eæ denſionẽ facilẽ præſtant adalligatæ. Cochlearũ inaniũ cinis admixtus cæræ
procidentium interaneorũ partes extremas prohibet. Oportet autem cineri miſceri ſaniem punctis
emiſſam e cerebro viperę. Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat. Ad idem valẽt
& grandiſſimi dentes ſerpentium. Fimũ corui lana adalligatum infantiũ tuſſi medet. Vix eſt ſerio cõ
plecti quædam non omittenda tamen: quia ſunt ꝓdita. Ramici infantium lacerta medici iubẽt. Ma-
rem hanc præhẽdi. Id intelligi & quod ſub cauda vnam cauernam habeat. Id agendum vt per aurũ — Bo uis capitis lapis.
aut argentum aut oſtrum mordeat vitium. Tum in calice nouo illigat: & in fimo ponitur. Vrina infan
tium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabeorũ cornua grandia denticulata adalligata in iis
amuleti naturam optinent. Bouis capiti lapillum tradunt ineſſe: quem ab eo expui ſi necem timeat
inopinatis præcioſo capite exemptum adalligatũq; mire prodeſſe dentitioni. Itẽ cerebrum eiuſdẽ ad
eundem vſum adalligari iubent. Et limacis lapillum ſiue oſſiculũ quod inuenitur in dorſo. Magnifice
iuuat & ouis cerebrum gingiuis illitũ. Sicut aures adeps anſerinus cũ ocimi ſucco impoſitus. Sũt ver
miculis in ſpinoſis hærbis aſperi lanuginoſi. Hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus: ſi
quid ex cibo hæreat. Sõnos allicuit oeſipũ cũ myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutũ vel cũ
adipe anſerino & vino myrtite. Auis cuculus leporina pelle adalligatus. Ardeolæ roſtrum ĩ pelle aſi
nina fronti adalligatum. Putãt eiuſdẽ effectus eſſe vino colutũ. E diuerſo ſomnũ arcet veſpertiliõis ca
put aridum adalligatũ. In vrina virili lacerta necata venerã ei9 qui fecerit cohibet. Nã inter amatoria
eſſe magi dicunt. Inhibet & fimum cochleæ: & columbinum cũ oleo & vino potũ. Pulmonis vultur
ni dextrę partes venerã concitant viris adalligate gruis pelle. Itẽ ſi lutea ex ouis quinq; columbarũ admi-
xta adipis ſuilli denarii pondere ex melle ſorbeantur. Paſſeres in cibo vel oua eorum. Galinacei dex-
ter teſtis arietina pelle adalligatus. Ibicum cineris cũ apide anſeris & irino perunctis ſi conceptus ſit. — vel ibiũ.
partus continere. Contra inhibere venerem pugnatoris galli teſticulis anſerino adipe illitis adalli-
gatiſq; pelle arietina tradunt. Item cuiuſcunq; galli gallinacei ſi cum ſanguine gallinacei lecto ſubi-

iciantur. Cogunt concipere inuitas ſetæ ex cauda mulæ ſi inunctis inter ſe colligentur in coitu. Qui in vrinam canis ſuam inieſſerit: dicitur ad venerem pigrior fieri. Mirum & de ſtellionis cinere (ſi verum eſt) in linamento inuolutum in ſiniſtra manu venerem ſtimulare. Si transferatus in dextram inhibere. Item veſpertilionis ſanguinem collectum flocco ſuppoſitumq; capiti mulierum libidinez mouere: aut anſeris linguam in cibo vel potione ſumptam. Phthyreaſin vero mactato corpore pota. Et membrana ſenectutis anguium triduo inhibet. Ac ſerũ exempto caſeo potum cum exiguo ſale. Caſeos ſi cerebrum muſtellæ coagulo addatur: negant corrumpi vetuſtate: aut a muribus attingi.

Nota de vrina hominis cũ vri. canis mixta.

Eiuſdemq; muſtellæ cinis ſi detur in offa gallinaceis pullis & columbinis tutos eſſe a. muſtellis. Iumentorum vrinæ tormina veſpertilione adalligato finiuntur. Vermicatio ter circumlato verendis palumbo (mirum dictu) palũbis emiſſus moritur. iumentumq; liberaẽ confeſtĩ. Ebrioſis oua noctuę per triduum data in vino: tedium eius adducũt. Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulmo preſũptus Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus & in vino quod bibatur inſperſus: ſecuros præſtabit a temulentia. Inuenit hoc. Horus aſſyreorum Rex. Præter hæc ſunt notabilia animalium ad hoc volumen pertinẽtium. Gromphrenam auem in ſardinia narrant grui ſimilem ignotam iam etiam ſardis: vt exiſtimo. In eadem prouincia eſt ophion ceruis tantum pilo ſimilis. nec alibi naſcens. Iidem auctores nominauere ſirulugũ. Quod nec quale eſſet animal. nec vbi naſceretur tradiderunt. Fuiſſe qdem non dubito: cum & medicine ex eo ſint demonſtratæ. M. Cicero tradit animalia bituros vocari: qui vites in campania rodant.

pecu. pulmo ebri. arcens.

Ophion.

De miraculis quarumdam beſtiarum. CA. XVI.

Mirũ de cane.

Reliqua mirabilia ex iis quoq; dicemus. Non latrari a cane membranam ex ſecundis canis habentem: aut leporis fimum vel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius q̃ vno die viuere. Eoſq; qui arbitrarij pici roſtrum habeant: & mella eximant ab apibus non attingi. Porcos ſequi eos a quibus cerebrum corui acceperint in offa. Puluerem in quo ſe mula volutauerit corpori inſperſum mitigare ardores amoris. Sorices fugari. ſi vnus caſtratus emittatur. Anguina pelle & ſale & farre cum cerpillo contritis vno die: deiectiſq; cum vino in fauces boum vua matureſcente: toto anno eos valere. Vel ſi hirundinum pulli tres tribus offis dentur. Puluere e veſtigio anguium collecto: ſparſas apes in alueare reuerti. Arietis dextro teſte præligato oues tantum gigni non lateſcere in vllo labore qui neruos ex alis et cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare cum vinum biberint. Vngulas tantum mularum repertas. neq; aliam vllam materiaz que non perroderetur a veneno ſtygis aquæ: cum id dandum. Alexandro magno Antipater mineret memoria dignum eſt: magna. Ariſtotelis infamia excogitatum. Nec ad aquatilia reuertemur.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LI. XXXI. PROHEMIVM

Medicinæ ex aquatilibus. Aquarum mirabilia. CA. I.

aq̃ elemẽtũ cæteris ĩperans.

AQVATILIVM SEQVITVR IN MEDICINA BENEFICIA OPIFICE natura ne in illis quidam ceſſante per vndas fluctuſq; ac reciprocos: æſtus animumq; rapidos curſus improbas exerente vires. nuſq̃ potentia maiore: ſi verum fateri volumus. Quippe hoc elementum cæteris omnibus imperat. Terras deuorant aquæ Flammas necant. Scandunt in ſublime: & cælum quoq; ſibi vendicant Ac nubium obtẽtu vitalem ſpiritum ſtrangulant. Quæ cauſa fulmina edidit: ipſo ſecum diſcordante mundo. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cælo ſtantibus? Ad illæ ceu parum ſit in tãtum peruenire altitudinem rapiunt eo ſecum piſcium examina. Sæpe etiam lapides ſubeunt portantes aliena pondera. Eadem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt: prorſus mirabili natura. Siquis velit reputare vt fruges gignantur arbores fruticeſq; viuant in cælum migrare aquas animamq; etiam hærbis vitalem inde deferre victa confeſſione. Omnis quoq; terræ vices aquarum eſſe beneficij. Quapropter ante omnia ipſarum potentiæ exẽpla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

De differentia aquarum medicinis: & obſeruationibus. cc. lxvi. CA. II.

Emicant benigne paſſimq; in plurimis terris alibi frigidæ: alibi: calidæ: alibi inũctæ: ſicut in tarbellis aquitanica gente. Exin in pyreneis mõtibus tenui interuallo diſcernente. Alibi tepidæ gelidæ quę auxilia morborum conferentes. Et e cunctis animalium hominũ tantum cauſa erumpentes. Augent numerũ deorũ nominibus varijs vrbeſq; condunt: ſicut puteolos in campania ſtatielas in liguria: ſeſtias in narbonenſi prouincia. Nuſquã tamen largius q̃ in baiano ſinu: nec pluribus auxiliandi generibus: aliæ ſulphuris: aliæ aluminis: aliæ ſalis: aliæ nitri: aliæ bituminis: non nulla etiã acida ſalſaue mixtura. Vapore quoq; ipſo aliquæ proſunt. Tantaq; eſt vis vt balneas calefaciãt: ac frigidã etiã in ſolis feruore cogãt: q̃ in baiano poſſideanæ vocaẽ nomine accepto a Claudij. Cæſaris liberto. Obſonia quoque percoquunt. Vaporant & in mari ipſo quę Licinij Craſſi fuere. Me-

Plures vrbes ab aquis di- ctæ baijs aquarum mira diuerſitas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0472-6
DFG

dioſq; inter fluctus exiſtit aliquid valitudini ſalutare. Iam generatim neruis proſunt pedibuſue aut coxendicibus: aliæ luxatis fractiſue. Inaniunt aluos. Sanant vlcera. Capiti auribuſq; priuatim medentur. Oculis vero ciceronianæ. Digna memoratu villa eſt ab auerno lacu puteolos tendentibus impoſita littori: celebrata porticu ac nemore. Quam & vocabat. M. Cicero academiam ab exemplo athenarum: ibi compoſitis voluminibus eiſdez nominibus. In qua & monumentū ſibi inſtaurauerat. Ceu vero non & in toto terrarum orbe feciſſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitum ipſius. Antiſto vetere poſſidente eruperunt fontes calidi perq̄ ſalubres oculis celebrati carmine. Laureæ. Tulli qui fuit e liberis eius. Vt protinus naſcatur etiam miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate. Ponam enim ipſum carmen dignum vbiq; & non ibi tantum legi.

Academia a ci. dicta.

Quod tua Romanæ vindex clariſſime linguæ.
Salua loco melius ſurgere iuſſa viret.
Atq; academiæ cælebratam nomine villam
Nunc reparat cultu ſub potioro vetus.
Hinc etiam apparent lymphæ non ante repertę.
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori.
Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem:
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

In eadem campaniæ regione ſinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum & virorum inſaniem abolere produntur. In enaria inſula calculoſis mederi. Et quæ vocatur accidula ab teano ſidicino quattuor milibus paſſuum frigida. Item in ſtabiano quæ dimidia vocatur: & in venafrano: ex fonte acidulo. Item contingit in velino lacu potantibus. Item in ſyrie fonte iuxta taurum montem. Auctor eſt. M. Varro. Et in phrygiæ gallo flumine. Gallimachus. Sed ibi in potando neceſſarius modus: ne lymphatos agat. Quod in æthiopia accidere iis qui e fonte rubro biberint. Cteſias ſcribit. iuxta romam albulæ aquæ vulneribus medentur. Prægelidæ eæ. Sed ſubcutile in ſabinis gelidiſſimæ ſuctu quodam corpora inuadunt vt prope morſus videri: poſſit. Aptiſſimæ ſtomacho: neruis: vniuerſo corpori.

Sinueſſanęa quę vis mira

Theſpieorum fons conceptus mulieribus repræſentat. Item in arcadia flumen elatum. Cuſtodit autem partum linus fons in eadem arcadia abortus fieri non patitur. E diuerſo in pyrraha flumen quod aphrodiſium vocatur: ſteriles facit. Lacus. Amphion vtiligines tollit. Varro auctor eſt. Titium quemdam prætura functum marmorei ſigni faciem habuiſſe propter id vitium. Cidnus ciliciæ amnis podagricis medetur: ſicut apparet in epiſtola. Caſſii Parmenſis ad. M. Antonium. Contra aquarum culpa in troezene omnium pedes vitia ſentiunt. Tungri ciuitas galliæ fontem habet inſignem plurimis bullis ſtillantem: ferruginei ſaporis quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora. Tertianas febres diſcutit: calculorumq; vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit. Ad poſterum rubeſcit. Leucogei fontes inter puteolos & neapolim oculis & vulneribus medentur. Cicero in admirandis poſuit reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari. Eudicus in heſtiæa euthice fontes duos tradit eſſe: ceromen: ex quo bibentes oues nigras fieri mellem ex quo albas: ex vtroq; autem varias. Theophraſtus in thuriis crathin candorem facere: ſybarim nigriciam bobus ac pecoribus. Quin & homines ſentire differentiam eam. Nam qui ſybarim bibant: nigriores eſſe: durioreſq; & criſpo capillo. Qui ex cratide candidos: mollioreſq; ac porrecta coma. Item in macedonia quæ velint ſibi candida naſci ad haliacmon ducere. Quæ nigra aut fuſca ad axium. Idem omnia fuſca quibuſdam in locis tradit naſci: & fruges quoq;: ſicut in meſſapiis. Aut in luſis arcadiæ quodam fonte mures terreſtres bibere & conuerſari. Erythris aloes amnis pilos gignit in corporibus. In boetia ad trophonium deum iuxta flumen orchomenon duo ſunt fontes: quorum alter memoriam: alter obliuionem affert inde nominibus inuentis. In cicilia apud oppidum iuſgum riuus fluit vnus ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus fieri. Varro tradit. In cea inſula fontem eſſe qui hæbetes fecit Zamæ in africa ex quo canoras voces. Vinum tedio venire iis qui ex clitorio lacu biberint. At. Eudoxus & Theoponpus inebriari fontibus iis quos diximus aſſerunt. Mutianus andrie fonte. Liberi patris ſtatis diebus ſeptenis eiuſdem dei vinuz fluere. Si auferatur e conſpectu templi ſapore in aquam tranſeunte. Polyclytus explere olei vicem iuxta ſolos cicilie fontem. Theophraſtus hoc idem fieri in æthiopia eiuſdem virtutis fonte Lycos in indię terris fontem eſſe: cuius aqua lucernę ardeant. Idem ecbathanis tradit. Theopompus in ſcotuſſis lacum eſſe dicit: qui vulneribus medetur. Iuba in troglodytis lacum inſanum malefica vi appellatum: ter die fieri amarum ſalſumquę: ac deinde dulcem: totienſq; etiam noctu ſcatentem albis ſerpentibus vicenum cubitorum. Idem in arabia quoq; fontem exilire tanta vi vt nullum non pon

De variis aquarum virib⁹ vel theſpias

Vel ma dus impactum reſpuat. Theophraſtus marſyę fontem in phrigia ad celenarum oppidum ſaxa egerere
guncia ci Non procul ab eo duo ſunt fontes clæon & gelon: ab effectu græcorum nominuꝫ dicti Cyzice fons. Cu-
pidinis vocatur: ex quo potantes amorem deponere. Mutianus credit. Grannone eſt fons calidus circa
ſummum feruorem qui in vinum additus triduo caloreꝫ potionis cuſtodit in vaſis. Sunt & magũtiaci in
germania fontes calidi trans rhenum: quoruꝫ hauſtus triduo feruet. Circa margines vero punicem fa-
ciunt aquæ. Quod ſi quis fide carere ex iſs aliqua arbitratur: diſcat in nulla parte naturæ maiore eſſe mi-
hinc auer racula: quanq̃ inter initia operis abunde multa rettulimus. Cteſias tradit ſilien vocari iſtagnum in indis
nᵘ q. ſine in quo nihil inatet: ſed omnia mergantur. Celius apud nos in auerno ait etiam folia ſubſidere. Varro a-
auibᵘ no- ues quæ euolauerint emori. Contra in africæ lacu apuſcidamo omnia fluitat: nihil immergitur. Item in
mẽ ſortitᵘ ſicilię fonte pinthia. Aut appion tradit. Et in medorum lacu puteoq; Saturni Neptuni fons linire tran-
eſt. ſire ſolet in loca vicina portendens aliquid. Mirum quoq; eſt ꝙ cum piſcibus tranſit. Reſponſa ab iſs pe-
tunt incole cibo: quem rapiunt annuentes. Si vero euentum negent: caudis abigunt. Amnis olachas in
bithynia Brietuꝫ alluit: hoc eſt & templo & deo nomen: cuius gurgite periuri notantur parthi velut flã-
ma vrentem. In cantabria fontes tamarici in angurio habentur. Tres ſunt octenis pedibus diſtantes.
In vnum alueum cocunt vaſto amne. Singulis ſiccantur duodecies diebus: aliquando vities citra ſuſpi-
tionem vllam aquæ cum ſit illis vicinus fons ſine intermiſſione largus. Dierum quæ eſt non profluere
eos aſpicere volentibus. ſicut proxime. Larcio Licinio legato poſt præturam poſt ſeptem dies accidit.
In iudæa riuus ſabbatis omnibus ſiccatur. E diuerſo miracula alia dira. Cteſias in armenia ſcribit eſſe
fontem: ex quo nigros pices ilico mortem afferre in cibis. Quod & citra danubiꝭ exortum audiui: do-
Aqua ſtix nec veniatur ad fontem alueo appoſitum: vbi finitur id genus piſcium. Ideoq; ibi caput eius annis intel
ligit fama. Hoc idem & in lydia in ſtagno nympharum tradunt. In archadia ad pheneum aqua pro-
fluit e ſaxis ſtyx appellata: quæ illico necat: vt diximus. Sed eſſe piſces paruos in ea tradit. Theophraſtus
lœtales & ipſos: quod non in alio genere mortiferorum fontium. Necare aquas Theopompus & i thre
cia apud cychros dicit. Lycus in leontinis tertio die ſi quiſq̃ biberit. Varro ad ſoracten ſcripſit eſſe fon-
tem: cuius ſit latitudo quattuor pedum: ſole oriente eum exundare feruanti ſimilem: aueſq; quæ guſta
uerint: iuxta mortuas iacere. Nanq; & hæc inſidioſa conditio ꝙ quædam etiam blandiuntur aſpectu:
vt a nonacrin arcadię. Omnino enim nulla deterrent qualiter: ſed hanc putant nimio frigore eſſe noxi-
am vt pote cum profluens ipſa lapideſcat. Aliter circa theſſallica tempe quoniam viſus omnibus terrori
eſt. Traduntq; etiam æs ac ferrum erodi illa aqua. Profluit vt indicauimus breui ſpatio. Mirumq; ſili-
mis; ſi ve qua ſilueſtris amplecti radicibus fontem eum dicitur ſemper florens purpura. Et quędam ſui generis
rum hærba in labris fontis viret. In macedonia non procul ab. Euripidis poetę ſepulchro duo riui conflu-
Fõs terrã unt: alter ſaluberrimi potus: alter mortiferi. In perperenis fons eſt qui quacunq; rigat lapideam facit ter
rigãdo la ram. Item calidæ aquæ in euboea Lebedon namq; alluit riuus: in quo ſaxa in altitudinem creſcunt.
pidẽ red In eurymenis deiectę coronę in fontem lapides fiunt. In colloſſis flumen eſt in quo lateres coniecti la-
dit. pides extrahuntur. In ſcyretico metallo arbores quęcunq; flumine alluuntur ſaxa fiunt cum ramis. Di
ſtillantes quoq; guttę in lapides dureſcunt. In antris corycijs. nam mięꝫe. In macedonia etiam penden
tes in ipſis cameris. At in corintho cum decidere in quibuſdam ſpeluncis vtroq; modo collumnas faci-
unt: vt in pauſia cherſonneſi rhodo in antro magno etiam diſcolori aſpectu. Et hactenus contenti ſimus
exemplis.

Vel pcuſ
ſu

De qualitate aquarum in ſalubritate vel commoditate earum CA. III.

QVęritur inter medicos cuius generis aquę ſint vtiliſſime. Stagnantes pigraſq; merito dam-
nant: vtiliores quę profluunt exiſtimantes. Curſu enim percurſuq; ipſo extenuari atq; profi
De aqua cere. Eoq; miror ciſternarum ab aliquibus maxime probari. Sed iꝭ rationem afferunt quoni-
rũ oratio- am leuiſſima ſit hymbrium aqua: vt quę ſubire potuerit ac pondere in aere. Ideoque & ni-
ne. ues pręferuntur imbribus. niuibibuſq; etiam glacies velut ad infinitum coacta ſubtilitate. Leuiora enim
hęc eſſe & glaciem multo leuiorem aqua. Horum ſententiam refellere intereſt vitę. In primis enim le-
uitas illa depręhendi aliter q̃ ſenſu vix poteſt: nullo pene momento ponderis aquis inter ſe diſtantibus.
Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiſſe eam in cęlum: cum etiam lapides ſubire appareat:
cadenſq; inficiatur halitu terrę. Quo fit vt pluuię aquę ſordium ineſſe plurimum ſentiatur. citiſſimeq;
ideo calefiat aqua pluuia. Niuem quidem glaciemq; ſubtiliſſimum elementi eius videri miror: appoſi-
to grandinũ argumẽto e quibus peſtilentiſſimũ potũ eſſe cõuenit. Nec vero pauci inter ipſos ecõtrario:
ex gelu ac niuibus i ſaluberrimos potus p̃dicãt: qm̃ exactũ ſit inde: quod tenuiſſimũ fuerit. Minui certe
liquorẽ oẽm cõgelatiõe dep̃hẽdiꝭ: & rore nimio ſcabiẽ fieri. Pruina vredinẽ cognatis & viuis cauſis. Plu
uias quidem aquas celerrime putreſcere cõuenit: minimeq; durare in nauigatione. Epigenes aũtaquã

quę ſepties putrefacta purgata ſit perhibet amplius non putreſcere. Nam ciſternas etiaꝫ medici cōfi
tentur inutiles aluo duricias facientes: faucibuſq; etiam limi nō alijs ineſſe plus: aut animalium quæ
faciunt tedium couſitendum habēt. Nec ſtatim amnium vtiliſſimas eſſe: ſicuti nec torrentium vllius:
lacuſq; plurimos ſalubres maxime. Quædam igitur & huius generis aptiſſimæ aliæ alibi. Parthoruꝫ
reges ex coaſpe/ & euleo tantum bibūt. Eę q̄uis in longinqua comitantur illos. Et horum placere po
tum nō quia ſint amnos apparet: quoniam nec e tigri/ nec euphrate/ nec e multis alijs bibunt. Limus
aquaruꝫ vitium eſt: ſi tamen idem amnis anguillis ſcateat ſalubritatis indicium habetur. Sicuti frigo
ris tineas in fonte gigni. Ante omnia damnātur amaræ: & quæ ſcrobam ſtatim implent: quod euenit
troezene. Nam nitroſas/ atq; ſalmacidas/ & fæculentas in deſertis rubrum mare petētes addita polen
ta vtiles intra duas horas faciunt: ipſaq; veſcūtur polenta. Damnantur in primis fontes: qui cœnū fa-
ciunt: quiq; malum colorem bibentibus referūt: & ſi vaſa ære inficiūt: aut ſi legumina tarde ꝑcoquūt
Si liquatę leniter terram relinquūt: decoctęq; craſſis obducunt vaſa cruſtis. Eſt etiamnum vitium nō
fetide modo: verum omnino quicq̄ recipiētis iucundum ſit licet: gratumq;: & vt ſæpe ad vicina lactis
accedens. Aquam ſalubrem aeri q̄ ſimillimaꝫ eſſe oportet. Vnus in toto orbe traditur fons aquę iucū
de olentis in meſopotamia caburæ. Fabulæ rationem afferūt: quoniam eo Iuno perfuſa ſit. De cęte-
ro aquarum ſalubrium ſapor/ odor ue nullus eſſe debet. Quidam ſtatera iudicāt de ſalubritate: fruſtrā
te diligentia: quando perrarum eſt: vt leuior ſit aliqua. Certior ſubtilitas inter pares meliorem eſſe: q̄
calefiat: refrigeretur celerius. Quin exhauſtam vaſis ne manus pendeant: depoſitiſq; in humū tepeſ-
cere affirmāt. Ex quonam ergo genere maxime ꝓbabilis contingit? Puteis nimirū/ vt in oppidis cō-
ſtare video. Sed ijs q̄bus exercitationis ratio crebro hauſtu attingit: & illa tenuitas colāte terra. Salu-
britati hæc ſatis ſunt. Frigori & opacitas neceſſaria. V tq; cœlū videāt ſup oīa obſeruatio vna. Eadem
& ad ꝑennitatem ꝑtinet: vt illa vado exiliat vena nō e lateribus. Nā vt tactu gelida ſit: etiam arte con
tingit. Si etiam expreſſa in altū/ aut e ſublimi deiecta verberatu corripiat aera. Innatādo quidē ſpiri-
tum continētibus frigidior ſentiꝰ. Eadem Neronis principis inuētum eſt decoquere aquā: vitroq; de
miſſam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit ſine vitijs niuis. Omneꝫ vtiq; decoctā vtili
orem eſſe conuenit. Item calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo inuēto. Vitioſæ aquæ remedium
eſt ſi decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iiecta ſiſtitur ſanguis. Aeſtus in balneis arcetur ſi
quis ore teneat. Quæ ſunt hauſtu frigidiſſimę: nō ꝓinde & tactu eſſe alternāte. Hoc bono multi fami-
liari exemplo colligūt. Clariſſima aquarū oīm toto orbe frigoris: ſalubritatiſq; palma præconio vrbis
martia eſt: inter reliqua deū munera vrbi tributa. Vocabaꝰ hęc quōdā aufeia. Fons autē ipſe piconia.
Oritur in vltimis montibus pelignorū. Tranſit marſos/ & fucinum lacum romam non dubie petens.
Mox ſpecu merſa in tyburtina ſe aꝑit nouem milibus paſſuum formicibus inſtructis perducta. Primꝰ
eam in vrbē ducere auſpicatus eſt Ancus Martius vnus e regibus. Poſtea, Q. Martius rex in pretura.
Rurſuſq; reſtituit. M. Agrippa. Idem & virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo duo milia paſ
ſuum p̄neſtina via. Iuxta eſt herculaneus riuus: quem refugiens virginis nomen optinuit. Horū am-
nium comparatione differentia ſupradicta deprębendiꝰ cum quantuꝫ virgo tactu p̄ſtet martia hau-
ſtu. Quāq̄ vtriuſq; iampridem vrbi periſt voluptas ambitione/ auaritiaq; in villas/ ac ſuburbana detor
quentibus publicam ſalutem. Non ab re ſit q̄rendi aquas iunxiſſe rationem. Reperiūtur in cōuallibꝰ
maxime: & quodam cōuexitatis cardine/ aut montium radicibus. Multi ſeptētrionales vbiq; partes
aquoſas exiſtimauere. Qua in re veritatem naturę aperuiſſe conuenit. In hyrcanis montibus a meri-
diano latere nō pluit. Ideo ſiluigeri ab aquilonis tantum parte ſunt. Ad olympus oſſa parnaſus appē
ninus alpes vndiq; veſtiuntur: amnibuſq; perfunduntur. Aliqui ab auſtro ſicut in creta / albi montes.
Nihil ergo in ijs ꝑpetuæ obſeruationibus indicabitur. Aquarum ſunt notę iūcus/ aut arundo/ aut her
ba de qua dictū eſt. Multumq; alicui loco pectore incubās rana. Salix em̄ erratica/ & alnus/ aut vitex/
aut hedera ſponte ꝓueniūt: & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem e ſuꝑioribus defluen
tis augurio fallaci. Certior multo nebuloſa exhalatio eſt ante ortum ſolis longius intuentibus. Q̄d ex
edito q̄dā ſpeculantur proni terra mento attingente. Eſt & peculiaris æſtimatio peritis tantum nota
q̄ feruentiſſimo æſtu ſequunꝰ: dieiq; horis ardentiſſimis: qualis ex quoq; loco repercuſſus ſplendeat.
Nā ſi terra ſitiente humidior eſt ille: indubitata ſpes promittitur. Sed tanta intentione oculorū opꝰ ē:
vt indoleſcat. Quod fugientes ad alia expimenta decurrunt loco in altitudinem pedū quinq; defoſſo
Oſſiſq; e figulino ope crudis: aut peruncta pelui ærea cooperto: lucernaq; ardente cōcamerata fron-
dibus dein terra. Si figulinuꝫ humidum/ ruptūue/ aut in ęre ſudor/ vel lucerna/ ſiue defectu olei reſtin
cta: aut etiam vellus lanæ madidum reperiaꝰ: nō dubie promittunt aquas. Quidam & igne prius ex
colunt locum: tanto efficatiore vaſorū argumento. Tertia vero ipſa ꝓmittit candicantibus maculis:
aut tota glauci coloris. In nigra em̄ ſcaturigines non fere ſunt pennes. Figularis certa ſemper adimit

Solus in toto orbe fons aq̄ olentis cratę vel cabile.

Martia.
Aufeia.
Piconia.

Varia ſigna terrę i repiē-dis aq̄ꝫ ſca-turiginibus vel excoquū.

ſpes. Nec amplius puteũ fodiũt coria terræ obſeruantes: vt a nigra deſcẽdat ordo ſupradictus. Aqua
ſemper dulcis in argilloſa terra. frigidior in toſo. Nanq̧ & hic ꝓbaṫ. Dulces em̃/leueſq̧ facit: & colan
do continet ſordes. Sabuluꝫ exiles/limoſaſq̧ ꝓmittit. Glarea incertas venas: ſed boni ſaporis. Sabulũ
maſculinum/ & harena carbunculoſa certas/ſtabileſq̧/& ſalubres. Rubra ſaxa optimas/ſpeiq̧ certiſſi
mæ. Radices montium ſaxoſę: & ſilex: hoc amplius rigentes. Oportet autem fodiẽtibus humidiores
aſſidue reſpondere glebas/faciliuſq̧ ferramẽta deſcendere. Depreſſis puteis ſulphurata/vel alumioſa
occurrentia putearios necat expimentum huius periculi eſt demiſſa ardẽs lucerna ſi extinguaṫ. Tũc
ſecundum puteum dextra/ac ſiniſtra fodiuntur æſtuaria: quæ grauiorem illum halitum recipiãt. Fit
**Vel tophus.** & ſine his vitijs altitudine ipſa grauior aer: quã emendãt aſſiduo in linteorũ iactatu euentilãdo donec
ad aquam ventum eſt ſine harenato opus ſurgit: ne vene obſtruãtur. Quędam aquæ vere ſtatin inci-
piente frigidiores ſunt aquarũ nõ in altum origo eſt: hybernis em̃ conſtant hymbribus. Quædam ca-
nis ortu ſicut in macedonia apparet. Vtrũq̧ ante oppidũ pellã. Incipiẽte em̃ æſtate frigida ẽ paluſtris
dein maxio æſtu in excelſioribus oppidi riget. Hoc & in chio euenit ſimili ratione port⁹/& oppidi.
Athenis enneacrunos nymboſa æſtate frigidior ẽ: q puteus in Iouis horto. At ille ſiccitatibus riget.

## ¶ Aquarmm ſubito naſcẽtium: aut deſinentium. CA. IIII.

**aquã dulcor in æſtate q̃ in hyeme.**

MAxime aũt putei circa acturũ. Nam ipſa æſtate deficiũt: omneſq̧ quatriduo eo ſubſidunt.
Iã vero multi hyeme tota vt circa olympũ vere primũ aqs redeuntibus. In ſicilia quidẽ cir
cameſſanã/& mylas hyeme in totũ inareſcũt fontes. Aeſtate exudãt: amnẽq̧ faciunt. Apo
loniæ in ponto fons iuxta mare æſtate tm̃ ſupfluit & maxime canis ortu: parcius ſi frigidior ſit æſtas.
Quædam terræ hymbribus ſicciores fiunt: velut in narnienſi agro: quod admirãdis ſuis inſeruit. M.
Cicero: ſiccitate lutum fieri procedẽs: hymbre aũt puluerẽ. Oĩs aqua hyeme dulcior eſt. Aeſtate aũt
minus. Autũno minime. Minuſq̧ p ſiccitates. Neq̧ æqualis amniuꝫ plærũq̧ guſtus eſt. Magna aluei
diffirentia. Quppe tales ſunt aquæ: qualis terra p quã fluunt. Qualeſq̧ hęrbaꝵ quas leuãt ſucci. Ergo
iiſdem amnes parte aliqua repiũtur inſalubres. Mutãt ſaporem & influentes riui: vt boryſthenem vi
ctiq̧ diluũtur. Aliqui vero & hymbre mutãtur. Ter accidit in boſphoro: vt ſalci deciderẽt: necarẽtq̧
frumẽta. Totiens & nili rigua pluuię amara fecere: magna peſtilẽtia ęgypti. Naſcũṫ fontes deciſis ple
**Mirum** rumq̧ ſiluis: quos arborũ alimẽta cõſumebãt. Sicut in hemo obſidẽte gallos. Caſſandro: cũ valli gra-
tia ſiluas cecidiſſent. Plærũq̧ vero dãnoſi torrentes corriuãtur detracta collib⁹ ſilua cõtinere nymbos
ac digerere cõſueta. E coli: moueriq̧ terrã: callũq̧ ſummę cutis ſolui aquarũ itereſt. Prodiṫ certe i cre
ta expugnato oppido: qđ vocabaṫ arcadia: ceſſaſſe fontes: amneſq̧ q in eo ſitu multi erãt. Rurſus cõ
dito poſt ſex annos emerſiſſe: vti quęq̧ cœpiſſent partes coli.

## ¶ Obſeruatio hiſtorica. CA. V.

TErræ quoq̧ motus ꝓfundũt. ſorbentq̧ aquas: ſicut circa phenũ archadiæ quinquies acci-
diſſe conſtat. Sicut & in corico mõte amnis erupit: poſtea q̃ cœpt⁹ eſt colli. Illa mutatio mi
rabilis nulla euidẽte cauſa apparet: ſicut in magneſia calidas factas frigidas alias nõ muta
to ſapore. Et in caria vbi Neptuni tẽplũ eſt amnis q fuerat ante dulcis mutat⁹ in ſalẽ. Eſt &
**Miꝵ de dulce. fõtis in ama. mutatio** illa miraculi plena aretuſã ſyracuſis fimũ redolere p olympia. veriq̧ ſimile: qm̃ alphe⁹ in ea iſula ſub
ima maria pmeet. Rhodiorum fons in cheronneſo nono anno purgamenta egerit. Mutantur & colo
res aquarum: ſicut babyloniæ lacus æſtate rubras habet diebus vndecim. Et boryſthenes æſtatis tẽ-
**mirũ de aqꝵ i colorṫ mutatione.** poribus cæruleus fertur: quã q̃ omnium aquarum tenuiſſimus. Ideoq̧ innatãs hypani. In quo & illud
mirabile. Auſtris flantibus ſuperiorem hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum & aliud eſt: quod
nullum halitum non modo nebulam emittit. Qui volunt diligentes circa hoc videri. dicũt aquas gra
uiores poſt brumam fieri.

## ¶ Ratio aquę ducendę: & quomodo medicatis vtendũ: & quid ꝓſit nauigatio: & medinæ aquæ marinæ. CA. VI.

CAeterũ a fonte duci fictilibus tubis vtiliſſimũ eſt craſſitudine binũ digytorũ cõmiſſuris pi
xidatis ita vt ſupior intret calce viua ex oleo leuigatis. Librametum aquæ in centenos pe-
des ſurſum elici: minimum erit ſi vno cuniculo veniet binos actus: laminæ eſſe debebũt p
quas ſurgere in ſublime opus fuerit e plũbo: ſubit altitudinẽ exort⁹ ſui: vt ſi lõgiore tractu
veniat: ſubeat crebra: deſcẽdatq̧ libramẽta ne peant. Fiſtulas denũ pedũ longitudinis eſſe legittimũ
eſt. Et ſi quinariæ erũt ſexagena põdo pẽdere. Si octonariæ cẽtena. Si danariæ cẽtena vicena. Ac de-
inde ad has portiones. Denaria appellaṫ: cuius laminę latitudo anteq̃ curuetur digytorũ deceꝫ eſt di
midioq̧ eius quinaria. In omni aufractu enim collis qnariam fieri vbi domeṫ ipetus neceſſariũ ẽ. Iteꝫ
caſtella ꝓut res exiget. Homerũ calidoruꝫ fontium mentionẽ nõ feciſſe demiror: cũ aliogn lauari ca-
lida frequenter indiceret: videlicet quia medicina tunc nõ erat hæc quę nunc aquarũ perfugio vtiṫ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0476-9
DFG

Eſt autem vtilis ſulphurata neruis. Aluminata paralyticis:aut ſimili morbo ſolutis. Bitumĩata/aut ni
troſa qualis cutilia vtilis eſt bibẽdo:atq; purgationibus. Plęriq; in gloria ducũt:plurimis horis perpe Vel aquæ:
ti colorẽ eaꝝ:quod eſt inimiciſſimum. Nãq; paulodiutius q̃ balneis vti oportet. Ac poſtea frigida dul
ci/nec ſine oleo diſcedẽtibus:quod vulgus alienum arbitraſ. Idcirco nõ alibi corpori bus magis ob
noxijs. Quippe & vaſtitate odoris capita replẽt:& frigore infeſtãt ſudãtia:reliqua corpoꝝ parte mer
ſa. Similis error quo quidã plurimo potu gloriant. Vidiq; iam turgidos bibẽdo:in tãtum vt annuli in
tegerentur cute:cum reddi nõ poſſet hauſta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri cõueni ſine crebro
ſalis guſtu. Vtuntur & cœno fontium ipſorũ vtiliter:ſed ita ſi illitum ſole inareſcat. Nec vero omnes q̃
ſint calidę:medicatas eẽ credẽdum:ſicut in egeſta ſicilię:lariſſa troade:magneſia:melo: lipara. Nec
decolor ſpẽs æris/argentiue (vt multi exiſtimauere) medicaminũ argumentũ eſt. Quãdo nihil eoruꝫ
in patauinis fontibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehẽditur. Medẽdi modus. Item & in
marinis erit:quę calefaciunt ad neruorum dolores ferruminata:& fracturas:oſſaq; contuſa. Idem ad
corpora ſiccãda. Qua de cauſa & frigido mari vtunſ. Pręterea eſt alius vſus multiplex. Principalis ve Sãgui. emit
ro nauigãdi phthiſi affectis vt diximus:aut ſanguinem egerentibus:ſicuti proxime Anneum Galleo tẽtibus naui
nem feciſſe poſt conſulatum meminimus. Neq; enim ægyptus ꝓpter ſe petitur:ſed propter longinq- gatio vtil' ad
tatem nauigandi. Quin & vomitiones ipſę inſtabili volutatiõe cõmotæ pluribus morbis capitis ocu modum.
lorum:pectoris medẽtur. Omnibuſq; ꝓpter quæ helleborum bibitur. Aquam vero maris ꝑ ſeſe effi- Helleboruꝫ
caciorem diſcutiendis tumoribns purant medici:ſi illa decoquaſ hordeacea farina ad parotidas. Em capiti vtile.
plaſtris etiam maxime albis/& malagmatis miſcent. Prodeſt & infuſa crebro ictu. Bibitur quoq; q̃uis Vel ab his
nõ ſine iniuria ſtomachi ad purgãda corpora/bilemq; atram:aut ſanguinẽ concretum reddenduꝫ al Vel crebro.
terutra parte. Quidam & in quartanis dedere eam bibendã. Et in tenaſmis/articularibuſq; morbis aſ
ſeruatã:& vir⁹ in hoc vetuſtate deponentẽ. Aliqui decoctam:omnes ex alto hauſtã: nullaq; dulcium
mixtura corruptam. In quo vſu pręcedere vomitum volunt. Tũc quoq; acetum/aut vinum aqua mi
ſcent. Qui puram dedere raphanos ſuper mãdi ex mulſo aceto iubent: vt ad vomitiones reuocent.
Clyſteribus quoq; marinam infundunt tepefactam. Teſtium quidẽ tumori fouẽdo:non aliud præfe- Aquę mari-
runt. Item pernionum vitio ante vlcera. Simili modo pruritibus:pſoris/& lichenum curationi. Lẽdes ne vtilitas.
quoq;/& terra capitis animalia ac curãtur. Et liuentia reduci teadem ad colorem. In quibus curatio
nibus poſt marinam aceto calido fouere plurimum prodeſt. Quin & ad ictus venenatos ſalutaris itel
ligitur:vt phalangiorum/& ſcorpionum/& phthiade aſpide reſperſis. Calida auteꝫ in ijs aſſumiſ. Suf
fitur eadẽ cum aceto capitis doloribus. Tormina quoq;/& cholerã calida infuſa clyſterib⁹ ſedãt. Dif
ficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Mãmas rigẽtes præcordia/maciemq; corporis piſcinę maris
corrigunt. Auriũ dolores. Capitis grauitates cũ aceto feruentiũ vapor. Rubiginẽ ferro marinę celerri
me exterũt. Pecorũ quoq; ſcabiẽ ſanãt:lanaſq; emolliunt. Nec ignoro hæc mediterraneis ſuperuaca-
nea videri poſſe. Veꝝ & hęc cura p̄uidit inuenta ratiõe q̃ ſibi quiſq; aquã maris faceret. Illud in ea ra-
tione mirũ ſi plus q̃ ſextaris ſalis cũ quattuoꝝ aquæ ſextarijs mergaſ:vinci aquã:ſalẽq; non liquari. Cę
tero ſextarius ſalis cum quattuor aquæ ſextarijs ſalſiſſimi maris vim/& naturã implet. Moderatiſſimũ
autem putant ſupradictã aquæ menſuram octonis cyathis ſalis temperari:quoniam ita & neruos ca-
lefaciat:& corpus nõ exaſpet. Inueteraſ qđ vocaſ thalaſſomeli æquis portionib⁹ maris:mellis: hym-
bris ex alto:& ad hũc vſum aduehũt:fictiliq; vaſe/& picato condũt. Prodeſt ad purgatiões maxie ſine
ſtomachi vexatione/& ſapore grato/& odore. Hydromeli quoq; ex hymbre puro cũ melle tẽpabatur
quondam/quod daretur appetẽtib⁹ vinũ ægris:veluti innocentiore potu. Damnatum iã multis annis
ijſdem vitijs/q̃bus vinum:nec iſdem vtilitatibus. Quia ſæpe nauigãtes defectu aquæ dulcis laborant Mirũ quonã
Hęc quoq; ſubſidia demonſtrabim⁹. Expanſa circa nauim vellera madeſcũt accepto halitu maris q pacto aqua
bus humor dulcis exprimiſ. Item dimiſſæ reticulis in mari concauę e cæra pilę:vel vaſa inania obtu marina dul-
rata :dulcem intra ſe colligũt humoreꝫ. Nam in terra marina aqua argilla ꝑcolata:dulceſcit. Luxata ceſcat.
hominum corpora:& quadrupeduꝫ natãdo in cuiuſlibet generis aquã facillime in artus redeũt. Eſt
& in metu ꝑegrinãtium:vt tentent valitudinem aquæ ignotę. Hoc cauent a balneis egreſſi ſtatim fri-
gidam ſuſpectam hauriẽdo. Muſcus qui in aqua fuerit podagris illitus ꝓdeſt. Item oleo admixto ta-
lorũ dolori/tumoriq;. Spumaq; aquæ affrictu verrucas tollit. Necnon harena littorũ maris p̄cipue te
nuis/& ſolibus candẽs in medicina eſt ſiccandis corporibus cooptis hydropicoruꝫ/aut rheumatiſmos
ſentiẽtium. Et hactenus de aquis. Nũc & de aquatilibus. Ordiemur autem vt in reliquis/a principali
bus eorum:quæ ſunt ſal & ſpongia.

¶ De generibus ſalis:& confecturis:& medicinis:& obſeruationibus. CA.VII.

SAl omnis aut fit:aut gignitur. Vtrũq; pluribus modis:ſed cauſa gemia coacto hũore/vel ſicca
to. Siccaſ in lacu tarẽtino æſtiuis ſolibus: totumq; ſtagnum in ſalem abijt modicũ : alioqui in

altitudine genua nõ excedens. Item in ſicilia in lacu/qui cocanicꝰ vocaẽ: & alio iuxta gelam. Horum extremitates tm̄ inareſcũt. ſicut in phrygia cappadocia. Aſpendi vbi largius coqtur: & vſq; ad mediũ lacum. Aliud etiam in eo mirabile: quod tantundem noctu ſubuenit: quantum die auferas. Omnis ẽ alius ſal minutus: atq; nõ gleba eſt. Aliud genus ex aquis maris ſpõte gignitur ſpuma in extremis littoribus/ac ſcopulis relicta. Hęc eñ omnis rore denſatur. Et eſt acrior q̃ in ſcopulis inuenitur. Sũt etiã num naturales differentiæ tres. Nãq; in bactris duo lacus vaſti: aliter ad ſcythas verſus: alter ad arios ſale æſtuant. Sicut ad cittium in cypro/ & circa memphin extrahunt lacu de in ſole ſiccant. Sʒ & ſũma fluminum dẽſantur in ſale: amne: reliquo veluti ſub gelu fluente: vt apud caſpias portas: quę ſalis flumina appellãtur. Item circa mardos/ & armenios. Præterea apud bactros amnis ochus/ & oxus ex appoſitis montibus deferũt ſalis ramẽta. Sunt & in africa lacus/ & quidem turbidi ſalem ferentes. Ferũt quidem & calidi fontes/ſicut pegaſei. Et hactenus habẽt ſe genera ex aquis ſponte ꝓuenientia. Sunt & mõtes natiui ſalis: vt in indis oromenus: in quo lapidicinarũ modo cæditur renaſcẽs: maiuſq; regũ vectigal ex eo eſt: quã ex auro atq; margaritis. Effoditur & e terra: vt palam eſt humore dẽſato in cappadocia. Ibi quidẽ cęditur ſpeculariũ lapidum mõ. Pondus magnũ glebis: quas micas vulgus appellat. Carrhis arabię oppido muros: domoſq; maſſis ſalis faciũt: aqua ferruminãtes. Inuenit & iuxta peluſium. Ptolęmeus rex cũ caſtra faceret. Quo exemplo poſtea iter ægyptũ/ & arabiã ẽt ſqualentibꝰ locis cœptus eſt inueniri detractis harenis. Qualiter & p africę ſciẽtia vſq; ad hammonis oraculum. Is quidem creſcẽs cum luna noctibus. Nã cyrenaici tractus nobilitãtur hammoniaco & ipõ: quia ſub harenis inueniaẽ appellato. Similis eſt colore alumni: qđ ſchiſton vocãt: longis glebis: neq; ꝑlucidis ĩ gratus ſapore: ſed medicinę vtilis. Probatur q̃ maxime ꝑſpicuus rectis ſciſſuris inſigne. De quo proditur quod leuiſſimus intra ſpecus ſuos in lucem vniuerſam ꝓlatus: vix credibili pondere ingraueſcat. Sed cauſa euidens cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuuãte molientes/vt adiuuant aq̃. Adulteratur ſiculo: quem cocanicum appellauimus: necnõ & cyprio mire ſiſi. In hiſpania quoq; citeriore egelaſte cędiẽ glebis pene trãſlucẽtibus. Cui iampridẽ palma a plæriſq; medicis inter oĩa ſalis genera ꝑhibetur. Oĩs locus in quo rẽpitur ſal ſterilis eſt: nihilq; gigni: & in totũ ſpõte naſcẽs. Inter hęc ſunt factitij varia genera. Vulgaris/pluribuſq; in ſalinis mari adfuſo: nõ ſine aquę dulcis riguis: ſed hymbre maxime iuuante: ac ſup oĩa ſole multo: nõ aliter inareſcens. Africa circa vticam conſtruit aceruos ſalis ad colliũ ſpeciem. Qui vero ſole/lunaq; induruere: nullo humore liqueſcunt: vixq; etiam ferro cædũtur. Fit tñ & in creta ſine riguis in ſalinas mare infundẽtibus. Et circa ægyptũ ipſo mari influente in ſoluʒ vt credo nilo ſuccoſum. Fit e puteis in ſalinas ingeſtis. Prima denſatio babylonię in bitumẽ liquiduʒ cogiẽ: oleo ſimile: quo & in lucernis vtunẽ hoc. Detracto ſubeſt ſal. Et in cappadocię puteis/ac fõte quẽ in ſalinas ingerunt. In chaonia excoquũt aquã ex fonte: refrigerandoq; ſalã faciũt inertem: nec candiduʒ Galliæ germaniæq; ardentibꝰ lignis aquã ſalſam infundũt. Hiſpanię quadam ſui parte puteis hauriẽt: muriam appellãtes. Et illi quidem etiam lignũ referre arbitranẽ. Quęrcus optima vt q̃ per ſe cinere ſincero vim ſalis reddat. Alibi corylus laudaẽ. Ita infuſo liquore ſalſo Carbo etiam in ſalẽ vertiẽ Quicũq; ligno cõficiẽ ſal niger eſt. Apud Theophraſtũ inuenio ĩbrios harũdinis/ & iunci cinerẽ decoquere aqua ſolitos: donec exiguũ ſupeſſet humoris. Quin e muria ſalſamentoꝝ recoquiẽ: iterumq; conſumpto liquore ad naturam ſuam redit vulgo e menis iocundiſſimis. Marinorũ maxie laudaẽ cyprius a ſalamine. At e ſtagnis tarẽtinus. Ac e riguis phrygius/qui tattęꝰ vocaẽ. Hi duo oculis vtiles A cappadocia vero/qui in laterculis affertur: cutis nitorẽ dr̃. facere. Magis tamen extẽdit is/quẽ ſtytium appellauimus. Itaq; a partu ventreʒ eo cum malãthio illinunt. Salſiſſimus ſal/qui ſicciſſimꝰ. Suauiſſimus omnium tarẽtinꝰ/atq; candidiſſimus. Et de cætero fragilis/qui maxie candidus. Pluuia dulceſcit omnis. Suauiorem tamen rores faciunt. Sed copioſum aquilonis flatus. Auſtro nõ naſciẽ. Flos vero ſalis nõ fit niſi aqlõibus. In igni nec crepitas: nec exilit tragaſeꝰ: neq; achãthius ab oppido appellatus. Nec vllius ſpuma/aut ramẽtum/aut tenuis. Agrigentinus ignium patiẽs ex aqua exilit. Sũt & colorũ differentiæ. Rubet mẽphi. Ruffus eſt circa oxum. Centuripis purpureus. Circa gelã in eadem ſicilia tanti ſplendoris: vti imaginem recipiat. In cappadocia croceus effoditur trãſlucidꝰ/ & odoratiſſimus. Ad medicinæ vſus antiqui tarentinũ maxime laudabant. Ab hoc vero quęcunq; e marinis ex genere eo: præcipue ſpumeum. Iumentorum vero/ & boũ oculis trageſeum/ & beticum. Ad obſoniũ & cibum vtilior quiſquis facile liqueſcit. Itẽ humidior (minorem enim amaritudinem hñt) vt atticꝰ/ & euboicus. Seruandis carnibus aptior/acer/ & ſiccus: vt megaricus. Conditur ẽt odoribꝰ additis: & pulmentarij vicẽ implet excitãs auiditatẽ: inuitãſq; in oĩbus cibis: ita vt ſit peculiaris ex eo intellectꝰ inter innumera condimẽta. Ita eſt in mandendo quęſitus garo. Quin & pecudes/armentaq;/ & iumẽta ſale maxime ſolicitantur ad paſtũ multũ largiores lacte: multoq; gratiore etiam in caſeo dote. Ergo hercule vita hũanior ſine ſale nequit degere: ideoq; neceſſarium elementum eſt: vt tranſierit itelle

Qualiter ꝓcreeẽ ſal ſpõte.

Vel & iaxartes.

Fluuij ſalẽ ferentes.

Oromenus ĩ die mõs natiui ſalis.

Mirũ de meniũ/ & domorũ ſale in arabia ſtructura

Hiſpania (vt volunt) ſalis palmã obtinens.

Mirũ de q̃rcꝰ cinere ſalis vi reddens

Carbo in ſalẽ verſus.

Vel heminis

Sal tarentinꝰ

Agrigẽtinus ĩ aq̃ crepitãs igni vero nõ.

Sal vitæ hũanę neceſſariũ

ctus ad voluptates animi quoqꝫ. Nã ita ſales appellãtur: omniſqꝫ vitæ lepos/ & ſumma hylaritas laborumqꝫ requies non alio magis vocabulo conſtat. Honoribus etiam/ militieqꝫ interponitur ſalariis inde dictis: magna apud antiquos auctoritate: ſicut apparet ex noīe ſalariæ vię: quoniã illa ſal in ſabios portari conſuerat. Ancus Martius rex ſalis modia ſex milia in cõgiario dedit populis: & ſalinas primus inſtituit. Varro etiam pulmentarij vice vſos veteres auctor eſt. Eſitaſſe eniꝫ ſalẽ cũ pane/ & caſeo vt ꝓuerbio apparet. Maxime tñ in ſacris intelligitur auctoritas: qñ nulla conficiũtur ſine mola ſalſa. Salinarũ ſynceritas ſummam fecit ſuam differentiam. Quædam eñ fauilla ſalis: quæ leuiſſima ex eo eſt cãdidiſſima flos ſalis appellatur. Et flos qdẽ ſalis in totũ diuerſa res/ hũidioriſqꝫ naturę/ & crocei coloris/ aut ruffi/ veluti rubigo ſalis. Odore quoqꝫ ingrato ceu gari diſſentiẽs a ſole non mõ a ſpuma. In ægypto inuenitur: videturqꝫ nillo defferri. Et fonibus tamen a quibuſdam innatat. Optimũ ex eo qd olei quandam pinguitudinem reddit. Eſt enim in ſale pinguitudo: quod miremur. Adulterat autem tingiturqꝫ rubrica: aut plerumqꝫ teſta trita. Qui fucus aqua depræhẽditur diluente factitium coloreꝫ cum verus ille non niſi oleo reſoluat: & vnguentarij propter colorem eo maxime vtãtur. Canicia in vaſis ſumma eſt. Media vero pars humidior/ vt dixim⁹. Floris natura aſpa excalfactoria ſtomacho iutilis. Sudorem cit. Aluum ſoluit in vino/ & aqua acopis/ & ſmegmatis vtilis. Detrahit & ex palpebris pſilos efficaciſſime. Feces imę concutiũtur: vt color croci redeat. Pręter hęc etiamnum appellat in ſalinis ſalſugo: ab aliis ſalſilago tota liquida marina aqua ſalſior vi diſtans. Aliud etiamnum liquoris exquiſiti genus quod garon vocauere inteſtinis piſciũ/ cæteriſqꝫ quæ abiicięda eſſent: ſale maceratis: vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce: quẽ græci garion vocabant. Capite ei⁹ vſto ſuffitu extrahi ſecundas morantes.

[Sales q̃ ſint & vnde.]

[Mola ſalſa ĩ ſacris ſũmæ auctoritatis.]

[Garon.]

## De ſconbro piſce/ & muria/ & alece. CA.VIII.

NVnc e ſcombro piſce laudatiſſimum in finibus carthaginis ſpartariæ/ & cetariis: ſocioꝝ appellatur ſingulis milibus nummũ ꝑmutãtibus cõgios pene binos. Nec liquor vllus pene ꝓter vnguenta maiore in ꝓcio eſſe cœpit: nobilitatis etiam gẽtibus. Scõbros quidẽ/ & mauritania/ beticaqꝫ/ & carteia ex oceano intrantes capiunt ad nihil aliud vtiles. Laudatur & clazomene garo. Pompeiiſqꝫ/ & Leptis. Sicut muria antipolis/ ac thuria. Iam vero & dalmatia. Vitiũ huius ẽ alex impfecta/ nec colata fex. Cœpit tñ & priuatiꝫ ex inutili piſciculo/ minimoqꝫ cõfici. Aquã noſtri aphyẽ vocant: quoniam is piſciculus e pluuia naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt lupum appellant. Trãſit deinde in luxuriã: creuerũtqꝫ genera ad infinitũ: ſicuti garũ ad colorẽ mulſi veteris: adeo qꝫ dilutam ſuauitatẽ vt bibi poſſit. Aliud vero ad caſtimoniarũ ſupſtitionẽ: etiam ſacris iudeis dicatũ quod fit e piſcibus ſquamã carẽtibus. Sic alex puenit ad oſtreas/ eſchinos/ vrticas/ cammaros mulloꝝ iocinera. Innumeriſqꝫ generib⁹ ad ſaporẽ gulę cœpit ſal tabeſcere. Hæc obiter ĩdicata ſint deſideriis vitæ/ & ipſa tñ nõnulli vſus in medendo. Nãqꝫ & le ce ſcabies pectoris ſanat infuſa p cutẽ inciſam. Et contra canis morſus/ dracõiſqꝫ marini prodeſt In linteolis aũt cõcerptis imponit. Et garo ambuſta recẽtia ſanant. ſiqs infundat/ ac nõ nominet gaꝝ. Cõtra canũ quoqꝫ morſus ꝓdeſt: maximeqꝫ crocodili et vlceribus: q̃ ſerpunt/ aut ſordidis. Oris quoqꝫ/ & auriũ vlcerib⁹/ aut dolorib⁹ mirifice ꝓdeſt. Muria quoqꝫ/ ſiue illa ſalſugo ſpiſſat: mordet: extenuat: ſiccat. Dyſentericis vtilis eſt ẽt ſi nome iteſtina corripit. Iſchiadicis/ cœliacis veterib⁹ infundit. Fotu quoqꝫ apud mediterraneos aq̃ marinę vicem penſat.

[Piſcis ex pluuia natus.]

[Vel nõ carentibus.]

## De natura ſalis/ & eius medicinis. CA.IX.

SAlis natura eſt p ſe ignea/ & inimica ignibus/ fugiens eos: oĩa erodẽs. Corpora vero aſtringẽs: ſiccans/ alligans. Defuncta aũt/ ac putreſcẽtia ita vẽdicãs: vt durẽt ea p ſecula. In medẽdo vero mordens. adurens: repugnãs: extenuãs: diſſoluẽs. Stomacho tantum inutilis: pręterq̃ ad excitandam auiditatem. Aduerſus ſerpentiũ morſus cum origano: melle: hyſopo. Cõtra ceraſtẽ cũ origano: aut cędia/ aut pice/ aut melle. Auxiliat cõtra ſcolopẽdras ex aceto potus. Aduerſus ſcorpionũ ict⁹ cũ quarta parte limi ſemis ex oleo i vel aceto illitus. Aduerſus crabrones vero/ vel veſpas/ ſiſiaqꝫ ex aceto. Ad heterocranas/ capitiſqꝫ vlcera/ & puſtullas: papulaſue: & incipiẽtes verrucas cũ ſeuo vitalino. Itẽ oculorũ remediis: & ad excreſcẽtes ibi carnes/ totiuſqꝫ corporis pterygia. Sꝫ in oculis peculiariter Ob id collyriis emplaſtriſqꝫ addit. Ad hoc maxĩe ꝓbat tragaſęus: aut caunites. Ex ictu vero ſuffuſis cruore oculis/ ſuggilatiſqꝫ cũ mirrhæ pari põdere/ ac melle: aut cũ hyſopo ex aqua calida: vtiqꝫ foueãtur ſalſugine. Ad hęc hiſpaniẽſis eligit: cõtraqꝫ ſuffuſiões oculorũ cũ lacte ĩ coticulis terit. Priuati ſuggillatiõibus in linteolo ĩuolut⁹ crebroqꝫ ex aq̃ feruẽti ĩpoſit⁹. Vlcerib⁹ oris manãtib⁹ in linteolo cõcerpto. Gingiuarũ tumori infricat⁹. Et cõtra ſabricẽ linguę frict⁹/ cõminutuſqꝫ. Aiũt dẽtes nõ erodi: neqꝫ putreſcere ſiqs quottidie mane ieiunus ſalẽ cõtineat ſub lingua: donec liq̃ſcat. Lepras idẽ/ & furũculos: & lichenas: & pſoras emẽdat cũ paſſa vua exẽpto ei⁹ ligno: & ſeuo bubulo: atqꝫ origano: ac fermẽto vl pane: maxĩe thebaic⁹. Hic & ad prurit⁹ eligit. Tõſillis & vuis cũ melle ꝓdeſt. Quicũqꝫ ad angi-

[Vel tatteus.]

[Ad cõſeruãdos dẽtes itegros ſal vtilis]

nas. Hic amplius cũ oleo: & aceto. Eodẽ tẽpore extra fauces illitus cũ pice liquida. Emollit & aluũ
in vino mixtus. Idem noxia: & tinearũ genera pellit in vino potus. Aeſtus balnearum cõualeſcentes:
vt tolerari poſſint: linguæ ſubitus p̃ſtat. Neruorũ dolorẽ maxime vſurpanda obſeruatione circa hu-
meros: & renes in ſaccis aqua feruẽti ceebro madefactus leuat. Colum: torminaq́ꝫ: & coxarũ dolores
potus: & in iiſdem ſiccis impoſitus cãdens. Podagras: cum farina ex melle: & oleo tritus. Ibi maxime
obſeruanda vſurpatione: qua q̃dem totis corporibus nihil eſſe vtilius ſale: & ſole dicunt. Itaq́ꝫ cornea
videmus corpora piſcatorũ. Sed hoc p̃cipuum dicat̃ in podagris. Tollit & clauos pedum. Itẽ pniões
Ambuſtis ex oleo iponitur: aut cõmanducatus: puſtulaſq́ꝫ reprimit. Ignibus vero ſacris: vlceribuſq́ꝫ:
quæ ſerpunt ex aceto: aut hyſopo. Carcinomatis cum vua taminia. Phagedinis vlcerꝫ tritus cum fari-
na hordei ſupimpoſito lintheolo: madente vino. Morbo regio laborãtes donec ſudent ad ignem cõ-
tra pruritus: quos ſentiunt ex oleo: & aceto infricatus iuuat: & fatigatos ex oleo. Multi & hydropi-
cos ſale curauere: feruoreſq́ꝫ febrium cum oleo punxere: & tuſſim veterẽ linctu eius diſcuſſere. Cly-
ſteribus infundere iſchiadicis. Vlceribus excreſcentibus: vel putreſcentibus impoſuere. Crocodilorũ
morſibus ex aceto in linteolis: ita vt aſtringãtur recte vinctu loca. Bibitur & contra oppium ex aceto
mulſo. Luxatis imponit̃ cum farina/ & melle. Item extuberationibus. Dentium dolori cum aceto fo-
Sal dẽtiũ p- deſt dolori. tus: & illitus cum reſina ꝓdeſt. Ad oĩa autẽ ſpuma ſalis iucundior: vtilior q́ꝫ. Sed q̃cũq́ꝫ ſal acopis ad
ditur ad excalfactiones. Item ſmegmaticis ad extrahendã cutẽ: leuandãq́ꝫ. Pecorũ quo ſcabiẽ: & boũ
illitus tollit. Datuſq́ꝫ lingendus: & oculis iumentorũ inſpuitur. Hæc & de ſale dicta ſint.

¶ De nitri generibus: & confectutis: & medicinis: & obſeruationibus. CA. X.

NOn eſt differẽtia & nitri natura nõ multum a ſale diſtãs: & eo diligentius dicenda: quia pa
lam eſt medicos: qui de eo ſcripſere: ignoraſſe naturã. Nec queq̃ Theophraſtro diligẽtius
tradiſſe. Exiguum fit apud medos caneſcẽtibꝰ ſiccitate cõualibꝰ: q̃d vocãt halmiraga. Mi
nus ẽt in thracia iuxta philippos ſordiũ terra: q̃d appellãt agrium. Nã quercu cremata nũ
q̃ multum factitatum eſt: & iampridẽ in totum omiſſum. Aquę vero nitroſę pluribus locis repiunt̃: ſꝫ
ſine viribus denſandi. Optimum: copioſumq́ꝫ in clithis macedoniæ: quod vocãt caleſtricũ: candidũ:
purumq́ꝫ: ꝓximũ ſali. Lacus eſt nitroſus exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrũ circa canis or
tum nouenis diebus: totidẽq́ꝫ ceſſat: ac rurſus innatat: & deinde ceſſat. Quo apparet ſoli naturã eſſe
quę gignat: quoniã comptum eſt: nec ſoles proficere quicq̃ cũ ceſſet: nec hymbres. Mirum eſt & il-
lud ſcatebra fonticuli ſemper emicãte: lacum nec augeri/ nec effluere. Iis autẽ diebus/ quibus gignit̃
ſi fuere hymbres: ſalſius nitrum faciũt: aquilões deterius: quia validius commouẽt limum. Et hic q̃-
Mare ſalinis nilꝰ nitrariiſ. dem naſcit̃. In ægypto aũt cõficitur multo abundãtius: ſꝫ deterius. Nãꝫ fuſcũ/ lapidoſumq́ꝫ eſt. Fit pe
ne eodem modo quo ſal: niſi ꝙ ſalinis mare infundũt. Nilum aũt nitrariis. Excedẽte nilo ſiccantur:
decedente madẽt ſucco nitri. xl. diebus cõtinuis: nõ vt in macedonia ſtatis. Si aũt hymbres affuerint:
minus de flumine addunt: ſtatimq́ꝫ vt denſari eſt cœptum: rapitur ne reſoluat̃ in nitrariis. Sic quoq́ꝫ
olei natura interuenit. Ad ſcabiem animalium vtilis. Ipſum aũt conditum in aceruis durat. Mirum
in lacu aſcanio/ & quibuſdãꝫ circa chalcida fontibꝰ: ſũmas aquas dulces eſſe: portariq́ꝫ iferiores nitro
Nitrarie ęgy ptiæ p̃cipue. ſas. In nitro optimũ q̃d tenuiſſimũ/ & ideo ſpuma melior. Ad aliqua tñ ſordidum tanq̃ ad inficiẽdas
purpuras/ tincturaſq́ꝫ omnes. Magnus & nitro vſus qui dicetur ſuo loco. Nitrariæ ergregię ægyptiis
Nã circa naucratin/ & memphin tñ ſolebant eſſe. Circa memphin deteriores. Nam & lapideſcit ibi
in aceruis: multiq́ꝫ ſunt tumuli ea de cauſa ſaxei. Faciunt ex iis vaſa. Necnõ frequẽter liquatũ cũ ſul-
phure coquẽtes in carbonibus. Ad ea quoq́ꝫ q̃ ĩueterari volunt illo nitro vtuntur. Sũt ibi nitrariæ: in
quibus & ruffum exit a colore terræ. Spumã nitri q̃ maxime laudatur: antiqui negabant fieri: niſi cũ
ros cecidiſſet: prægnantibus nitrariis: ſed nondum parientibus. Itaq́ꝫ non fieri incitatis ẽt ſi caderet.
Alii opimentorũ fermẽto gigni exiſtimauere. Proxima ętas medicorũ aphronitrꝫ tradidit in aſia col
ligi in ſpeluncis mollibus diſtillans. Specus eos colligas vocãt. Dein ſiccant ſole. Optimũ putant̃ lydi
um. Probatio vt ſit minime põderoſuꝫ/ & maxime friabile. Colore pene purpureo. Hoc ĩ paſtillis af-
fert̃. Aegyptũ in vaſis picatis: ne liq̃ſcat. Vaſa quoq́ꝫ ea ſole inareſ: ẽtia p̃ficiuntur. Nitri ꝓbatio: vt ſit
tenuiſſimum/ & q̃ maxime ſpongioſum: fiſtuloſumq́ꝫ: adulterat̃ in ægypto calce. Deprehendit̃ guſtu.
Sincerum eñ facile reſoluitur. Adulteratum pungit. Calſe aſperſuꝫ reddit odorẽ vehemẽter. Vritur
iu teſta optum ne exiliat: alias igni nõ exilit nitrũ: nihilq́ꝫ gignit/ aut alit. Cũ in ſalinis herbæ gignant̃:
& in mari tot aĩalia tñ algæ. Sed maiorem eſſe acrimoniã nitro apparet: non hoc tñ argumento: ſed
Nitrariæ vis & illo ꝙ nitrariæ calciamenta ꝓtinus cõſumunt. Alias ſalubres: oculorumq́ꝫ claritati vtiles. In nitra-
AVrum inuenitur in noſtro orbe: & omittamus indicum: atq; a formicis: aut gryphibus apud ſcythas erutum. Apud nos tribus modis fluminum ramentis: vt in tago hiſpanię: pado italię: hebro thracię: pactolo aſiæ: gange indię. Nec vllum abſolutius aurum eſt: vt curſu ipſo trituq; per politum. Alio modo puteorum ſcrobibus effoditur: aut in ruina muntium. Quare vtraq; ratio dicetur. Aurum qui querunt: ante omnia ſegullum tollunt: ita vocatur indicium: alueus vbi eſt: arenæq; lauantur: atq; ex eo quod recedit: coniectura capitur: vt inueniatur aliquando in ſumma tellure protinus rara fœlicitate vt nuper in dalmatia principatu. Neronis ſingulis diebus etiam quinquagenas libras fundens cum iam inuentum eſt in ſummo ceſpite. Alutationem vocant ſi & auro ea tellus ſubeſt. Cæterū montes hiſpaniæ aridi ſterileſq;: & in quibus nihil aliud gignatur: huic bono coguntur fertiles eſſe. Quod puteis foditur: canalitium vocant: alij canalienſe marmoris gloriæ inhęrens: nō illo modo quo in oriente ſapphyro atq; thebaico aliiſq; in gemmis ſcintillat. Sed micas amplexum marmoris hi venarum canales per marmor vagantur & latera puteorum & huc illuc inde nomine inuento: telluſq; ligneis columnis ſuſpenditur. Quod effoſſum eſt tunditur: lauatur: vritur: moritur in farinam. Nam quod ad pilas cudunt apilaſcudem vocāt argentum quod exit a fornacis e ſudore quæ e camino iactatur. Spurcitia in omni metallo vocatur ſcoria. Hæc in auro coqtur iterum & tunditur. Catini fiunt ex taſconio. Hęc eſt terra alba ſimilis agillæ. Neq; enim alia afflatum ignemq; & ardentem mariam tollerat. Tertia ratio opera vicerit gigantum. Cuniculis per magna ſpatia actis cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem menſura vigiliarum eſt: multiſq; menſibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant: ſiduntq; rimæ ſubito: & oprimunt operarios: vt iam minus temerarium videatur e profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaq; fornices crebri montibus ſuſtinendis. Occurſant in vtroq; genere ſilices. Hos igni & aceto rumpunt. Sępius vero: quoniam in cuniculis vapor & fumus ſtrangulat: cædunt fracturis c.l. libras ferri terram agentibus. Egeruntq; humeris noctibus ac diebus per tenebras proximis tradentes: lucem nouiſſimi cernunt. Si longior videtur ſilex: latus ſequitur. Foſſam ambit quiete. Tamen in ſilice facilior exiſtimatur opera. Eſt namq; terra ex quodam argillæ genere galeræ mixta: cādidum vocant: prope inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediūtur: & iiſdem malleis: nihil durius q;: putant: niſi ꝙ inter omnia auri fames duriſſima eſt. Peracto opere ceruices fornicum ab vltimo cædunt: dantq; ſignum ruinaq; ſolus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Hic voce ictuue repēte reuocari operarios iubet: pariterq; ipē deuolat. Mons fractus cadit a ſeſe longo fragore: q cōcipi humana mente non poſſit: & flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturæ. Nec tamen adhuc aurum eſt. Nec ſciere eſſe cum fodere. Tantaq; ad pericula euincenda fuit ſatis cauſæ ſperare quod cuperēt. Alius par ē labore vel hoc maioris ipēdij flumina ad lauādā hāc ruinā iugis montiū duxere obiter a centeſimo plęrūq; lapide. Corrugos vocāt a corriuatiōe cred o: nimirū & hoc labor eſt. Pręce

In ſcythia aurum a for. & tygri. effodit Quinq; flumina anrifera.

vel ꝙ extra forācis ſudorem e camio iactatur.

vel catino.

vel ingentes.

vel ſupereſt.

vel fluaris.

piſſe libramēto oportet vt fruaris quādo influat: itaq; altiſſimis partibus ducitur. Conuallis & inter
ualla ſubſtructis canalibus iunguntur. Alibi rupes inuię cædūtur: ſedemq; trabibus cauatis præbere
coguntur. Is qui cędit: funibus pendet: vt procul intuētibus ſpecies nefaria quidem: ſed alitum fiat.
Pendentes maiore ex parte librant: & lineas itineri præfigūt. Itaq; inſiſtentis veſtigijs hoīs locus nō
eſt Manes trahuntur ad homines vt vitiū importēt. Id genus terræ vrion vocāt. Ergo per ſilices cal
culoſue ducuntur & vrium euitant. Ad capita deiectus in ſupercilijs montium piſcinæ cauantur du
cenos pedes in quaſq; partes: & in altitudinem denos. Emiſſaria in iſs quina pedum quadratorum
ternum fere linquuntur: & repleto ſtagno excuſſis obturamentis erumpit torrens tanta vi: vt ſaxa
prouoluat. Alius etiamnum in plano labor. Foſſæ in quas profluat cauantur: agogas vocant: eæ ſter
nuntur gradatim. Latera cluduntur tabulis: ac per pręrupta ſuſpenduntur: canali ita profluente de
terra in mare. His de cauſis iam promouit hiſpania in priore genere: quę exhauriuntur immenſo la
bore ne occupent puteos in hoc rigantur. Aurum arrugia quæſitum non coquitur: ſed ſtatim ſuum
eſt. Inueniuntur ita maſſæ. Necnō in puteis etiam denas excedentes libras. Palacas hiſpani: alij pa-
lacranas: idem quod minutum eſt: balucem vocant. Vlex ſiccatus vritur: & cinis eius lauatur ſuſtra-
to ceſpite herboſo vt ſidat aurum. Vicena milia pondo ad hunc modum annis ſingulis aſturiam: at-
q; galletiam: & luſitaniam: præſtare quidam tradiderūt: ita vt plurimum aſturia gignat. Neq; in alia
parte terrarum tot ſeculis hæc fertilitas. Italię parcitū eſt vetere iterdicto patrum: vt diximus: alio-
quin nulla fœcundior metallorum quoq; erat tellus. Extat lex cenſoria victi miliarum aurifodinæ
qua in verſellenſi agro cauabatur: ne plus quinq; hominum in opere publicani haberēt. Aurum fa-
ciendi eſt etiānū vna ratio ex auri pigmēto: quod in ſyria foditur pictoribus in ſūma tellure auri co-
lore ſed fragili lapidum ſpecularium modo. Inuitauerat q; ſpes Caium pricipem auidiſſimū auri: q̄
obrem iuſſit excoqui magnum pondus: & plane fecit aurum excellens: ſed ita parui ponderis vt de
trimentum ſentiret illud propter auaritiam expertus: q̄q̄ auripigmēti libre. xiiij. permutarētur: nec
poſtea tentatum ab vllo eſt. Omni auro ineſt argentum vario pondere: alibi dena: alibi nona: alibi
octaua parte. In vno tantum gallię metellę loco: quod vocant albicrarenſe. xxxvi. portio inuenitur:
ideo cæteris præeſt. Vbicunq; quinta argenti portio eſt: electrum vocatur. Scrobes eæ reperiuntur
in canalienſi. Fit & cura electrum argento addito. Quod ſi quintam portionem exceſſit incudibus
non reſiſtit. Eſt electro auctoritas. Homero teſte qui Menelai regiam auro: electro: argento: ebore
fulgere tradit. Mineruæ templum habet lindos inſulæ rodiorum: in quo Helena ſacrauit calicem
ex electro. Adijcit hiſtoriam mammæ ſuæ menſura. Electri natura eſt ad lucernarum lumina clari-
us argento ſplendere. Quod eſt natiuum & venena deprehendit. Namq; diſcurrunt in calicibus at-
quus cæleſtibus ſimiles cum igneo ſtridore. Et gemina ratione predicunt. Aurea ſtatua prima om-
nium nulla inanitate: & anteq̄ ex ære aliqua illo modo fieret: quam vocāt holoſphyraton in templo
Aneitidis poſita dicitur. Quod in ſitu terrarum nomine hoc ſignificauimus: numine gentibus illis
ſacratiſſimo. Direpta eſt Antonij parthicis rebus. Scitumq; narratur dictum vnius veteranorum bo
noniæ hoſpitali diui Auguſti cœna cum interrogaretur: eſſet ne verum: eum qui primus violaſſet
hoc numen: oculis membriſq; captum expiraſſe? reſpōdit enim tum maxime Auguſtum de cruore
eius cœnare: ſeq; illum eſſe: totumq; ſibi cenſum ex ea rapina eſſe. Hominum primus & auream ſta-
tuam & ſolidam Gorgias Leontinus delphis in templo ſibi poſuit. lxx. circiter olypiade. Tant⁹ erat
docendæ oratorię artis quæſtus. Aurum pluribus modis pollet in remedijs. Vulneratiſq; & infanti-
bus applicatur: vt minus noceant: quæ inferantur veneficia. Eſt & ipſi ſuperlato vis malefica galli-
narum quoq; & pecorum fœturis. Remedium eſt abluere illatum & ſpargere eos quibus mederi ve
lis. Torretur & cum ſallis grummo pondere triplici miſſo: & rurſum cum duabus ſalis portionibus
& vna lapidis quem ſchiſton vocant: ita virus tradit rebus vna crematis in fictili vaſe ipſum purum
incorruptum. Reliquus cinis ſeruatus in fictili & ex aqua illitus: lichenas in facie ſanat. Lomento id
conuenit ablui. Fiſtulas etiam ſanat: & quæ vocātur hemoroides. Quod ſi trito ſpuma adijciatur pu
tria vlcera & tetri odoris emendat. Ex melle vero decoctum cum melanthio & illitum vmbilico le-
uiter ſoluit aluum. Verrucas curari eo. M. Varro eſt auctor.

Frutex eſt vlex roris marini ſimilis aſ- p aurumq; retinens.

Aduerte quid electrum vocatur

Prima aurea ſtatua.

quidnam auguſto reſponſum.

Gorgias hominus prim⁹ aur. ſibi poſuit iſta.

De chryſocolla & medicinæ ex chryſocolla. vi. & mirabilia naturæ de glutinā
dis inter ſe perficiendiſq; metallis. CA. V.

Chryſocolla humor eſt in puteis quos diximus: p venā auri defluēs craſſeſcente limo rigori-
bus hybernis vſq; in duriciā pumicis. Laudatiorem eandē in erarijs metallis. & proximā in
argētarijs fieri compertū eſt. Iuenitur & in plumbarijs vilior etiaʒ auraria. In omnibus au-
tem ijs metallis fit & cura multum infra naturalē illam: immiſſis invenam aquis leuiter hyeme tota

vſq; inimium menſem. Dein ſiccatis in iuniũ menſem & iulio vt plane intelligatur nihil aliud chry-
ſocolla q̃ vena putris. Natiua duritia maxime diſtat: vuã vocant. Et tamen illa quoq; hærba: quã lu-
team appellant: tinguitur. Natura eſt quæ lino lanęue ad ſuccum bibendum. Tunditur in pila: dei-
de tenui cribro ſecernitur poſtea molitur: ac deinde tenuius ſic cribratur. Quicquid nõ trãſmeat: re
peritur in pila: dein molitur. Puluis ſemp in catinos digeritur: & ex aceto macerat̃: vt oĩs duritia ſol
uatur. Ac rurſus tũditur: dein lauatur in conchis: ſiccaturq;. Tũc tingitur: alumine ſchiſto: & hærba
ſupradicta pingiturq; anteq̃ pingat. Refert q̃ bibula dociliſq; ſit. Nam niſi rapuit colorem addũtur
Vel eluta. & ſcythanum: atq; turbyſtum: ita vocãt medicamenta ſorbere cogentia. Cum tinxere pictores oro-
bitin vocãt. Eiuſq; duo genera faciunt: luteam quę ſeruatur in lomenta. Et liquidam globulis ſudo-
re reſolutis. Hæc vtraq; genera in cypro fiunt. Laudatiſſima in armẽia. Secunda in mecedonia. Lar-
giſſima in hiſpania. Summa commẽdationis eſt: vt colorẽ hærbe ſegetis letæ virẽtis q̃ ſimillime red-
dat. Viſũq; eſt iam. Neronis principis ſpectaculis harenam cyrci chryſocolla ſterni: cũ ipſe concolo-
ri panno aurigatur⁹ eſſet: introducta opificũ turba. Tribus eã generibus diſtinguũt. Aſperã quę ta-
xatur in libras. vij. Mediam quæ denarijs quinis. Attritam quã & hærbaceam vocãt. quæ. xiij. Sub
linunt autem harenoſam: priusq̃ inducãt attramẽto & parẽtonio. Hęc ſũt tenacia eius ĩ colore blã
da. Paretonium quoniam eſt natura pinguiſſimum & propter leuorem tenaciſſimum attramẽto aſ-
Vnde lutea dicta. pergitur: ne paretoni candor pallorem chryſocolę afferat. Luteam putant a luta hęrba dictã: quam
ipſam cæruleo ſubtritam ſed pro chryſocolla inducunt viliſſimo genere atq; falaciſſimo. Vſus chry-
ſocollę & in medicina eſt ad purganda vulnera cum cæra & oleo. Eadem per ſe arida ſiccat: & con-
trahit. Datur & in anguina ortopnoeue miſcenda cum melle. Concitat vomitiones: miſcetur & col-
lyrijs ad cicatrices oculorum: ac viridibus emplaſtris. Ad dolores mitigãdos: & cicatrices trahẽdas
Hanc cryſocollam medici aceſin appellant: quæ non eſt orobitis. Chryſocollam & aurifices ſibi ven
dicant agglutinando: auro: & inde omnes appellatam ſimiliter vtentes dicunt. Temperatur aũt ea
cypria erugine: & pueri impubis vrina: addito nitro. Teritur cypro ære in cypris mortarijs ſãternaʒ
vocant noſtri. Ita ferruminatur auſum quod argentorum vocant. Signumq; eſt ſi addita ſãterna ni-
teſcit. E diuerſo eroſum contrahit ſe: habebaturq;: & difficulter ferruminatur aurum. Ad id glutinũ
fit auro: & ſeptima parte argenti ad ſupradicta additis: vnaq; cõtritis. Contexi (par eſt) reliqua circa
hoc: vt vniuerſa naturæ contingat ammiratio. Auri glutinũ ẽ tale Argila ferro. Cadmia æris maſſis
Alumen laminis. Reſina plumbo & marmori. Sed plumbum nigrũm albo iungitur. Ipſumq; albuʒ
ſibi oleo. Item ſtagnum æramentis ſtagno argentum. Pineis optime lignis æs ferrumq; fundit̃. Sed
& ægyptia papyro paleis aurum: Calx aqua accenditur: & thracius lapis. Idemq; oleo reſtinguitur
Ignis auteʒ aceto maxime & viſco & ouo. Terra minime flagrat. Carboni maior vis exuſto. Iterum-
q; flagranti.

De argẽto viuo: & ſtibia ſiue alabaſtro: & ſcoria argẽti: & de ſpuma argenti. CA. VI.

AB his argenti metalla dicantur: quæ ſequens inſania eſt: Nonniſi in puteis reperitur: nul-
Vbi arg. repi atur. laq; ſui ſpe naſcitur: nullis vt in auro lucentibus ſcintillis. Terra eſt alia ruffa: alia cinera-
cea. Excoqui non poteſt niſi cum plumbo nigro: aut cũ vena plũbi. Galenam vocãt: quæ
iuxta argenti venas plęrũq; reperitur Et eodẽ ope ignĩu deſcendit pars in plumbũ: argen
tũ aũt ſuperne innatat: vt oleum aquis. Reperit̃ in omnibus pene ꝓuincijs: ſed in hiſpania pulcher-
rimum. Id quoq; in ſterili ſolo atq; etiam in montibus. Et vbicunq; vna inuenta vena eſt: non pro-
cul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: vnde metalla græci videntur dixiſſe Miruʒ
Aduerte de puteis ab hãni. incho. adhuc per hiſpanias ab Hannibale inchoatos puteos durare ſua ab inuentoribus nomina habẽtes.
Ex quis bebelo appellatur: hodieq; qui. ccc. pondo. Hannibali ſum miniſtrauit in dies. Ad mille quĩ
gentos iam paſſus caua monte per quod ſpatium aquitani ſtantes diebus. noctibuſq; egerunt aquas
lucernarum menſura: amnemq; faciunt. Argenti vena quæ in ſummo reperta eſt: crudaria appella-
tur. Finis antiquis fodiendi ſolebat eſſe alumen inuentum vltra nihil quærebatur. Nuper inuenta
æris vena infra alumẽ alba finem ſpei facit. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus aĩalibus: ſed
maxime canibus. Aurum argentũ quo mollius eo pulchrius. Lineas ex argẽto nigras fieri: produci-
q; miramur. Eſt & lapis in ijs venis: cuius vomica liquoris æterni argẽtum viuum appellatur. Vene
num reꝶ omniũ eſt. Excedit ac perrumpit vaſa permanãs tabe dira. Omnia ei innatãt pręter auruʒ
Id vnum ad ſe trahit. Ideo & optime purgat cęteras eius ſordes expuens crebro iactatu fictilibus in
vaſis ita vitis abiectis: vt & ipſum ab auro diſcedat. In pelles ſubactas effũditur: perq; eas ſudores vi
ce defluens purum reliquit aurum. Ergo & cũ ęra inaurant̃: ſublitũ bratteis ꝑtinaciſſime retinet. Ve
rum palore detegit ſimplices: aut ꝑtenues bratteas Quapropter ad furtũ querẽtes oui liquore can-
dido vſum eũ adulterauere. Mox & hydrargyro: de quo ſuo dicemus loco. Et alias argentuʒ viuum

non largum inuentum eſt. In iiſdẽ argenti metallis inuenit̃:vt ꝓprie dicamus:ſpumæ lapis candidæ nitentiſq;:non tñ tranſlucendit.ſtimmi appellãt: alij ſtibiam: alij labaſtrũ:aliqui larbaſon. Duo eius genera:mas & fœmina. Magis ꝓbant fœminaʒ. Horridior eſt mas:ſcabriorq; & minus põderoſius: minuſq; radians & arenoſior. Fœmina cõtra nitet friabilis:fiſſuriſq; nõ globis dehiſcẽs. Vis ei⁹ aſtringere ac refrigerare. Pricipalis aũt circa oculos. Nãq; ideo etiã platyophthalmõ id appellauere:quoniã in collyrijs mulierũq; epiphoris dilatet oculos & fluctiões ĩhibeat oculorum: exulcerationeſq;: Farina eius & thuris gũmi ammixto ſiſtit & ſanguinẽ e cerebro ꝓfluentem. Efficatior & cõtra recẽtia vulnera. Et cõtra veteres canum morſus inſperſa farina. Et contra ambuſta igni cũ adipe ac ſpuma argẽti cæruſſaq; & cæra. Vrit̃ autem offis bubuli fimi circũlitũ in clibanis. Dein reſtriguitur mulierum lacte. Teriturq; in mortarijs ammixta aqua pluuia. Ac ſubinde turbidũ tranſfunditur in æreum vas. Et mundat̃ nitro. Fex eius intelligitur plumboſiſſima queq; ſubſidit in mortario:abigturq; Dein vas in quo turbida trãſfuſa ſunt:opertum linteolo per noctem relinquitur: & poſtero die quicquid innatat effonditur:ſpongiaq; aqua tollitur. Quod ibi ſubſidit:flos intelligitur ac linteolo interpoſito in ſole ſiccatur:vt nõ pareſcat. Iterũq; in mortario teritur. & in paſtillos diuiditur. Ante oĩa autem vrendi modus neceſſarius eſt:ne plũbum fiat. Quidam non fimo vtunt̃ coquẽtes: ſed adipe. Alij tritum in aqua triplici linteo ſiccant:fecemq; abijciunt. Idq; quod defluxerit tranſfundunt. Ac quicquit ſubſidet id colligẽtes:emplaſtris collirijſq; miſcent. Scoriam in argẽto gręci vocãt helcyſma. Vis eius aſtringere: & refrigerare corpora. Additur emplaſtris: vt molibdena. de qua dicemus in plumbo. Cicatricibus maxime glutinantis: & cõtra tenaſmos:dyſenteriaſq; infuſa clyſteribus cũ myteo oleo. Addunt in medicamenta quę vocant liparas ad excreſcentia vlcerum:aut ex attritu facta:aut in capite manãtia. Fit & in iiſdem metallis: & quæ vocatur ſpuma argenti. Genera eius tria. Optima quam chryſitin vocãt. Secũda:quam argyritin. Tertia:quam molibditin. Et plęrũq; oĩes hi colores in eiſdem tubulis inueniuntur. Probatiſſima eſt attica. Secunda hiſpanienſis. Chryſitis ex ipſa vena fit. Argyritis ex argento. Molibditis plumbi ipſius fuſura:quæ fit puteolis: & inde habet nomen. Omnis autem fit excocta ſua materia ex ſuperiori catino defluens in inferiorem. Ex eo ſublata veruculis ferreis:atq; in ipſa flamma conuoluitur veruculo:vt ſi modici temporis Eſt autem vt ex nomine ipſo intelligi poteſt ferueſcẽtibus & futuræ materiæ ſpuma. Diſtat a ſcoria quo poteſt ſpuma a fece diſtare. Alterum purgantis ſe materiæ:alterum purgate vitium eſt. Quidam duo genera faciunt ſpumæ quæ vocãt ſceleryda & peumenem. Tertium molipdenam in plumbo dicendã Spuma vt ſit vtilis iterum coquitur:cõfractis tabulis ad magnitudinem annulorum ita accenſa follibus ad ſeparandos carbones cineremq; abluitur aceto aut vino. Simulq; reſtinguitur. Quod ſi ſit argyritis:vt cãdos ei detur magnitudine fabæ confracta in fictili coqui iubetur ex aqua addito in linteolis tritico: & hordeo nonis:donec ea purgentur. Poſtea ſex diebus terũt in mortarijs ter die abluentes aqua frigida & cum deſignãt calida:addito ſale foſſili in ſpumam libræ obolo. Nouiſſimo die cõdũt in plumbeo vaſe. Alij cum faba cãdida & ptiſana coquunt: & ſole ſiccant. Alij in lana candida cum faba donec lanam non denigrent. Tunc ſalem foſſilem adijciunt:ſubinde aqua mutata: ſiccãtq; diebus.xl.calidiſſimis ęſtatis. Necnon in ventre ſuillo in aqua coquunt exemptamq; nitro fricant: & vt ſupra terunt in mortarijs cum ſale. Sunt qui non coquant:ſed cũ ſale terant: & adiecta aqua abluãt. Vſus eius ab collyria: & litu ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas maculaſq;: & abluendum capillũ. Vis autem ſiccare:mollire:refrigerare:tẽperare:purgare:explere. Vlcerũ tumores lenire. Talibuſq; emplaſtris ſupradictis ignes etiam ſacros tollit cum ruta:myrtoq; & aceto. Itẽq; & aceto. Itemq; perniones cum myrto & cæra & abdomine.

Vel liparis.

Argẽti ſpumæ tria gña.

De minio quantæ auctoritatis fuerit apud Romanos: & origine ac inuẽtione eius: & cinnabaris ratione in picturis: & medicinæ de generib⁹ minij: & ratiõe ei⁹ in picturis. CA.VII.

INuenitur in argẽtarijs metallis miniũ quoq;: & nunc inter pigmenta magnę auctoritatis & quondã apud Romanos nõ ſolũ maxime:ſed etiã ſacrę religiõis:vt auctor eſt Verrius: & cuius ſit neceſſe credere auctoritati. Iouis ipſius ſimulacri faciẽ diebus feſtis minio illini ſolitã:triũphãtũq; corpora. Sic Camillus triũphaſſe. Hac religione etiã nũc addi in vnguẽta cœnę triumphalis: & accẽſoribus in primis Iouem miniandũ locari. Cuius rei equidẽ cauſam miror:q̃q̃ & hodie id expeti conſtat ęthiopum populis totoſq; eo tingi proceres:huncq; ibi deoruʒ ſimulacris colorẽ eſſe. Quapropter diligentius perſequemur oĩa de eo. Theofraſtus.xc.annos ante Praxibulum athenienſium magiſtratum: quod tempus exit in vrbis noſtræ ducenteſimum quadrageſimum.ix.annum tradidit inuentum Minium a Callia atheniẽſe initio ſperante aurũ poſſe excoqui harena rubẽte in metallis argẽti. Hanc fuiſſe originem eius. Reperiri auteʒ iam tum in hiſpanijs ſed durum & harenoſum. Item apud Colchos in rupe quadã inaceſſa ex qua iaculãtes decuterent

Minio trium corpora illini ſolita erant.

Miniũ a Callia athenienſe in.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0501-6 DFG

id eſſe adulterũ. Optimum vero ſupra epheſum. Cilbianis agris. Harenã cocci colorẽ habere. Hãc teri. Dein lauari farinam. Et quod ſubſidat iterũ lauari. Differentiam artis eſſe: ꝙ alij miniũ faciunt prima lotura. Apud alios id eſſe dilutius. Sequentis autẽ loturæ optimũ. Auctoritatem colori fuiſſe non miror. Iam enim troianis tẽporibus rubrica in honore erat Homero teſte: qui naues ea commendat. Alias circa picturas pigmenta ꝙ rarus. Milton vocant græci minium: quidã cinabari. Vnde natus error indico cinnabaris nomine: Sic enim appellant illi ſaniem draconis eliſi elephantorũ morientiũ põdere permixto vtriuſq; animalis ſãguine: vt diximus. Neq; alius eſt color qui in picturis proprie ſanguinẽ reddat. Illa cinnabaris antidotis medicamẽtiſq; vtiliſſima eſt. Ad hercule medici quia cinnabari vocant pro ea vtunť hoc minio: quod venenũ eſſe paulo mox docebimus. Cinnabari veteres quę etiã nũc vocãt monocromata: pingebãt. Pinxerunt & epheſio minio: quod derelictum eſt: quia curatio magni opis erat: pretereaq; vtrunq; nimis acre exiſtimať. Ideoq; tranſire ad rubricam & ſinopidẽ: de quibus ſuis locis dicã. Cinnabaris adulteratur ſãguine caprino: aut ſorbis tritis. Præcium ſincere nũmi quinquaginta. Iuba miniũ naſci & in carmina tradit. Hermogenes & in æthiopia. Sed neutro ex loco ĩuehiť ad nos: nec fere aliũde q̃ ex hiſpania. Celeberrimũ ex ſiſaponenſi regione in betica miniario metallo vectigalibus Populi Romani nullius rei diligẽtiore cuſtodia. Non licet id ibi perficere excoquiq;. Romam perfertur vena ſignata ad dena milia fere pondo ãnua Romæ aũt lauať. In vendendo pręcio ſtatuta lege ne modũ excederet. lxx. in libras. Sed adulteratur multis modis: vnde præda ſocietati. Nãq; eſt alterũ genus in omnibus fere argentarijs: itẽq; plumbarijs metallis: quod fit ex vſto lapide venis permixto: non ex illo cuius vomicã argentũ viuũ appellauimus (ijs enim & ipſe in argentũ excoquiť) ſed alijs ſimul repertis. Steriles etiã plumbi deprehenduntur ſolo colore: nec niſi in fornacibus rubeſcentes: exuſtiq; tunduť in farinaũ. Et hoc eſt ſecundarium miniũ per q̃ paucis notũ: multũ infra naturales illas harenas. Hoc ergo adulteratur in officinis ſocioꝝ. Item ſcyrico: quonãmodo ſyricum fiat ſuo loco dicemus. Sublini aũt ſcyrico miniũ compendij ratio demonſtrat. Et alio modo pingentiũ furto oportunum eſt plenos ſubinde abluentium penicillos. Sidit autẽ in aqua. Cõſtatq; furantibus. Sinceri cocci nitor eſſe debet. Secũdarij autem ſplẽdor in parietibus ſentit imaginem. Quanq̃ hoc rubigo quędã metalli eſt. Siſaponẽſibus autem miniarijs ſuæ venę harena ſine argento excoquiť. Auri modo probať. Auro candente fucatum nigreſcit. Sincerum retinet colorem. Inuenio & calce adulterari. Ac ſimili ratione ferri candentis lamina: ſi non ſit aurum: deprehendi ilico. Solis atq; lunę cõtactus inimicus remediũ vt parieti ſiccato cęra punica cum oleo liquefacta cãdẽs ſetis inducatur. Iterũq; admotis galle carbonibus aduratur ad ſudorem vſq;. Poſtea cãdelis ſubigatur: ac deĩde linteis puris ſicut & marmora niteſcũt. Qui minium in officinis poliunt: faciem laxis veſicis illigant ne in reſpirendo pernicialem puluerem trahant: & tamen per illas ſpectent. Minium in voluminum quoq; ſcriptura vſurpatur. Clarioreſq; litteras vel in auro vel in marmore etiam in ſepulchris facit.

Cinnalaris quid.

Vel ex ſardo.

Vel pniciosũ.

## De hydragyro: de argẽto inaurãdo. & de corticulis in argẽti generibus & experimentis. CA. VIII.

EX ſecũdario inuenit vita & hyrdrargyrũ in vicem argenti viui pauloante dilatũ. Fit autem duobus modis: ęreis mortarijs piſtilliſq; trito minio ex aceto aut patinis ſictilib⁹ ĩpoſitũ ferrea cõcha calice coopertũ argilla ſuperillata. Dein ſub patinis accẽſũ follibus cõtinuo igni atq; ita calicis ſudore deterſo: quia fit argenteo colore: & aquę liquore. Idẽ guttis diuidi facilis & lubrico humore cõfluere. Qđ cũ venenũ eſſe cõueniat oĩa quæ de minio in medicinæ vſu traduť: temeraria arbitror p̃ter q̃ fortaſſe illitũ capiti ventriue ſãguinẽ ſiſtit: dũ ne quid p̃tereat in viſcera ac vulnus attingat: aliter vtendũ nõ equidẽ cẽſeam. Hydrargyro argẽtum inaurať ſolũ nunc prope cũ & in æra ſimili mõ duci debeat. Sed eadem fraus quæ in oĩ vitæ parte ingenioſiſſima eſt: viliorẽ excogitauit materiã. Vt docuimus. Auri argentiq; mentionẽ comitatur lapis quẽ coticulam appellant: quondam nõ ſolitũ inueniri niſi in flumine Tinolo: vt auctor eſt Theophraſtus. Nũc vero paſſim quem alij heraclium: alij lydium vocant. Sunt autem modici: quaternas vncias longitudinis: binaſq; latitudinis non excedentes. Quod a ſole fuit in ijs melius q̃ ꝙ a terra. Ijs cotticulis periti cum e vena lima rapuerint experimentũ: protinus dicũt quantũ auri ſit in ea. quantũ argenti vel æris ſcrupulari differentia mirabili ratione non fallente. Argenti duę differentię. Battilis ferreis cãdentibus ramento impoſito: quod candidum permaneat: ꝓbatur. Proxima bonitas ruffo: nulla nigro. Sed experimento quoq; fraus interuenit: ſeruatis enim in virorum vrina battilis inficitur ita ramentum obiter dum vritur: candoremq; mentitur. Eſt aliquod experimẽtum poſiti & in halitu hominis: ſi ſudet protinus: nubemq; diſcutiat.

Lapis atticu.

Mirum.

Argẽti experimentum.

## De ſpeculis: & ægyptio argento. CA. IX.

LAminas duci: & ſpeculas fieri: nõ niſi ex optimo poſſe creditu; fuerat. Id quoq; iã fraude
corrũpit. Sed natura miri eſt imagines reddendi: qd repercuſſo aere: atq; in oculos rege-
ſto fieri conuenit. Eade; vis ſpeculis vſu polita craſſitudie. Paulũq; ꝓpulſa dilatat in im-
menſũ magnitudo imaginũ. Tantũ intereſt: repercuſſũ illũ reſpuat: an accipiat. Quinetiam pocula
ita figurant: excultis intus crebris ceu ſpeculis: vt vel vno intuente populus totidem imaginum fiat.
Excogitantur & monſtrifica: vt in tẽplo ſmyrnæ dicata. Id euenit figura materiæ. Plurimũq; refert
cõcaua ſint: & poculi mõ an media depreſſa: an elata: an auerſa: an obliqua ſupina: an recta qualita-
te excipientis figuræ torquẽte venientes vmbras. Neq; enim eſt aliud illa imago: q̃ digeſta claritate
materię excipiẽtis vmbrã. Atq; vt omnia de ſpeculis pagat hoc loco: optĩa apud maiores fiebãt brũ
duſina: ſtagno & ære mixtis. Prelata ſũt argentea. Prim⁹ fecit praxiteles magni Pompeij ętate. Nu- Vel paſiteles
perq; credi cœptũ: certiorẽ imaginẽ reddi auro appoſito auerſis. Tingit & ægyptus argentu;: vt in
vaſis Anubem ſuũ ſpectet: pingitq; nõ cęlat argentum. Tranſit inde materia & ad triũphales ſtatu-
as: mirũq; creſcit preciũ fulgoris execati. Id aũt fit hoc mõ. Miſcetur argento tertia pars æris cyprij
tenuiſſimi: quod coronariũ vocant: & ſulphuris viui quantum argenti. Conflatur in fictili circunlito
argilla. Modus coquendi donec ſeipſa opercula aperiãt. Nigreſcit oui indurati luteo: vt tñ aceto &
creta deteratur. Miſcuit denario triũuir Antonius ferrũ. Miſcuit æri falſę monetę. Alij e põdere ſub
ſtrahunt: cũ ſit iuſtũ. lxxxiiij. e libris ſignari. Igit ars facta denarios probare tam iucunda e lege ple-
be: vti Mario gratidiano vicatim totas ſtatuas dicauerit. Mirũq; in hac artium ſola vitia diſcunt: &
falſum denarij ſpectat exemplar: pluribuſq; veris denarijs adulterinus emitur.

¶ De immodica pecunia: & quorum maxime opes fuerint: & quando primum Popu
lus Ro. ſtipem ſparſerit. CA.X.

NOn erat apud antiquos numerus vltra centu; milia. Itaq; hic & hodie multiplicat: vt de- Quis ſecũdũ
cies cẽtena milia: aut ſepius dicant. Fœnus hoc fecit nũmuſq; ꝑcuſſus: & ſic quoq; ęs alie- craſſu; diues
nũ etiãnũ appellat. Poſtea diuites cognominati: dũmõ notu; ſit: eũ qui primus acceperit dicebatur
hoc nomẽ: decoxiſſe creditoribus ſuis. Ex eadẽ gente. M. Craſſus negabat diuitẽ eſſe: ni- hinc de craſ-
ſi qui redditu annuo legionẽ tueri poſſet in agris ſuis ſeſtertiũ. xx. milia poſſedit Quiritiũ poſt Scyl- ſo dictum ex-
lam ditiſſimis. Nec fuit ſatis niſi totũ parthoꝝ eſuriſſet aurũ. Atq; vt nomen quidẽ opimi occupaue tat. Aurũ ſiti-
rit. Iuuat enim inſectari inexplebilẽ iſtã habendi cupiditatem. Multos poſtea cognouimus ſeruitu- ſti craſſe: aurũ
te liberatos opulentiores pariterq; tres Claudij principatu Pellantem Calliſtũ & Narciſtu;. Atq; vt pota.
hij ommittant: tanq̃ adhuc rerum potiantur. C. Aſinio Gallo. C. Martio Cyrino conſ. ad. vi. Kalẽ. fe
brua. C. Cecilius Claudius Iſidorus teſtamento ſuo dixit: quamnis multa ciuili bello perdidiſſet: ta
men relinquere ſeruorũ quattuor milia: centũ. xvj. Iuga boũ tria milia ſexcenta. Reliqui pecoris. cc.
quinquaginta ſeptẽ milia. In numerato pando ſexcenta milia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertijs. xi. mili
bus. Congregatę & excedentes numeꝝ opes. Quota tñ partio erũt Ptolemæi: quẽ Varro tradit põ-
peio res gerente circa iudeã: octona milia equitum ſua pecunia tollerauiſſe. Mille conuiuas totide;
oreis potorijs mutantem vaſa cum ferculis ſaginaſſe. Quota vero illę ipſę (neq; enim de regibus lo-
quor) portio fuerit. Pythij bythinij qui platanũ auream: vitẽq; nobile; illã Dario regi donauit: Xer
xis copias: hoc eſt ſepties. lxxxviij. milia hominũ excepit epulo. Stipendium quinq; menſiũ frumen Pythius q̃ ly-
tũq; pollicitus: vt e quinq; liberis ſenectuti ſue in delectu vnus ſaltẽ concederet. Hunc quoq; ipſum d⁹ athis fili⁹:
aliquis compararet Circeſo regi. Quæ malum amentia eſt: id in vita cupere: quod aut etiam ſeruis cõ xerſis copias
tigerit: aut ne in regibus quide; inuenerit finẽ? populus Ro. ſtipẽ ſpargere cœpit. Sp. Poſtumio. Q. pauit.
Martio conſ. Tãta pecunia erat: vt eam conferret. L. Scipioni: ex aqua ijs ludos fecit. Nã q; Agrip-
pæ Menenio ſeſtantes æris in funus contulit: honoris id neceſſitatiſq; propter paupertatem Agrip-
pæ: non largitionis eſſe dixerim.

¶ De luxuria: & frugalitate in vaſis: & lectis argẽteis: & quando lances immo-
dicæ factæ. CA.XI.

VAſa ex argento mira inconſtantia humani ingenij variat: nullum genus officinæ diu ꝓbã
do: nunc furniana: nunc clodiana: nũc gratiana. Eteni tabernas mẽſis adoptauimus: nũc
anaglypha: in aſperitatẽq; exciſa circa lineaꝝ picturas quærimus. Iã vero & mẽſas repoſi
torijs imponimus: & ad ſuſtinenda obſonia interradimus altera: & intereſt q̃ plurimũ lima perdide
rit. Vaſa coquinaria ex argento Caluus orator fieri quærit. At nos carrucas ex argento cęlare iueni-
mus. Noſtraq; ætate Põpeia cõiũx Neronis principis de licatoribus iumẽtis ſuis ſoleas ex auro quo Pompeiæ ne.
q; induere ſolebat. Libras. xxxij. argẽti. African⁹ ſequẽs hęredi reliquit. Idẽq; cũ de pœnis triũpha- vxo. luxus.
ret: quattuor milia. cccc. lxx. pondo tranſtulit hoc argentũ tota Charthago habuit illa terraꝝ æmu
la: quod nunc in menſaru; eſt apparatu. Poſtea victa numãtia & delata: idẽ Africanus in triumpho

☞

*Cati eliꝭ in vaſis fictilibus (conſul licet) frugalitas. Thori argentei. Annalium error notatur.*

militibus.xviꝭ.milia pondo dedit. O viros illo imperatore dignos? quibus hoc ſatis fuit. Frater eius allobrogicus primus oīm mille pondo habuit. Ad Liuius Druſus in tribunatu plebis.xi.milia. Naꝫ propter quincꝫ pondo notatū a cenſoribus triūphalē ſenem: iam fabuloſū videtur. Item Catuꝫ Eliū cum legati ætolorum in conſulatu prandentem in fictilibus adiſſent: miſſa ab iꝭs vaſa argentea non accepiſſe: neqꝫ aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem q̄ duo pocula: quę. L. Paulus ſocer eī ob virtutem deuicto. Perſeo rege donaſſet. Inuenimus legatos Carthaginentiū dixiſſe: nullos hoīm benignius inter ſeſe viuere q̄ Romanos. Eodem enim argēto apud oēs cœnitauiſſe ſeipſos. At hercules Pompeiuꝫ paulini equitis arelatenſis filium: paterna: quoqꝫ gente pulſum: ꝙ.xiꝭ.pōdo argēti habuiſſet apud exercitum ferociſſimis gentibus oppoſitum ſcimus. Lectos vero mulierꝝ iampridē totos operiri argento: & triclinia quędam: quibus argētum addidiſſe primus tradiꝛ. Caillius Pollio eques romanus. non vt operiret aut deliaca ſpecie faceret: ſed punica. Idē & aureos fecit. Nec multo poſt argentei deliacos imitati ſunt. Quæ oīa expiauit bellū ciuile ſyllanū. Paulo enim ante hęc facta ſunt. Lanceſqꝫ e centenis libris argēti: quas tūc ſup quingētas numero romæ fuiſſe cōſtat: multoſqꝫ ob eas proſcripto: dolo concupiſcentium. Erubeſcant annales qui bellū ciuile talibus vitiꝭs ipurauere. Noſtra ętas fortior fuit Claudiꝭ principatu. Seruus eius Druſillanus nomine Rotūdus: diſpēſator hiſpaniæ citerioris quinquagenariam lancē habuit: cui fabricandę officina prius exhędificata fuerat. Et comites eius octingētas quinquagintaocto libarum. Quare quæſo? niſi vt q̄ multi eas cōſerui inferrēt: aut quibus cœnātibus

*Feneſtella.*

Cornelius Nepos tradit ante Syllę victoriā duo tantū triclinia romę fuiſſe argentea. Repoſitoriꝭs argentū addi ſua memoria cœptuꝫ Feneſtella dicit: qui obiꝭt nouiſſimo Tyberiꝭ Cęſaris principatu. Sed & teſtudinea tū in vſū veniſſe. Ante ſe auteꝫ paulo ligneas: rotunda: ſolida: nec multo maiora q̄ menſas fuiſſe. Se q̄dē puero: q̄drata & cōpacta aut acere operta credo cœpiſſe. Mox additum argumentum ī angulos lineaſqꝫ ꝑ cōmiſſuras. Tympana vero ſe iuuene appellata ſtateras & lāces quas antiq̄ magidas appellauerāt. Nec copia tantū argēti fuerat vitæ: ſeu validius pœne metu præciū. Idqꝫ iāpridē vt ignoſcamꝰ nobis. Delphinos q̄nis milibus ſeſtertiꝭs in libras ēptos. C. Gracchus habuit. L. vero Craſſus orator duos ſyphos Mētoris artificis manu cælatos ſeſtertiꝭs centū. Confeſſus eſt tamen nunq̄ ſe iꝭs vti ꝓpter verecundiā auſū. Sicut eūdē.vi.milia

☞

*Luxuriaꝫ ro. ab aſia fluxit Attalus aſiæ rex ppl'm ro. in here. aſcripſit.*

ſeſtertiꝭs in ſingulas libras vaſa empta habuiſſe. Aſia primū deuicta luxuriā miſit ī italiā. Siqdem. L. Scipio tranſtulit in triumpho argenti cœlati pōdo milia quadringēta. l. Et vaſoꝝ aureorū pōdo.cc. milia anno conditæ vrbis quingenteſimo ſexageſimoquinto. Eadē aſia domita: multo etiā grauius afflixit mores: inutiliorqꝫ victoria illa hęreditas: Attalo rege mortuo fuit. Tum enī hęc emendi rōæ in auctionibꝰ regiꝭs verecūdia exēpta eſt: vrbis anno.dc.xxvꝭ.mediꝭs.lvꝭ.annis erudita ciuitate amare etiam & nō ſolū amirari opulentiam externā. Immenſo & achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores: quæ & ipſa hoc interuallo anno vrbis.dc.viiꝭ. parthica ſigna & tabulas pictas iuexit: ne quid deeſſet Paritérqꝫ luxuria nata eſt: & carthago ſublata: ita cōgruētibꝰ fatis: vt liberet āplectī vitia: & liceret peccare ex dignatione. Hinc aliq̄ veterū: vt. C. Marius poſt victoriā cimbricā cātharis portaſſe. Liberi patris exemplo traditur: ille orator rapinas & manipularis imperator.

## De ſtatuis argenteis: & cælatura argenti: & cæteris quibuſdam. CA.XII.

*Aduerte.*

ARgenti vſū in ſtatuas primū ad honorē Diui Auguſti in adulationē tēporuꝫ tranſiſſe falſo exiſtimaꝛ. Iam enim triūpho magni Pōpeiꝭ reperimus trāſlatā. Pharnacis: qui primus regnauit in ponto: argenteā ſtatuā. Itē Mithridatis Eupatoris & currus aureos angenteoſqꝫ. Argēto ſuccedit ex ea re aliquādo & auro luxu: fœminaꝝ plebis cōpedes ſibi ex eo facientium: quas induere aureas mos triſtior vetat. Vidimus & ipſi aureliū Tuſcum motū equeſtri ordine ob inſignem calūniam cū celebritate affectarentur adoleſcentiū ſcholæ ex argēto ānulos habētem. Et quid hoc attinet colligere cū capuli militū ebore etiā faſtidito cælarenꝛ argento: vaginę caſtillis: baltei laminis crepitent. Iā vero a pedagogis ad tranſitū virilitatis cuſtodianꝛ. Argento: fœminæ lauentur: & niſi argentea ſolia faſtidiant: eadēqꝫ materia & cibis & probris ſeruiat. Videret hac

☞

*Fabriciꝭ continentia renoſcat. Mentor. Argen. cęlator. ægregius.*

Fabritius & ſtratas argento mulierꝝ balineas: ita vt veſtigio locus non ſit cū viris lauantium. Fabritius inq̄ qui bellicoſos imperatores pluſq̄ paterā & ſalinum ex argēto habere vetabat. Videres hinc dona fortium fieri: aut in hæc frangi. Heu mores Fabritiꝭ nos pudet. Mirū in auro cęlando inclaruiſſe neminē: argento multos. Maxime tamen laudatus eſt Mentor: de quo ſupra diximus. Quattuor pari deniqꝫ ab eo omnino faſta: aciam nulluꝫ extare diciꝛ. Epheſiæ Dianę templū iacet. Capitolium incendiꝭs. Varro & ęreum ſignum eius habuiſſe ſcripſit. Proximi ab eo ammiratione Acragas

☞

*Argenti cęlatores ægregiꝭ qui fuiſſe dicuntur.*

& Boetus & Mys fuere extant hodie omnium opera in inſula Rhodiorum boeti apud lydiam Myneruam in templo Acragantis in templo liberi patris in ipſa Rhodo baccæ centauriqꝫ cælati in ſcyphis. Myos in eadem æde & Silenus & Cupido ſacra gentis & veneratio in ſcyphis. Magna fama

poſt hos celebratus eſt Antipater: quicꝫ ſatyrum in phiala grauatum ſomno collocauiſſe veriꝰ q̃ cæ
laſſe dictus eſt Stratonicus. Mox Cyzicenus Tauricus. Item ariſton & Onychus Nithilene lauda-
tur. Et Hecateꝰ: & circa magni Pompeij ætatem Praxiteles Poſidonius Epheſius. Lędꝰ Stratites:
qui prælia armatoſcꝫ cęlauit. Zopyrus qui areopagitas & iudicium Oreſtis in duobus ſcyphis pon
do.xij.æſtimatis. Fuit dein Pyrheas: cuius duę vncię viginti venierunt. Vlyſſes & Diomedes erant
in phialæ emblemate palladium ſurripiētes. Fecit idem & cocos Magireſia appellatos paruulis po
torijs. Sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam oportuna iniurię ſubtilitas erat
Habuit & Teucer Cruſtarius famaꝫ. Subditocꝫ hęc ars ita exoleuit: vt ſola iam vetuſtate cenſeatur.
vſcꝫ adeo attritis cælaturis ne figura diſcerni poſſit: auctoritas cōſtet. Argentum medicatis aquis in
ficitur atcꝫ etiam afflatu falſo: ſicut in mediterraneis hiſpaniæ. In argenti & auri metallis naſcuntur
etiam nunc pigmenta. Fit enim cæruleum: quod proprie limus eſt. Optimum ex eo quod atticum Argenti di-
vocatur. Pręcium in pondo libras.xxij. Proximum marmoroſum ſub dimidio attici precio. Tertiū uerſitas.
genus eſt preſſum: quod alij ſcyricum vocant ex inſula ſcyro. Iam quidem & ex achaia quo vtuntur
ad picturæ vmbras. Precium in libras huius.lij.bini. Dipondijs vero detractis quod lucidum vocāt
e gallia veniens. Hoc autem & attico ad lumina vtuntur. Ad abacos non niſi marmoroſo: quoniam
marmor in eo reſiſtit amaritudini calcis. Effoditur & ad.xx.ab vrbe lapidē in montibus. Poſtea vri-
tur preſſum appellantibus qui adulterant. Sed eſſe falſum aduſtumcꝫ amaritudine apparet: quoni-
am reſolutum in puluerem eſt.

¶De ſile: & cęruleo: & chryſocolla: & neſtoriano: & cilono: & qꝫ non omni anno
æqualiter ſpecies vendantur. CA.XIII.

SIlle primi inſtituere pingere: Polynotꝰ & Mycon attico duntaxat. Hoc ſecuta ætas ad lu
mina vſa eſt. Ad vmbras auteꝫ ſcyrico & lydio. Lydium ſardibus emebatur: quod nūc ob-
mutuit. Cæruleum harena eſt. Huius genera tria. Antiquius ægyptiū: quod maxime ꝓba Vel antiqtus.
tur ſcyricū hoc diluitur facile. Cuncꝫ teritur: in quattuor colores mutatur: candidioreꝫ ni-
grioremue: craſſiorem: tenuioremue. Pręfertur huic etiamnū cyprium. Acceſſit his puteolanū: & hi
ſpanienſe: harena ibi confici cœpta. Tingitur autem omne: & in ſua coquitur hærba: bibitcꝫ succuꝫ
Reliqua confectura eadem quæ chryſocollæ. Ex cæruleo fit: quod vocatur lomentum. Perficitur id
lauando terēdoue: & hoc eſt cæruleo candidius. Precia eius.xxiij.in libra. Cęrulei.xviij. Vſus in cre
ta calcis impatientes. Nuper acceſſit & neſtorianum ab auctore appellatuꝫ. Fit ex ægiptij leuiſſima Neſtorianuꝫ
parte. Precium eius.xl.in libras. Idem & puteolani vſus. præter q̃ ad feneſtras. Vocant cœlum. Non aNe.dictum
pridem apportari & indicum eſt cœptum. Cuius precium.xvij.in libras. Ratio in pictura ad inciſu-
ras hoc eſt vmbras diuidentes ab lumine. Eſt & ſubtiliſſimum genus lomenti: quidam trituꝫ quinis
aſſibus ęſtimatum. Cęrulei ſinceri experimentum in carbone vt flagret. Fraus viola arida decocta Vel qꝫ dāt tri
in aqua: ſuccocꝫ per linteum expreſſo in cretam erethriam. Vis eius in medicina vt purget vlcera. tum.
Itacꝫ & emplaſtris adijciunt. Itē cauſticis. Teritur difficillime ſile. In medēdo leuiter mordet: aſtri-
gitcꝫ & explet vlcera. Vritur in fictilibus vt proſit. Precia rerum quæ vſq̃ diſpoſuimus: non ignora-
mus alia in alijs locis eſſe: & omnibus pene annis mutari prout nauigationes conſtiterint: aut vt qſ-
cꝫ mercatus ſit: aut aliquis pręualens manceps annonam flagellet: non obliti demetrium tota hella
dę Neronis principatu accuſatum apud conſulem. Poni tamē neceſſarium fuit: quę plęrumcꝫ erāt
romę: vt exprimeretur auctoritatis rerum.

## ¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.XXXIIII. PROHEMIVM.

¶Aeris metalla. CA.I.

PROXIMA DICANTVR AERIS METALLA/CVI ET IN VSV: Pro- Aeris laus.
ximum eſt precium. Immo vero ante argentum: ac pene etiam ante aurum co-
rinthio. Stipis quocꝫ auctoritas vt diximus. Hinc æra militum tribuni ærari & Cur milites
ærarium: & obærati ab ære dicti. Docuimus q̃ diu populus Ro. ære ſignato tan- oberati dicti
tum vſus eſſet: & alia quę vetuſtas tradidit: cum æqualem vrbi auctoritateꝫ eius ſint.
declararet a rege. Numa collegio tertio fabrum erariorum inſtituto. Vena quo Vel fabroruꝫ
dictum eſt modo effoditur: ignicꝫ perficitur. Fit & lapide eroſo: quē vocāt Cad- Cadmia la-
miam. Celebritas in aſia: & quondaꝫ in campania: nunc in Bergomatium agro: pis vnde es fit
extrema parte italiæ. Feruntcꝫ nuper in germania etiā prouincia repertum.

¶Genus æris: quę corinthia: quę deliaca: quæ ęgnetica. CA.II. In cypro in-

HIt & ex alio lapide: quē calcitem vocant in cypro: vbi prima fuit ęris inuentio. Mox vtili- ſula primū es
tas præcipua reperto in alijs terris ꝓſtantiore: maxīe auricalco: qđ ob ꝑcipua bonitatem repertum.

ammiratiõe diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore effœta tellurę. Proximuꝫ bonitate fuit ſaluſtianum in centronum alpino tractu non longi & ipſum æui. Succeſſit & liuianũ in gallia. Vtrũqꝫ a metallorum dominis appellatum: illud ab amico diui Auguſti: hoc a cõiuge: velocis defectus. Liuianum quoqꝫ certe admodũ exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in marianum conuerſa: qđ & cordubenſe dicitur. Hoc a liuiano cadmiam maxime ſorbet: & aurichalchi bonitateꝫ imitatur in ſeſtertijs dipondiarijſqꝫ cyprio ſuis aſſibus cõtento. Et hactenus nobilitas in ære naturalis ſe habet. Reliqua genera artificio conſtant: quæ ſuis locis reddẽtur: ſumma claritate ante oĩa indicata. Quondam æs confuſe auro argentoqꝫ miſcebať: & tamen ars præcioſior erat. Nũc incertum eſt peior hæc ſit an materia. Mirũqꝫ cum ad infinitum operum præcia hæc creuerint: auctoritas artis extincta eſt Quæſtus enim cauſa: vt omnia: exerceri cœpta eſt: quæ gloriæ ſolebat. Ideo etiam deorum ad ſcripta operi cum proceres gentium claritatem & hac via quærerent: adeoqꝫ exoleuit fundendi æris p̃cioſi ratio: vt iamdiu ne fortuna quidem in ære ius artis habeat. Ex illa autem antiqua gloria corinthium maxime laudatur: hoc caſus miſcuit. Corintho cum caperetur incenſa: mireqꝫ circa id multorum affectatio fuit. Quippe cum tradatur non aliena de cauſa Verrem quem Cicero damnauerat proſcriptum eſſe ab antonio: quam ꝙ corinthijs ſe ei ceſſurum negauiſſet. At mihi maior pars eorũ ſimulare eam ſcientiam videtur: ad ſegregandos ſe a cęteris magis q̃ intelligere aliquid ſubtilius: & hoc paucis docebo. Corinthus capta eſt olympiadis centeſimæ quinquageſimæ ſextæ anno tertio: noſtræ vrbis ſexcenteſimooctauo: cum ante in ſeculo fictores: nobiles eſſe deſiſſẽt: quoruꝫ iſti omnia ſigna hodie corithia appellãt. Quapropter ad coarguẽdos eos ponemus artificũ ætates: nam vrbis noſtrę annos & ſupradicta comparatione olympiadum colligere facile erit. Sunt ergo vaſa tantum corinthia quæ iſti elegantiores nunc æs ſculpendo trãſferũt modo in lucernas: modo in trullas: nullo mundiciarum reſpectu. Eius tria genera. Candidum argento nitore q̃ proxime accedens: in quo illa mixtura præualuit. Alterum in quo auri fulua natura. Tertium in quo ęqualis omnium temperies. Fuit. Præter hæc eſt: cuius ratio non poteſt reddi: q̃q̃ hominis manu facta dederit fortuna temperamentum ſimulacro ſigniſqꝫ. Illud ſuo colore præcioſum ad iocineris imaginem vergens: quod ideo epatizon appellant: procul a corinthio. Longe tamen ante egineticum atqꝫ deliacum: quæ diu obtinuere in principatum. Antiquiſſima ęris gloria deliaca fuit mercatus in delo concelebrante toto orbe: & ideo cura officinis triclinorum pedibus fulchriſqꝫ. Ibi prima nobilitas æris. Peruenit deinde ad deum ſimulacra: effigieqꝫ hominum: & aliorum animalium. Proxima laus eginetico fuit. Inſula ipſa eſt nec gignent: ſed officinarum temperatura nobilitata. Bos aereus inde captus in foro boario eſt romę. Hic eſt exemplar eginetici ęris. Deliaci auteꝫ Iuppiter in capitolio in Iouis tonantis æde. Illo ære. Myron vſus eſt. Hoc polycletus æqualis atqꝫ condiſcipulus. Aemulatio autem & in materia fuit.

¶De candelabris: & templorum ornamentis. CA. III.

PRiuatimqꝫ ægina candelabrorum ſuperficiem dumtaxat elaborauit: ſicut tarentum ſcapos: in ijs ergo iuncta commendatio officinarum eſt. Nec pudet tribunorum militarium ſalarijs emere: cum ipſum nomen a candelarum lumine impoſitum appareat. Accenſio candelabri talis fuit: vt auctor eſt Dion. Iuſſu præconijs Cleſippus fullo gibbere & præterea alio fœdus aſpectu fabricatus eſt: emente id Gegania ſeſtertijs. L. eodemqꝫ oſtentante in conuiuio emptum ludibrij cauſa nudatus. atqꝫ impudentia libidinis receptus in torum mox in teſtamẽtum prediues nimium vice illud candelabrum coluit: & hanc corintijs fabulam adiecit: vindicatis tamen moribus nobili ſepulchro: per quod ęternas ſupra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret Sed cum eſſe nulla corinthia candelabra conſtet: nomen id præcipue in ijs celebratur: quoniã Nummij victoria corinthum quidem diruit: ſed compluribus achaiæ oppidis ſimul æra diſperſit. Priſci limina etiam valuas in templis ex ære factitauere. Inuenio & a. Cn. Octauio qui de Perſeo rege naualem triumphum egit factam porticum duplicem ad cyrcum flaminium: quę corithia ſit appellata a capitulis æreis columnarũ. Veſte quoqꝫ ædem ipſã ſiracuſana ſuperficie regi placuiſſe Syracuſana ſũt in Pantheo capita columnarum a. M. Agrippa poſita. Quinetiam priuata opulentia eo modo vſurpata eſt: Camillo enim crimini obiecit. Sp. Caruillius quæſtor: ꝙ ærata hoſtia haberet in domo. Nã triclinia ærata abacoſqꝫ & monopodia. Cn. Manilium aſia deuicta primum ĩueniſſe triũpho ſuo: quẽ duxit vrbis anno quingenteſimoſexageſimoſeptimo. L. Piſo auctor eſt. Antias qdeꝫ. L. Craſſũ hęredẽ. L. Craſſi oratoris multa etiaꝫ triclinia ærata vẽdidiſſe. Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine delphicas: quoniã donis maxime Apollinis delphici dicebantur. Placuere & lychni penſiles in delubris: arborum modo mala ferentium lucentes. Qualis eſt in templo Apollinis palatini quem alexãder thebarum expugnatione captum in cyma dicauerat eidem deo. Trãſit de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0506-5
DFG

intades vbi vulgo ad effigiem deorum.

¶Quando primum ſimulachrum romæ factum: & de origine ſtatuarum/ & honore ſtatuarum: & generibus: & figuris. CA.IIII.

ROmæ ſimulachrū ex ære factū. Cęreris factuꝫ reperio ex peculio. Sp. Caſſij: quē regnū affe
ctantē pater ipſius iteremerat. Tranſijt & ab dijs ad hoīꝫ ſtatuas/atq; imagines multis mo
dis. Antiqui pingebant eas bitumine: quo magis mirū eſt: placuiſſe auro integer. Hoc ne
ſcio an romanum fuerit inuentū. Cert e ēt Rome non habet vetuſtatem. Effigies hominuꝫ
non ſolebāt exprimi: niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium: & primo ſacrorum certami
num victoria: maximeq; olympiæ/vbi oīm qui viciſſent ſtatuas dicari mos erat. Eorū vero/qui ter ibi
ſupauiſſent: ex mēbris ipſoꝝ ſimilitudine expreſſa: quas iconas vocant athenienſes. Neſcio ān primi
oīm Harmodio/ & Ariſtogitoni tyrānicidis publice poſuerint ſtatuas. Hoc actū eſt eodē anno: quo &
reges Romæ pulſi. Excepta deinde res eſt a toto orbe terrarum humaniſſima ambitione. Et iam oīꝫ
municipiorum/ & fori ſtatuæ ornamētum eſſe cœpe: ꝓgariq; memoria hominum/ & honores legi
æuo: & baſibus inſcribi: ne in ſepulchris tm̄ legerētur. Mox forū & in domibus priuatis factū/atq; in
atrijs. Honos clientiū inſtituit ſic colere patronos.

Primū Cereris romę ęreum ſiſachruꝫ

¶De ſtatuis/ & quibuſdam alijs: & quibus primum in columna: & qñ roſtra: & quando primū publice: & q̄ primum ſtatuæ Romę. CA.V.

TOgata effigie antiq̄tus ſtatuę dicabātur. Placuere & nudę tenētes haſtā ad epheborū gym
nicis exēplaribus: quas achilleas vocāt. Græca res eſt nihil velare. At ecōtra romana/ac mi
Et in vna tabula q̃ eſt rhodij:Meleagrū:hęrculē:Perſea. Hęc ibi ter fulmine ambuſta:ne oblittera
ta hoc ipſo miraculum auget. Pīxit & Archigallū:quā picturā amauit Tiberius priceps: atq; vt au
ctor eſt Detius e culeo.lx.ſeſtertijs ęſtimatā cubiculo ſuo incluſit. Pinxit & Creſſam nutricem:infā
temq; in manibus eius. Et Philiſcum/& libeꝝ patrē aſtāte virtute:& pueros duos:i quibus ſpecta=
tur ſecuritas/& ſimplicitas ętatis. Item ſacerdotem aſtante puero cum acerra/& corona. Sunt&
duæ picturæ eius nobiliſſimæ hoplitides. Alter in certamine ita decurrens: vt ſudare videatur. Al=
ter arma deponens:vt anhelare ſentiať. Laudať & Aeneas/Caſtorq;/& Pollux i eadē tabula. Itē the

Aduerte.

lephus/Achilles/Agamēnon/Vlyſſes fœcundus artifex. Sed quo nemo inſolentius/& arrogantius
ſit vſus gloria artis. Nam & cognomina vſurpauit abrodietum ſe appellando: alijſq; verbis princi=
pem artis/& eā ab ſe cōſumatam. Super omnia Apollinis ſe radice ortum:& hęrculem:quem lyn=
di fecerat talem a ſe pictum: qualem ſępe in quiete vidiſſet. Ergo magnis ſuffragijs ſuperatus a Ti
manthe eſt ſami in Aiace:armorum quoq; iudicio Herois nomine id ſe moleſte ferre dicebat:ꝙ ite
rum ab indigno victus eſſet. Pinxit & in minoribus tabellis libidines eo genere/& petulantibus io=

ci ſe reficiens.Nam Timanthi vel plurimum affuit ingenij. Eius enim eſt Iphigenia oratorum lau
dibus celebrata.Qua ſtante ad aras peritura cum mœſtos pinxiſſet omnes præcipue patruum: cũ
triſticiæ omnem imaginem conſumpſiſſet patris ipſius vultum velauit: quem digne non poterat
oſtendere. Sunt & alia ingenij eius exemplaria veluti Cyclops dormiens in paruula tabula. Cuius
& ſic magnitudinẽ exprimere cupiẽs pinxit iuxta ſatyros thyrſo pollicẽ eius metientes: atq; in om
nib⁹ eius operibus intelligitur plus ſemper q̃ pingitur. Et cum ars ſumma ſit: igenium tamen vltra
artem eſt.Pinxit & heroa abſolutiſſimi operis.arte ipſa complexus vires pingendi:quod opus nũc
romæ in templo Pacis eſt.Euxinidas hac ętate docuit Ariſtidẽ præclarum artificẽ.Eupompus Pã
philuȝ Apellis p̃ceptorem.Eſt Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipſius aucto
ritas tanta fuerit:vt diuiſerit picturam in genera tria: quæ ante eum duo fuere/helladicum:& aſiti⸗
cum.Aſiticum appellabant propter hunc qui erat ſcycionius.Dimiſſo helladico tria facta ſunt. Io⸗
nicũ:ſcycionium: atticum.Pãphili pictura eſt cognatio/& pręlium ad philuntẽ:& victoria atheniẽ
ſium.Itẽ vlyſſes in rate.Ipſe macedo natione/ſed primus in pictura omnibus litteris eruditus:præ⸗
cipue arithmeticæ/& geometricæ:ſine quibus negabat artẽ perfici poſſe.Docuit neminẽ mĩoris ta
lento ãnis decẽ:quã mercedẽ & Appelles/& Meltius ei dedere.Et huius auctoritate effectũ eſt ſicy
one primũ deĩde & in tota græcia:vt puer ingenui ante omnia graphicem:hoc eſt picturam ĩ buxo
docerentur:reciperetur q; ars ea in primum gradum liberalium.Semper quidẽ honos ei fuit:vt in⸗
genij eam exercerent:mox vt honeſti perpetuo interdicto:ne ſeruitia docerentur.Ideo neq; in hac
neq; in toreutice vllius qui ſeruierit opera celebrãtur.Clari etiam cẽteſimaſeptima olympiade exti⸗
tere.Echion & Terimachus.Echionis ſunt nobiles picturæ Liber pater:iteȝ tragœdia & comœdia

vel ĩgenua

vel ãtigra⸗
phicem.
vel in ludo
apelles pi.
princeps.

Semiramiș ex ancilla adipiſcens regnum:annus lampadas præferens:& noua nupta verecũdia no
tabilis.Verum & omnes prius genitos futuroſq; poſtea ſuperauit appelles eo vſq; olympiade cen⸗
teſima.xij.in pictura ꝓuectus vt plura ſolus ꝓpe q̃ cæteri omnes cõtulerit:voluminibus editis quæ
doctrinam eã continent.Præcipua eius in arte venuſtas fuit:cũ eadẽ ætate maximi pictores eſſent.
quorum opera cum ammiraret̃:collaudatis omnibus:deeſſe ijs vnam illam venereȝ dicebat:quam
græci charitas vocant.Cætera omnia cõtigiſſe.Sed hac ſoli ſibi neminem parem.Et aliam gloriam
vſurpauit:cum Prothogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modũ anxie miraretur.Dixit enĩ
omnia ſibi cum illo paria eſſe:aut illi meliora:ſed vno ſe præſtare:ꝙ manum ille de tabula neſciret
tollere:illo memorabili præcepto:nocere ſæpe nimiam diligentiam.Fuit autem nõ minoris ſimpli
citatis q̃ artis.Nam cedebat Amphioni de diſpoſitione:nec Aſclepiodoro de menſuris:hoc eſt quã⸗
to quid a quo diſtare deberet.Scituȝ eſt iter Prothogenem & eum quod accidit. Ille rhodi viuebat.
Quo cum Apelles annauigaſſet:auidus cognoſcendi opera eius fama tantum ſibi cogniti:cõtinuo
officinam petit.Aberat ipſe:ſed tabulã magnæ amplitudinis in machinam aptatam picturæ anus
vna cuſtodiebat.Hæc prothogenem fortis eſſe reſpondit:interrogauit q; a quo quæſitum diceret.

Dictuȝ de
ap.labore
continuo.

vide & no⸗
ta de pro⸗
tho.& apel
le.

Ab hoc inquit Apelles areptoq; peniculo lineã ex colore duxit ſummæ tenuitatis p tabulã.Reuer⸗
ſo prothogeni q̃ geſta erant anus indicauit.Ferunt artificẽ protinus contemplatum ſubtilitatem di⸗
xiſſe.Apellem veniſſe.Non enim cadere in alium tam abſolutum opus.Ipſum tũc alio colore tenu
iorem lineam in ipſa illa duxiſſe:præcepiſſeq; abeuntem ſi rediſſet ille:oſtenderet:adijceretq; hunc
eſſe quem quæreret:atq; ita euenit.Reuertitur enim Apelles:ſed vinci erubeſcẽs:tertio colore line⸗
as ſecuit: nullum relinquens amplius ſubtilitati locũ:at Prothogenes victum ſe confeſſus in portuȝ
deuolauit hoſpitem quærens.Placuitq; ſic eam tabulam poſteris tradi:omnium quidem:ſed artifi⸗
cum p̃cipue miraculo.Conſumptam eam cõſtat priore incendio domus Cæſaris in palatio.Auide
ante a nobis ſpectatam ſpatioſiore amplitudine:nihil aliud continentem q̃ lineas viſum effugiẽtes.
Inter ægregia multorum opera inani ſimilem & eo ipſo allicientem omniq; opere nobiliorem: ap⸗
pelli fuit alioquin perpetua conſuetudo nunq̃ tam occupatam diem agendi: vt non lineam ducen⸗
do exerceret artem:quod ab eo in prouerbium venit.Idem perfecta opera proponebat in pergula
trãſeuntibus:atq; poſt ipſam tabulam latens:vitia quæ notarentur auſcultabat:vulgum diligentio⸗
rem iudicem q̃ ſe pręferens.Feruntq; a ſutore reprehenſum ꝙ in crepidis vna intus pautiores feciſ⸗
ſet anſas.Eodem poſtero die ſuperbæ emendationem priſtinæ ammonitionis cauillante circa crus
indignatum proſpexiſſe:denuntiantem ne ſupra crepidam ſutor iudicaret:quod & ipſuȝ in prouer
bium venit.Fuit enim & comitas illi propter quam & gratior Alexandro magno erat: frequenter
in officinam ventitanti.Vnde vt iam diximus:ab alio pingi ſe vetuit inueterato edicto.Sed & in of⸗
ficina imperite multa diſſerenti ſilentium comiter ſuądebat:rideri eum dicens a pueris qui colores
tererent.Tantum auctoritatis & iuris erat ei in regem alioquin iracundum.Quãq̃ alexander ei ho⸗
norem clariſſimo p̃buit exemplo.Nãq; cum dilectæ ſibi ex pallacijs ſuis præcipue nomine Cam⸗

Nulla dies
ſine linea.
Prouerbiũ
ab appelle
ortum.
alterũ pro.
Ne ſutor ſu
pra crepi⸗
dã iudicet
appelles ab
Alexãdro
charus

paſpen nudam pingui ob ammirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet: eamqꝫ cum pari captũ amore
ſenſiſſet: dono dedit eam. Magnus animo/ maior imperio ſui: nec minor hoc factoq̃ victoria aliqua
Quippe ſe vicit: nec thorum tantum ſuum: ſed etiam affectum donauit artifici: ne dilectę quidem
reſpectu motus: vt quę modo regis fuiſſet: modo pictoris eſſet. Sunt qui Venerẽ anaclyopomenen
illo pictam exemplari putant: Apelles/ & ęmulus benignus Prothogeni dignationeꝫ primus rhodi
cõſtituit. Sordebat ille ſuis: vt plęrũqꝫ domeſtica. Percontantiqꝫ quãti licitaret opera effecta: paruũ
neſcio quid dixerat. At ille quinquagenis talentis popoſcit: famãqꝫ diſperſit ſe emere: vt pro ſuis vẽ
deret. Ea res concitauit rhodios ad intelligendum artificem: nec niſi augẽtibus preciuꝫ ceſſit. Ima
ginum ille ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit: vt incredibile dictu: apion grammaticus ſcriptuꝫ re
liquerit: quandam ex facie hominum ad diuinãtem: quos metopoſcopos vocant: ex ijs dixiſſe aut
futuræ mortis annos/ aut pręteritæ. Non fuerat ei gratia ĩ comitatu alexandri cum Ptolomęo: quo

Aduerte diligenter.

regnante alexandriam vi tempeſtatis expulſus ſubornato fraude ęmulorum plano regio inuitatus
ad regis cœnam venit. Indignantiqꝫ Ptolomęo/ & vocatores ſuos oſtendenti vt diceret a quo eorum
inuitatus eſſet: arrepto carbone extincto e foculo: imaginẽ in pariete deliniauit: agnoſcente vultũ
Plani rege ex ĩchoato protinus pinxit & antigoni regis imaginẽ altero lumine orbã primus excogi
tata ratione vitia condendi: obliquam nanqꝫ fecit: vt quod corpori deerat picturæ potius deeſſe vi
deretur. Laniumqꝫ ea in parte a facie oſtendit: quã totã poterat oſtendere. Sunt inter opera eius ex
pirantium imagines. Quę aũt nobiliſſima ſint: non eſt facile dictu. Venereꝫ exeũtem e mari diuus
Auguſtus dicauit in delubro patris Cęſaris: quę anadyomenæ vocatur: verſibus gręcis tali opere
dum laudatur victo ſed illuſtrato. Huius enim inferiorẽ partẽ corruptaꝫ/ qui reficeret: nõ poterat

Apelles coꝰ venereꝫ ĩpfectã veli quidquam Nemo pfi cere auſꝰ ẽ.

inueniri. Verum ipſa iiuria ceſſit in gloriam artificis: conſentit hęc tabula cariæ. Aliãqꝫ pro ea Ne
ro in principatu ſubſtituit ſuo. Dorothei manu/ Apelles inchoauerat aliam Venerem cois: ſupatu
rus etiam ſuam illam priorem. Inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet operi ad pręſcripta
liniamenta inuentus eſt. Pinxit & Alexãdrum magnum fulmen tenentem in templo epheſiæ Dia
næ. xx. talentis auri. Digyti eminere videntur: & fulmen extra tabulã eſſe. Sed legentes meminerit:
omnia ea conſtare quattuor coloribus. Immaneæ tabulæ precium accepit aureos menſura nõ nu

Nota de equo picto

mero. Pinxit & megabizi ſacerdotis Dianæ epheſiæ pompã. Clidicum equo ad bellum feſtinantẽ:
& ei galeam poſcenti armigerum porrigentem. Alexandrum/ & Philippum quotiens pixerit enu
merare ſupuacuum eſt. Mirantur eius abronem ſamij. Et Menandrum regẽ Cariæ rhodij. Itẽ ãce

apelles tonitrua/ ac tẽpe. pixit.

um alexandriæ Gorgoſthenem tenentem Tragœdum Romæ Caſtorem/ & Pollucem cũ victoria
& Alexandro magno. Item belli imaginem reſtrictis a tergo manibus Alexandro ĩ curru triũphan
te. Quas vtraſqꝫ tabulas Diuus Auguſtus in fori ſui partibus celeberrimis dicauerat ſimplicitate
moderata Diuus Claudius pluribus exiſtimauit. In vtriſqꝫ exciſa facie Alexãdri diui Auguſti ima
ginem ſubdere. Eiuſdem arbitrantur manu eſſe/ & ĩ antoniæ templo Hęrculem auerſum: vt quod
eſt difficillimum faciem eius oſtendat verius pictura q̃ promittat. Pinxit & heroa nudum: eaqꝫ pi
cturam naturam ipſam prouocauit. Eſt & equus eius ſine fine pictus in certamine quod iudicium
ad multas quadrupedes prouocauit ab hominibus. Nanqꝫ ambitu ęmulos pręualere ſentiens ſin
gulorum picturas inductis equis oſtendit: apellis tantum equo adhiniuere: idqꝫ poſtea ſemper illiꝰ
experimentum artis oſtentatur. Fecit & neoptolemum ex equo aduerſus perſas: archelaũ cũ vxo
re/ & filia: antigonum thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis pręferunt omnibus eius
operibus eundem regem ſedentem in equo. Dianam ſacrificantiũ virginum choro mixtam: quibꝰ
viciſſe Homeri verſus videtur idipſum ſcribentis. Pinxit & quę pingi non poſſunt tonitrua: fulge
tra/ fulguraqꝫ/ bronten/ aſtrapen/ ceraunobolon appellant. Inuẽta eius/ & cęteris eius profuere ĩ ar
te. Vnum imitari nemo potuit: quod abſoluta opera atramẽto illinebat ita tenui: vt idipſuꝫ repcuſ
ſu claritates oculorum excitaret: cuſtodiretqꝫ a puluere/ & ſordibus ad manum intuenti demuꝫ ap
pareret. Sed & tũ ratione magna: ne colorum claritas oculorum aciem offẽderet: veluti per lapidẽ
ſpecularem ĩtuẽtibus e longiquo. Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret
ęqualis eius fuit Ariſtides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit: & ſenſus omnes expreſ
ſit: quos vocant gręci ethe. Item perturbationes: durior paulo in coloribus. Huius pictura: oppido
capto ad matris morientis ex vulnere mãmã adrepens infans. Intelligiturqꝫ ſentire mater: & timo
re ne e mortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander Magnus tranſtulerat

Ethe.

pellam in patriam ſuam. Idem pinxerat pręlium cum perſis centuꝫ homines ea tabula complexus
pactuſqꝫ in ſingulos mnas denas a tyranno e latenſium Mnaſone. Pinxit & currentes quadrigas.
Et ſupplicãtem pene cum voce. Et venatores cum captura. Et leontionem pictorem. Et anapauo
menon propter fratris amorem morientem. Item Liberum patrem/ & ariadnẽ ſpectatos romæ in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0526-6
DFG

æde. Cæteris Tragœdum & puerum apollinis. Cuius tabulæ gratia interijt pictoris inſcitia: cui ter gendam eam mendauerat. M. Iunius prætor ſub die ludorum appollinarium. Spectata eſt in æde Fidei in capitolio imago ſenis cum lyra puerum docentis. Pinxit & ęgrum ſine fine laudatuꝫ. Qua in arte tantuꝫ valuit: vt Attalus rex vnam tabulam eius centum talentis emiſſe tradatur. Simul vt dictum eſt & prothogenes floruit patria ei ſi caunus gentis rhodijs ſubiectę. Summa eius paupertas initio artiſqꝫ ſumma intentio: & ideo minor fertilitas. Quis eum edocuerit: non putant cõſtare. Quidam & naues pinxiſſe vſqꝫ ad annum quinquageſimum. Argumẽtum eſſe: ꝙ cum athenis celeberrimo loco Mineruę de lubro Popyleon pingeret vbi fecit nobilem Paralum & Hemionida: quam quidam nauſicam vocant: adiecerit paruulas naues longas in ijs: quæ pictores Parerga appellãt vt appareret a quibus initijs ad arcem oſtentationis opera ſua perueniſſent. Palmam habent.

tabularum eius Ialyſus: qui eſt vſqꝫ hodie romæ dicatus in templo Pacis: quem cum pingeret. tradi tur madidis lupinis vixiſſe: quoniam ſimul famen ſuſtinerent & ſitim ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret. Huic picturæ quater colorem induxit contra ſubſidia iniuriæ & vetuſtatis: vt decendente ſuperiore inferiore ſuccederet. Eſt i ea canis mire factus: vt quẽ pariter caſus & ars pinxerit: Nõ iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis cum in reliqua omni parte quod difficillimũ erat: ſibi ipſe ſatiſfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa: nec minui poterat: & videbatur nimia ac lõgius a veritate diſcedere: ſpumaqꝫ illa pingi/non naſci ex ore anxio animi cruciatu cum in pictura veruꝫ eſſe non veriſimile vellet: abſterſerat ſæpius: mutaueratqꝫ penicilluꝫ: nullo modo ſibi approbãs. Poſtremo iratus arti quod intelligeret̃: ſpongiam impegit inuiſo loco tabulæ: ex illaqꝫ repoſuit ablatos colores: qualiter cura optauerat: fecitqꝫ in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo ſimilis & Nealteꝫ ſucceſſus in ſpuma equi ſimiliter ſpongia ipacta ſecut⁹ dicit̃ cũ pingeret popiꝫonta retinentẽ equũ Cum ita prothogenes mõſtrauit & fortuna. Propter hunc Ialyſum ne cremaret tabulas Demetrius rex: cum ab eo parte ſola poſſet rhodum capere: nõ incendit: parcẽteqꝫ picturæ fugit occaſio victoriæ. Erat tunc prothogenes in ſuburbano hortulo ſuo: hoc eſt Demetrij caſtris. Neqꝫ interpellatus prœlijs inchoata opera intermiſit oĩno: ſed accitus a rege interrogatuſqꝫ q̃ fiducia extra muros ageret: reſpondit: ſcire ſe illi cum rhodijs bellum eſſe non cum artibus. Diſpoſuit ergo rex in tutelam eius ſtationes gaudẽs: ꝙ poſſet manus ſeruare quibus iam pepercerat: & ne ſepius auocaret: vltro ad eum venit hoſtis. Relictiſqꝫ victoriæ ſuæ votis inter arma & murorũ ictus ſpectauit artificem. Sequiturqꝫ tabulam eius tẽporis hæc fama: ꝙ eam Prothogenes ſub gladio pinxerit. Satyrus hic eſt: quem Anapauomenon vocant: ne quid deſit tẽporis eius ſecuritati tibias tenens. Fecit & Cydippẽ Triptolemũ: Cyliſcum tragœdiarum ſcriptorẽ mediãtem & Athletã: & Antigonum regem: & imaginem matris Ariſtotelis philoſophi: qui ei etiã ſuadebat: vt alexãdri magni opa pingeret: pp æternitatem rerũ. Impetus animi & libido in hæc quædã artis eum potius tulere. Nouiſſime pinxit alexandrum ac pana. Fecit & ſigna ex ære: vt diximus. Eadem ætate Aſclepiodorus fuit: quẽ in ſymmetria mirabat̃ Apelles Huic Mnaſon tyrannus pro. xij. dijs dedit in ſingulos mnas tricenas. Ideqꝫ Theomneſto in ſingulos heroas mnas centenas. His ãnumerari debet. Nichomachus Ariſtodemi filius: ac diſcipulus. Pinxit hic raptũ ꝓſerpinæ. Quæ tabula fuit in capitolio i Mineruæ delubro ſupra ædiculã iuuentutis. Et in eodẽ capitolio alia quã Plancus imperator poſuerat victoria quadrigam in ſublime rapiens. Hic primus Vlyxi addidi pileum. Pinxit & Apollineꝫ & Dianã: Deũqꝫ matrem in leone ſedentẽ. Et item nobiles baccas arreptãtibus ſatyris. Scyllamqꝫ q̃ nunc eſt romæ in tẽplo pacis. Nec fuit alius in ea arte velocior. Tradũt nãqꝫ conductũ eum ab ariſtrato ſicyoniorum tyranno ad pingendũ: qd is faciebat Teleſti poetæ monumẽtũ: præfinito die itra quẽ pageretur: nec multo ãte veniſſe: accẽſo i pœnã tyrãno: pauciſqꝫ diebus abſoluiſſe celeritate & arte mira. Diſcipulos habuit ariſtidẽ fratrẽ & ariſtoclẽ filiũ & Philoxenũ eretriũ. Cuius tabula nullis poſt ferẽda Caſſãdro regi picta: continuit Alexãdri pręliũ cum Dario. Itẽ pinxit & laſciuiaꝫ: in qua tres Sileni comeſantur. Hic celeritatẽ ꝑceptoris ſecutus: breuiores etiãnuꝫ quaſdã picturæ vias & cõpendiarias inuenit: ãnumerat̃ his & Nicophanes elegans & cõcinus: ita vt vetuſta opera pingeret pp æternitateꝫ reꝝ impetuoſi animi. & cui pauci cõparent̃. Coturnus ei & grauitas artis. Multũ a Zeuſide & apelle abeſt apellis diſcipulus Perſeus: ad queꝫ de hac arte ſcripſit: q̃ huius fuit ętatis. Ariſtidis thebani diſcipuli fuerunt: & filij Niceros: & Ariſtippus cuius eſt Satyr⁹ cũ Scypho coronatus. Diſcipuli ei⁹ fuerunt antorides: & Euphranor de quibus mox dicemus. Nãqꝫ ſubtexi par eſt: minoris picturę celebres in penicillo e quibus fuit Pyreicus: arte paucis poſtferendus. Propoſito neſcio an deſtruxerit ſe: quoniã humilia quidẽ ſecutus humilitatis tñ ſummã adeptus eſt gloriã. Tonſtrinas/ſutrinaſqꝫ pinxit/& aſellos/& obſonia/aſimilia. ob hoc cognominatus Rhyparographos. In ijs cõſumatę voluptatis. Quippe eæ pluris venire q̃ maxĩe multorũ· E diuerſo meniana: vt iquit Varro omnia ope

☞ quo veſ= ceret̃ Pro tho. dũ ta bu. pin gue, ꝑtho genes canis ſpu= ma pigere molliẽs: ira t⁹. tus. quid nã fecerit.

☞ qd ex neal= tes equinaꝫ ſpumã pin gẽt a tãtãs. vel tepole= mum.

☞ ſybelle deo rum mater turrita leo= nibus inſi= debat.

Vel ariſtõ.

rhiparogra phos.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0527-2
DFG

riebat Serapionis tabula ſub veteribus. Hic ſcœnas optime pinxit: ſed hominem pingere nõ potuit Contra Dyoniſius nihil aliud q̃ homines pinxit ob hoc Anthropographus cognomiatus/ parua/ & Calicles fecit. Itẽ caleces comicis tabellis. Vtraq; anthiphilus. Nã & heſionam nobilẽ pinxit: & Alexãdrum/ ac philippum cũ Minerua/ qui ſunt in ſchola in octauiæ porticibus/ & philippi Liberũ patrem Alexandrũ puerum. Hippolitum tauro emiſſo expaueſcentẽ. In põpeia vero Cadmuz/ & Europen. Idemq; iocoſo nomine/ & gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturæ gryllus vocatur. Ipſe i ęgypto natus didicit a Cteſidemo. Decet nõ ſileri/ & ardeatis tẽpli pictorẽ præſertim ciuitate donatũ. Ibi & carmine/ quod eſt in ipſa pictura his verſibus.

*Anthropographus. — Gryllus.*

Dignis digna loco picturis condecorauit.
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis templum.
Marcus Ludius elotas ętolia oriundus:
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc ardea laudat.

Ea ſunt ſcripta antiquis litteris latinis. Non fraudando/ & Ludio/ & diui Auguſti ętate: qui primus inſtituit amœniſſimã parietum picturam villas/ & porticus/ ac topiaria opera/ lucor/ nemora/ colles/ piſcinas/ euripos/ amnes/ littora/ qualia quis optaret: varias ibi ob ambulantium ſpecies/ aut nauigãtium: terraq; villas ad euntium aſellis aut vehiculis. Iam piſcantes/ aucupanteſq;/ aut venantes: aut etiam vindemiantes. Sunt in eius exemplaribus nobiles plauſtri acceſſu villæ: ſub collium ſponſione mulieres labentes/ trepidæq; ferunt plurimæ. Pręterea faciles argutiæ/ facetiſſimi ſales. Idemq; ſubdialibus maritimas vrbes pingere inſtituit blandiſſimo aſpectu/ minimoq; ĩpendio. Sed nulla gloria artificum eſt: niſi eorum qui tabulas pinxere/ eoq; venerabilior appet antiquitas. Nõ. n. parietes excolebant dominis tantum: nec domos vno in loco mãſuras/ q̃ ex incendijs rapi non poſſet. Caſula Prothogenes cõtentus erat in hortulo ſuo. Nulla in apellis tectorijs pictura erat. Nondum libebat parietes totos pĩgere. Oĩs eorꝝ ars vrbibꝰ excubabat: pictorq; res cõmunis terrarꝝ erat. Fuit & Arellius romæ celebris paulo ante diuũ Auguſtũ: niſi flagitio inſigni corrupiſſet artẽ: ſẽp alicuius amore fœminæ flagrans/ & ob id eas pingens/ ſed dilectarꝝ imagine: itaq; in pictura eius ſcorta numerabãtur. Fuit & nuper grauis/ ac ſeuerus. idẽq; floribus humilis rei pictor Amulius. Huius erat Minerua ſpectantẽ aſpectans quacunq; aſpiceretur. Paucis diei horis pingebat: id quoq; cum grauitate: q; ſẽper togaturq̃q̃ i machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit: & ideo nõ extant exẽpla alia magnopere. Poſt eum fuere in auctoritate Cornelius pinus/ & Actius priſcus/ qui Honoris/ & virtutis ędes imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerũt. Sed priſcus antiquis ſimilior.

*ve paluſtri. vel collatis vel ſubcollãtiũ ſpecie vel lauãtes. — Prothogenis caſula.*

¶ De auium cantu cõpeſcendo: & qui encauſto/ & penicillo primus lacunaria: & cameras pinxerit: ſparſimq; precia mirabilia picturarum. CA. XI

*Draconuz effigie q̃liter ſileant aues: & vñ hoc iuẽtũ ẽ*

NOn eſt omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidem in triũuiratu quodã loco deductus a magiſtratibus in numeroſum hoſpitium: minaciter cum ijs poſtero die expoſtulauit: ſomnuz adeptum ſibi volucrum concentu. At illi draconẽ in longiſſima membrana depictum circundedere loco. Eoq; terrore aues tunc ſiluiſſe narrantur: & poſtea cognituz eſt ita poſſe compeſci. Cęris pingere/ ac picturam inurere quis primus excogitauerit non conſtat. Quidam ariſtidis inuentum putant: poſtea conſumatã a Praxitele. Sed aliquando vetuſtiore: encauſticæ picturæ extitere: vt Polygnoti/ & Nicanoris/ & Archeſilai pariorũ. Lyſippus quoq; eginæ picturæ ſuæ inſcripſit Eneten: quod profecto non feciſſet: niſi encauſtica inuenta. Pamphilus quoq; Apellis p̃ceptor non pinxiſſe tantum encauſtica: ſed etiam docuiſſe traditur Panſiam ſicyonium primum in hoc genere nobilem. Brietis filius hic fui: eiuſdemq; primo diſcipulus. Pinxit & ipſe penicillo parietes thebis cum reficerentur quondam a Polygnoto picti: multumq; comparatione ſuperatus exiſtimabatur: quoniã non ſuo genere certaſſet. Idem & lacunaria primus pingere inſtituit. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Paruas pingebat tabellas maximeq; pueros. Hoc ęmuli eum interpretabantur facere: quoniam tarda picturæ ratio eſſet illa Quamobrem daturus celeritatis famam: abſoluit vno die tabellam: quę vocata eſt hęmereſios puero picto: Amauit in iuuenta. Glyceram municipem ſuam inuentricã coronatũ certandoq; imitatione eius ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artẽ illam: poſtremo pinxit illam ſedẽtẽ cũ corona. Quę nobiliſſima tabula appellata ẽ ſtephanoplocos: ab alijs ſtephãopolis qm̃ Glycera coronas venditando ſubſtinuerat paupertatẽ. Huiꝰ tabulę exẽplar: qđ apographon vocãt L. Lucullus duobus talẽtis emit athenis: pauxias autem fecit: & grandes tabulas ſicut ſpectatam i pompeij porticibus boum immolationẽ. Fam enim picturam primus inuenit: quam poſtea imitati ſũt multi: ęquauit autem nemo: Ante omnia cuz longitudinem bouis oſtendere vellet. aduerſum eum pinxit: non tranſuerſum: Vnde & abunde intelligitur amplitudo. Dein cum omnes quę volunt eminẽ

*Glycera coro. iuentrix*

tia videri:cādicantia faciant: coloremq; cōdiant nigro. Hic totum bouē atri coloris fecit: vmbræq;
corpus ex ipſo dedit. Magna prorſus arte in equo extantia oſtendens:& in confracto ſolida omnia:
Sicyone & hic vitam egit:diuq; fuit illa patria picturæ. Tabulas inde omnes ex publico propter ęs
alienum ciuitatis additas Scauri ædilitas romam tranſtulit. Poſt eum emicuit lōge ante omnes. Eu
phranor iſthmius olympiade ſcilicet centeſimaquarta. Is eſt qui īter fictores dictus eſt a nobis Fecit
& coloſſos & marmora/ac ſcyphos ſculpſit. Docilis/ac laborioſus ante omnes: & in quocunq; ge=
nere excellētis ac ſibi æqualis. Hic primus videtur & expreſſiſſe dignitates inſignia heroum:&vſur
paſſe ſymmetriam. Sed fuit in vniuerſitate corporuʒ exilior:capitibus articuliſq; grandior. Volumī
na quoq; compoſuit de ſymmetria &coloribus. Opera eius ſunt:ęqueſtre prœlium.xij.dij Theſeꝰ:
in quo dixit:eundem apud parrhaſium roſa paſtū eſſe:ſuuʒ vero carne. Nobilis eius eſt tabula ephe
ſi:Vlyxes ſimulata veſania bouem cum equo iungens:& Palamedes dux faſce gladium condens.
Eodem tēpore fuit & Cydias:cuius tabulam Argonautas talētis.c.xliiij. Hortenſius orator merca Vlyſſis/&
tus eſt:eiq; ædem fecit in thuſculano ſuo. Euphranoris autem diſcipulus fuit Antidotus. Huius eſt palamedis
clypeo dimicās & luctator/tibicemq; inter pauca laudatus. Ipſe diligentior q̄ numeroſior:& in co= tabula:
loribus ſeuerus. Maxime inclaruit diſcipulo Nicia athenienſi qui diligentiſſime mulieres pinxit.
Lumen &vmbras cuſtodiuit:atq;vt eminerent e tabulis picturæ maxīe curauit. Opera eius nemea
aduecta ex aſia romam a ſyllano:quam in curia diximus poſitam. Item Liber pater in ęde Concor=
diæ. Hiacynthus:quem Cæſar Auguſtus delectatus eo ſecum deportauit Alexandria capta. Et ob
id Tiberius Cæſar in templo eius dicauit hanc tabulam Dianæ. Epheſi vero eſt Migabyſſi ſacerdo Nicias.
tis epheſiæ Dianę ſepulchrum. Athenis necromantia Homeri. Hanc vendere voluit Attalo regi Praxiteles.
talentis.lx.potiuſq; patrię ſuę donauit:abundans opibus. Fecit & grandes picturas:in quibus ſunt
Calypſo & Io:& Andromeda. Alexander quoq; in pompeij porticibus ꝑcellens:& Calypſo ſedēs.
Huic quidem aſcribuntur quadrupedes. Proſperrimę canes expreſſit. Hic eſt Nicias:de quo dice=
bat praxiteles interrogatus:quę maxime opera ſua probaret in marmoribus/quibus Nicias manū
admouiſſet. Tantum circunlitioni eius tribuebat. Non ſatis diſcernitˀ alius eodeʒ noīe. At hūc eun=
dem quidam faciunt olympiade cēteſima.xij. Niciæ comparatˀ:& aliquando præfertˀ Atheniō Ma
ronites Glautionis corithi diſcipulus:& auſterior colore:& ī auſteritate iucūdior: vt ī ipſa pictura
eruditio eluceat. Pinxit in templo Eluſinę Philarcum:Athenis frequētiam quaʒ vocauere polygy
necon. Item achillem virginis habitu occultatū Vlyxe deprehēdente. Et in vna tabula quaq; maxi
me inclaruit:agaſonem cum equo. Quod niſi inuenta obijſſet:nemo ei compararetur. Eſt & nomē
Heraclidi macedoni Initio naues pinxit. Captoq; rege ꝑſeo athenas cōmigrauit:vbi eodeʒ tempo
re erat Metrodorus pictor. Ideq; philoſophus magnæ in vtraq; ſcientia auctoritatis: Itaq; cum.L.
Paulus deuicto perſeo petiſſet ab athenienſibus vt q̄ probatiſſimum philoſophuʒ mitterent ſibi ad
erudiendos liberos:itemq; pictorem ad triumphum excolendum:atheniēſes Metrodorum elege=
runt.profeſſi eundem in vtroq; deſiderio ꝓſtantiſſimum:quod edito quoq; Paulus īdicauit. Timo
machus biʒantinus Cæſaris dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam ab eo in Veneris genitri
cis æde poſitas: octoginta talentis vęnundatas. Talentum autem articuʒ vt ait Varro.xvi.ſeſtertijs
taxantur: Timomachi æque laudatur Oreſtes: Iphigenia in tauris & Lecythion agilitatis exercita=
tor:cognatio nobilium palliati:quos dicturos pinxit:alterum ſtantem:alterum ſedentem. Præci=
pue tamen ars ei fauiſſe in Gorgone viſa eſt. Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus e ſeueriſſimis pi/
ctoribus fuit:cuius ſūt Epaminundas:pericles:Medea:Virtus: Theſeus. Imago articæ plebis:bo
um immolatio. Sunt quibus & Mechopanes eiuſdem pauſiæ diſcipulus placeat diligentia:q̄ intel
ligant ſoli artifices. Alias durus in coloribus/ſed & multus. Nam ſocrates iure omnibus placet. Ta
leſq; ſunt eius picturæ. Cum Aeſculapio filię Hygia: Aegle: Panacea: Iaſo.& piger/qui appellatur
Ocnos ſpartum torquēs qꝫ aſellus arrodit. Hactenus indicatis in genere vtroq; ꝓceribus:non ſile=
buntur & primis proximi. Ariſtoclides.qui pinxit ædem apollinis delphis. Antiphilus puero igneʒ
conflante laudatur:ac pulchre alias domo ſplendeſcente:ipſiuſq; pueri ore. Item lagnificio īquo,ꝓ
perant omnium mulierum penſa: Ptolæmeo venāte. Sed & nobiliſſimo ſatyro cum pelle pantheri=
na:quē apoſcopenōta appellant:ariſtophon anchalo vulnerato ab apro cum ſocia doloris aſtipalē
Numeroſaq; tabula/in qua ſunt: Priamus. Helena/ Credulitas/ Vlyſſes/ Deiphœbus/ Dolus/ An=
drobius pinxit Scyllin ancoras perſicæ claſſis pręcidentem. Artemon Danen mirantibus eam præ Her. figūt
donibus. Reginam Stratonicem Hęrculem/& Deaniram. Nobiliſſimas autem quę ſunt in portici ſe cremaſ=
bus octauię operibus. Herculem ab oetā mōte exuſta mortalitate conſenſu deorum in cęlum eun= ſe vt mor.
tem. Laomedontis circa Herculem & Neptunum hiſtoriam: Alchimachus Dioxippū.qui pancra exueret.
tio olympiæ circa pulueris iactum:qꝫ vocant aconiti:vicit Coneti Nemea. Creſilochus appellis di=

ſcipulus petulanti pictura innotuit Ioue Liberum parturiente depicto mitrato & muliebriter inge
miſcente inter obſtetrices & dearum clamorem. Cteſidemus oecaliæ expugnatione & Laodamia.
Cleſides reginæ Stratonices iniuria: nullo enim honore exceptus ab ea: pinxit voluptatem cum pi
ſcatore: quem reginam amare ſermo erat. Eamq; tabulam in portu epheſi propoſuit: ipſe velis ra-
ptus eſt. Regina tolli vetuit: vtriuſq; ſimilitudíe mire expreſſa Cratinus comœdus athenis Põpeiuȝ
pinxit. Euchides bigam regis cum victoria Eudorus ſcœna ſpectatur. Idem & ex ære ſigna fecit.
Iphis Neptuno & Victoria Habron amicitiam & concordiam pinxit: & deorum ſimulachra Leon
tiſcus aratum victorem cum tropheo pſalthriam. Leon ſapho. Nicæarchus Venerem inter Gratias
& cupidinem. Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Nealces Venerẽ ſolers in arte ingenioſo ope-
ri ſuperpinxit. Siquidem cum prœlium nauale ægyptiorum & perſarum pinxiſſet: quod in nilo cu
vel leonſi ius aqua eſt mari ſimilis: factum volebat intelligi: argumentoq; declarauit: quod arte non potuerat:
pus. Nili aſellum.n. in littore bibentẽ pinxit: & crocodillum inſidiantem ei. Oenias Syngenicon philiſcus of-
aq̃ mari ſi ficinam pictoris: ignem conflante puero. Phalerium Scyllam Simonides Agatharcuȝ & Mnemoſi
milis. nem. Simus iuuenem requieſcentem officinam fullonis quinquatriis celebrãteȝ. Idemq; Nemeſin
ægregiam. Theodorus vero emungentem. Idem ab Oreſte: matrem & Aegiſtum interfici. Bellũq;
iliacum pluribus tabulis: quod eſt romæ in philippi porticibus: & Caſſandram quæ eſt in concor-
diæ delubro. Theontius Epicurum cogitantem Demetrium regem. Thoon Oreſtis inſaniaȝ Tha
myram cytharedum. Tauriſcus Dioſcoboluȝ: Clytemneſtrã: Paniſcum: Polynicẽ regnum repetẽ
tem: & Capanea. Non omittetur inter hos inſigne exemplum. Nãq; Erigonus tritor coloruȝ Neal-
ce Pictoris in tantum ipſe profecit: vt celebrem etiam diſcipulum ipſe reliquerit Paſiam fratrẽ Ege
nitæ fictoris. Illud vero per q̃ raꝝ ac memoria dignum etiam ſuprema opera artificum imperfectaſ
q; tabulas: ſicut Irin Ariſtidis: Tindaridas Nichomachi: Medeam Thimomachi: & quam dixim⁹
Venerem Apellis in maiori ammiratione eſſe: q̃ perfecta Quippe in iis liniamenta reliqua: ipſęq;
cogitationes artificuȝ ſpectantur: atq; in lenocinio commendationis dolor eſt. Manus cũ id agerẽt
extinctę deſiderantur. Sunt etiamnum non ignobiles quidem in tranſcurſu tamen dicendi Ariſtoni
les: Anaxander: ariſtobol⁹: ſyrus: arceſilas Tiſicratis filius: Coribas Nicomachi diſcipulus: Carma
nides Euphranoris: Dionyſiodorus Colophonius: Diogenes qui cum Demetrio rege vixit. Euty-
medes: Heraclides macedo: Mydon ſolus Philomachi ſtatuarii diſcipulus: Mnaſitheus ſicyonius:
Mulieres Mnaſidemus ariſtonidis filius & diſcipulus: Neſſus habronis filius: Polemon alexandrinus. Theo
pictura q̃ dorus ſamius: & Tadius Nicoſthenis diſcipuli. Xenon Neoclis diſcipulus ſicyonius. Pinxere & mu
excelluerũt lieres: Timarete Myconis filia Dianam in tabula: quæ epheſii eſt in antiquiſſimis picturæ. Irene
Cratini pictoris filia & diſcipula puellam quæ eſt eleuſinæ. Calypſo ſenem & præſtigiato rem The
odorum alciſthene ſaltatorem. Ariſtarete Nearchi filia & diſcipula aeſculapiũ. Lala cyrena perpe-
tua virgo. Maria. M. Varronis inuenta romæ & penicillo pinxit: & ceſtro in ebore imagines mulie
rum maxime: & Neapolitanum in grandi tabula. Suam quoq; imaginem ad ſpeculum. Nec vllius
in pictura velocior manus fuit. Artis vero tantum vt multum immanitate præcii antecederet cele-
berrimos eadem ætate imaginum pictores. Sopylon &. Dionyſium quorum tabulæ pinacothecas
implent. Pinxit & quædam Olympias: de qua hoc ſolum memoratur: diſcipulum eius fuiſſe Anto-
bolum. In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat: cæra & ebore ceſtro/ideſt viri-
culo: donec claſſes pingi cœpere. Hoc tertium acceſſit: reſolutis igni cęris penicillo vtendi: quæ pi-
ctura in nauibus nec ſole nec ſale ventiſq; corrumpitur. Pingunt & veſtes in ægypto inter pauca mi
rabili genere. Cãdida vela poſtq̃ attriuere illinentes nõ coloribus: ſed colorem ſorbentibus medica
mentis. Hoc cum fecere non appareret in velis: ſed in cortina pingi: In feruentes aquas merſa poſt
momentũ extrahunt picta. Mirũq; cũ ſit vnus in cortina colos ex illo alius at alius fit in veſte accipi
entis medicaminis qualitate mutatus. Nec poſtea ablui poteſt: ita cortina non dubiæ confuſura co
lores ſi pictos acciperet. Degerit eos ex vino: pingitq; dum coquit. Et aduſtæ veſtes firmiores fiunt
q̃ ſi non vrerentur.

Aduerte.

¶ Plaſtices primi inuentores: de ſimulachris & vaſis fictilibus: & p̃cio eoꝝ. CA. XII.

DE pictura ſatis ſuperq; Cõtexuiſſe his & plaſticẽ conueniat: eiuſdeȝ ope terræ fingere ex
argilla ſimilitudines. Dibutades ſicyonius figulus primus iuenit corinthi filiæ opa: q̃ ca
pta amore iuuenis: illo abeunte pegre: vmbrã ex facie ei⁹ ad lucernã in pariete liens cir-
cũſcripſit. Quibus patet eius ipreſſa argilla typũ fecit: & cũ cæteris fictilibus induratum
igni ꝓpoſuit: eũq; ſeruatũ i nympheo: donec corinthũ Mũmius euerteret: tradunt. Sunt qui i ſamo
primos oium plaſtiẽ inueniſſa Rhecũ a theodoꝝ tradãt multo añ Battiadas corintho pulſos Dema
rathum vero ex eadem vrbe profugũ qui in etruria Tarquiniũ priſcũ regẽ populi Ro. genuit: comi-

ratos fictores Eucrappum/& Eugrāmum.ab iſs italiæ traditā plaſticē. Diburadis inuētū eſt rubri=
cam addere:aut ex rubrica crętam fingere. Primuſq; perſonas tegularū extremis imbricib⁹ ipoſuit:
quę inter inita prot yp a vocauit. Poſtea idē ectypa fecit. Hic & faſtigia templorū orta propter hunc
plaſtæ appellati. Hominis autem imaginē gypſo e facie ipſa primus oīum expreſſit: cętaq; in eam
formā gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus ſicyonius frater Lyſippi:de quo diximus. Hic & ſi
militudinem reddere inſtituit. Ante eū q̄ pulcherrimas facere ſtudebāt. Idē & de ſignis effigiem ex=
primere inuenit. Creuitq; res in tantū:vt nulla ſigna/ſtatuæve ſine argilla fierent. Quo apparet an=
tiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam/q̄ fundendi ęris. Plaſtæ laudatiſſimi fuere Dimophilus/& Gorga=
ſus. Idemq; pictores/qui Cereris ędem romæ ad circū maximū vtroq; genere artis ſuæ excoluerūt
verſibus inſcriptis gręce:quibus ſignificarunt a dextra opera Dimophili eſſe: a parte leua Gorgaſi
Ante hanc ędem tuſcanica oīa in ędibus fuiſſe auctor eſt. M. Varro. Ex hac cū refricerent : cruſtas
parietum exciſas tabulis marginatis incluſas eſſe. Item ſigna ex faſtigijs diſpſa. Fecit & Calcoſthe=
nes cruda opera athenis: qui locus ab officina eius ceramicos appellatur. M. Varro tradidit ſibi co
gnitum romæ Poſſuniū nomie/a quo factas romæ tubas. Item piſces/quos aſpectu diſcernere a ve=
risvix poſſes. Idē magnificat Archeſilaū. L. Luculli familiarē: cuius proplaſticez pluris venire ſolitā
ab artificibus ipſis q̄ aliorum opera. Ab hoc factā Venerem genitricem in toto Cęreris: & priuſq̄ ab
ſolueretur: feſtinatione dedicandi poſitam. Deinde ei a Lucullo ſeſtertijs.lx.ſignum fœlicitatis lo=
cum :cui mors vtriuſq; inuiderit. Octauio equiti romano cratera facere volēti exemplar e gypſo fa=
ctum talento. Laudat & Paſitelē/qui plaſticē matrē ſtatuariæ ſculpturæq;/& cęlaturæ eſſe dixit : &
cūm eſſet in omnibus his ſummus:nihil vnq̄ fecit:anteq̄ finxit. Pręterea elaboratā hanc italiæ artez
& maxime etruriæ. Turianūq; a fregellis accitū:cui locaret Tarquinius Priſcus Iouis effigiē i capi=
tolio dicandam. Fictilem eam fuiſſe:& ideo mirari ſolere. Fictiles in faſtigio templi eius quadrigæ:
de quibus ſępe diximus. Ab hoc eodē factum Hęrculem/qui hodieq; materiæ nomē in vrbe retinet
Hę enim tum effigies deū erāt laudatiſſimæ. Nec pœnitet nos illorū/qui tales coluere. Aurum enim
& argentum ne dijs quidem cōficiebāt. Durant etiānum plęriſq; in locis talia ſimulachra. Faſtigia
quidem tēplorū etiā in vrbe crebra/& municipijs mira cęlatura:& arte/firmitateq; ęui ſanctiore au=
rō certe innocentiore. In ſacris quidem etiaz inter has opes non murinis/cryſtalinisve: ſed fictilibus
prolibāt ſympulis innocentius. Inenarrabili terræ benignitate:ſi quis ſingula ęſtimet : etiā vt omit=
tant in frugū vini pomorū hęrbarū/fruticū/medicamētorū/metallorū generibus beneficia ei⁹:queq;
adhuc diximus:vel quę aſſiduitate faciāt. Figlinarū opa/ibricibus/tabulis/teguliſq; ad balneas mā=
matis/vel ad tecta coctilibus laterculis/fundamentiſq;/ aut quę tota fiunt etiam fictilibus dolijs ad
vina excogitatis/& ad aquas. Propter q̄ Numa rex ſeptimū collegiū figulorū inſtituit. Quin & defū=
ctos ſeſe multi fictilibus dolijs cōdi maluere:ſicut. M. Varro pythagorico mō i myrthi/ & oleæ/atq;
nigræ populi folijs. Maior quoq; pars hominū terrenis vtūt vaſis. Samia etiānum in eſculentis lau=
dantur. Retinet hanc nobilitatem/& Aretium in italia/& calicū tantū ſurrentū:aſtra pollentia in hiſ=
pania/& ſaguntū:i aſia pergamū. Habent & trallis opera ſua: & vtina in italia:quoniam & ſic gētes
nobilitāt. Et hęc quoq; p maria/terraſq; vltro/citroq; portāt. Inſignib⁹ rotę officinis erythris. Hodie
q; in templo monſtrātur duæ amphoræ propter tenuitatem conſecratæ diſcipuli/magiſtriq; certa=
mine vter tenuiorem humum circunduceret. Cois laus maxima:hadrianis firmitas. Nōnullis circa
hoc ſeueritatis quoq; exemplis. Q. Coponium inuenimus ambitus damnatum: quia vini ampho=
ram dediſſet dono ei: cuius ſuffragij latio erat. Atq; vt luxu aliqua quoq; auctoritas contingat figli=
nis:tripatinū iquit Feneſtella appellabatur ſūma cœnarum lauticia:vna erat murenarum:altera lu
porum:tertia myxonis piſcis. Inclinatis iam ſcilicet moribus vt tamen eos p̄ferre grecīæ etiam phi=
loſophis poſſimus. Siquidē i Ariſtotelis hęredū auctione.lx.patinas veniſſe tradit. Nam nos cū vnā
Eſopi tragœdiarum hiſtrionis in natura auium diceremus ſeſtertijs ſexcētū ſtetiſſe : non dubito in=
dignaturos legentes. Ad Hercules Vitellius in principatu ſuo.cc.ſeſtertijs condidit patinam Cui fa
ciendæ fornax in campis exædificata erat:quoniam eo peruenit luxuria:vt etiam fictilia pluris con
ſtent.q̄ murina. Propter hāc Mutianus altero cōſulatu ſuo in cōquęſtione exprobrauit patinarum
paludes Vitellio. Memoria non vlla fœdiore:cuius veneno Aſprenati reo Caſſius Seuerus accuſa=
tor obijciebat interijſſe.c.xxx.conuiuas nobilitant ijs oppida quoq;:vt regiū:& cumæ Samia teſta
matris deum ſacerdotes:qui galli vocant:vtilitatem amputant. Nec aliter citra perniciem:ſi. M. Ce
ſio credamus qui linguam ſic amputandam obiecit graui probro:tanq̄ & ipſe iam tunc eidem Vitel
lio malediceret. Quid non excogitauit ars? fractis etiam teſtis vtendo ſic vt firmius durent tuſis cal=
ce addita:quæ vocant ſignina. Quo genere etiam pauimenta excogitauit.

¶ Terræ varietates:& de puluere puteolano:& alijs terrę generibus q̄ in lapidē vertunt. CA. XIII

Demarat⁹ targnij re. pater figu lus.

Ars fictilis ātiquior q̄ ęris fūdēdi.

Ars figilia maxie i e thruria floruit.

vel humatis.

Numa rex ii. figulorū collegium inſtituit.

Tripatinū.

galli ſamia teſta caſtrabantur.

Puluis lapideſcens Miruꝫ de terra q̄ mari merſa ꝓtinus lapis efficit.

Veruꝫ & ipſius terræ ſunt alia ſegmenta. Quis enim ſatis miretur peſſimam eius partem in medioqꝫ puluerem appellatum in puteolanis collibus opponi maris fluctibus: merſūqꝫ protinus fieri lapidem vnū inexpugnabilem vndis/& fortiorem quottidie: vtiqꝫ ſi cumano miſceatur cemēto. Eadē eſt terrę natura i cizicena regiōe: ſed ibi non puluis veruꝫ ipſa terra qualibet magnitudine exciſa/& demerſa in mare lapidea extrahit. Hoc idem circa Caſſādreā produnt fieri. Et in fonte gnidio dulci intra octo menſes terram lapideſcere. Ab oropo quidem aulidem vſqꝫ quicquid terræ attingitur mari: mutatur in ſaxa: non multuꝫ a puluere puteolano diſtat e nilo harena tenuiſſima ſui parte nō ad ſuſtinenda maria/fluctuſqꝫ frangendos: ſed ad debellanda corpora paleſtræ ſtudijs. Inde certe patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Quin & Leonato/& Cratero/ac Meleagro Alexādri magni ducibus ſabulum hoc portari cū reliquis militaribꝰ cōmertijs reperio. Plura de hac parte non ſum dicturus: non Hercules magis q̄ de terræ vſu i cęromatis: quibus exercendo iuuētus noſtra corpora vires animorū ꝑdidit.

De Partibus Fornaceis/& laterilijs/& eorū ratione. CAP. XIIII.

Quid? non & in africa/hiſpaniaqꝫ ex terra parietes/quos appellant fornaceos (quoniaꝫ forma cū mō circundati vtrinqꝫ duabus tabulis infartiunt verius: quā inſtruunt) ęuis durant: incorrupti hymbribus/ventis/ignibus/oīqꝫ cemento firmiores. Spectat etiaꝫ nunc ſpeculas Hannibalis hiſpania/terrenaſqꝫ turres iugis montiū impoſitas. Hinc & ceſpitū natura caſtroꝝ vallis accōmodata contra fluminum impetus aggeribus. Illini quidem crates parietū luto/& lateribus crudis extrui quis ignorat? Lateres non ſunt e ſabuloſo/neqꝫ harenoſo/multoqꝫ minus calculoſo ducendi ſolo/ſed e cretoſo/& albicante: aut ex rubrica. Vel ſi iam ex ſabulo e maſculo certe. Finguntur optime vere. Nam ſolſtitio rimoſi fiunt: quos ędificijs nō idoneos probāt. Quin & intritū ipſū eoꝝ prius q̄ fingant macerari oportet. Genera eoꝝ tria. Lidorō/quo vtimur: longū ſeſquipede: latū pede. Alteꝝ tetradorō. Tertiū pētadorō. Gręci. n. antiqui dorō palmū vocabant: & ideo dora munera: quia manu darent. Ergo a quattuor/& quinqꝫ palmis prout ſunt: nominant. Eadē ē latitudo. Minore in priuatis operibus/maiore in publicis vtunt: In gręcia pithane. In aſia/& in vlterioris hiſpanię ciuitatibus maſſilia/& calento fiunt lateres: qui ſiccati non mergunt in aqua. Sunt enim e terra pumicoſa: cum ſubigi poteſt vtiliſſima. Gręci pręter q̄ vbi e cilice fieri poterat ſtructura: parietes latericios prętulere. Sunt enim ęterni: ſi ad perpendiculū fiāt. Ideo & ad publica opa/& regias domos addunt. Sic extruxere murū athenis: qui ad montē hymetū ſpectat. Sic patris ędes Iouis & Hęrculis quāuis lapideas columnas/& epiſtilia circundarent. Domum regiam Attali trallibꝰ. Itē ſardibus Crœſi: quā geruſia fecere Halicarnaſi mauſolea: quę etiam nunc durant. Lacedęmone quidem exciſū lateritijs parietibus opus tectoriū propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſuꝫ romam deportauere in ędilitate ad cōmitium exornandū Murena/& Varro. Quod opus cū ꝑ ſe mirum eſſet: tranſlatum tamen magis mirabāt. In italia quoqꝫ latericius murus aretij/& meuaniæ eſt Romæ non fiunt talia ędificia: quia ſeſquipedalis paries: non plus q̄ vnā cōtignationē tolerat. Cautumqꝫ eſt: ne cōmunis craſſior fiat: nec intergerinorum ratio patitur.

Parietes lateritij ꝑpetui ferme.

De ſulphure: /alumine/& generibus eoruꝫ/& medicinæ. CA. XV.

Haec ſint dicta de lateribus. In terræ autē reliquis generibus/vel maxime natura mira eſt ſulphuris: quo plurima domant. Naſcit in inſulis ęolijs inter ſiciliam/& italiam: quas ardere diximus. Sed nobiliſſimū in melo inſula. In italia quoqꝫ iuenitur in neapolitano cāpanoqꝫ agro collibus/qui vocāt leugogęi: quod e cuniculis effoſſū perficitur igni. Genera quattuor. Viuum/quod gręci apiron vocant: naſcit ſoliduꝫ/hoc gleboſuꝫ. Eo ſolo ex omnibus generibus medici vtunt Cętera enim liquore cōſtāt: & conficiunt oleo incocta. Viuū aūt effoditur: tranſlucetqꝫ/& viret. Alterum genus appellant glebam fullonum tantum officinis familiare. Tertio quoqꝫ generi vnus tantum eſt vſus ad ſufficiendas lanas: quoniā cādorē tantū: molliciemqꝫ cōfert. Egula vocat hoc genus. Quarto autē ad ellychnia maxime cōficienda. Cætero tanta vis eſt: vt morbos comitiales deprehendat nidore/impoſitū igni. Luſit & Anaxilaus eo candens in calice nouo prunaqꝫ ſubdita circūferens: ex ardeſcētis repercuſſu pallorē dirū velut defunctorum effūdente cōuiuijs: Natura eius excalfacit: cōcoquit. Sed & diſcutit collectiones corpoꝝ: ob hoc talibus emplaſtris malagmatibuſqꝫ miſcet. Renibus quoqꝫ/& lūbis in dolore cū adipe mire ꝓdeſt ipoſitū. Aufert & lichenas a facie cū terebinthi reſina/& lepras. Harparitō vocat a celeritate auellendi: auelli enim ſubinde debet. Prodeſt & ſuſpirioſis linctū. Purulēta quoqꝫ ex tuſſientibus: & cōtra ſcorpionū ictꝰ. Vtiligines viuū nitro mixtū: atqꝫ ex aceto tritū/& illitum tollit. Itē lendes in palpebris aceto ſandaracato āmixto. Habet & in religionibus locum ad expiandas ſuffitu domos. Sentit vis eius & i aquis feruentibus. Neqꝫ alia res facilius accendit: quo apparet/igniū vim magnā etiā ei ineſſe. Fulmina/& fulgu

In melo/i ſulphur optimū/i cāpani ac colles ſulphurei. Anaxileꝰ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0532-9

ra quoq; ſulphuris odorem habent: ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt. Et bituminis vicina eſt natura
alibi limus: alibi terra. Limus a iudeæ lacu vt diximus emergens. Terra in ſyria circa ſydonem op=
pidum maritimum. Spiſſant hæc vtraq;: & in denſitatem coeunt. Eſt vero liquidum bitumen ſicut
zacynthium & quod a babylone inuehitur. Ibi quidem & candidum gignitur. *Liquidum* eſt & ap=
polloniaticum: quæ omnia græci piſſaſphalton appellant ex argumento picis & bituminis: Gigni
tur & pingue liquoriſq; oleaci in ſicilia: agragantino fonte inficiens riuum. Incole id arundinum pã
niculis colligunt citiſſime ſi adhereſcens. Vtunturq; eo ad lucernarum lumina olei vice. Item ad
ſcabiem iumentorum. Sunt qui & naphthen de qua in ſecundo diximus volumine: bituminis gene
ri aſcribunt. Verũ ardens eius vis ignium naturæ cognata procul abeſt ab omni vſu. Bituminis proba
tio vt q̃ maxime ſplendeat: ſitq; ponderoſum ac graue. Leue autem modice: quoniam adulteratur
pice. Vis bituminis quæ ſulphuris: ſiſtit: diſcutit: attrahit: glutinat. Serpentes nidore fugat accenſũ.
Ad ſuffuſiones oculorum & albugines babylonium efficax traditur: item ad lepras/lichenas/pruri
tuſq;/corporum. Illinit̃ & podagris. Omnia autem eius genera incõmodos oculorũ pilos replicãt.
Dentium doloribus medent̃ ſimul cum nitro illita. Tuſſim veterem & anhelitus cum vino potum
emendat. Dyſentericis etiam datur eodem mõ. Siſtitq; aluum. Cum aceto vero potum diſcutit con
cretum ſanguinem: & detrahit. Mitigat lumboꝝ dolores: itẽ articulorũ. Cum farina hordeacea
impoſitum: emplaſtrum peculiare facit ſui nominis. Sanguinẽ ſiſtit. Vulnena colligat. Glutinat ner
uos. Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma & hedyoſmi pari pondere cũ myrrhæ obolo
ſubacti. Comitiales morbos vſtum depræhẽdit. Vuluarum ſtrangulationes olfactum diſcutit cum
vino & caſtoreo. Procedentia ſedis ſuffitu reprimit. Purgationes fœminarum invino potum elicit. Alumen.
In reliquo vſu eramentis illinitur: firmatq; ea contra ignes. Diximus & tingi ſolitas ex eo ſtatuas & terrę ſalſu
illini. Calcis quoq; vſũ præbuit: ita ferruminatis babylonis muris. Placet i ferraris fabrorũ officinis go.
tingendo ferro: clauorumq; capitibus: & multis aliſ vſibus. Nec minor aut ab eo diſſimilis eſt alu=
minis opera: quod intelligitur ſalſugo terræ. Plura & eius genera. In cypro candidũ & nigrum: exi=
gua coloris differentia: cum ſit vſus magni: quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liqui=
dumq; vtiliſſimum eſt. Contraq; fuſcis aut obſcuris nigrum. Et aurũ nigro purgatur. Fit aũt omne
ex aqua limoq;: hoc eſt terræ exudantis natura. Corriuatum hyeme æſtiuis ſolibus maturatur. Qđ
fuerit ex eo præcox: candidũ fit Gignitur autẽ in hiſpania: ægypto: armenia: macedonia: põto: afri
ca. Inſulis ſardinia melo: lipara: ſtrongyle. Laudatiſſimum ęgypto: proximum in melo. Huius quo
q; duæ ſpecies: liquidum: ſpiſſumq;. Liquidi probatio: vt ſit lympidum lacteũq; ſine offenſis frican
di: cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimõ vocant. An ſit adulteratum: depræhenditur ſucco Vel fricã=
punici mali. Sincerum enim mixtura ea nigreſcit. Alterum genus eſt pallidę & ſcabrę naturæ & qđ tium
inficitur galla. Ideoq; hoc vocãt paraphorõ. Vis liquidi aluminis aſtringere: indurare: rodere. Mel
le ammixto ſanat oris vlcera: papulas prurituſq;. Hæc curatio fit in balneis duabus mellis partibus Aduerte.
tertia aluminis. Virus alarum ſudoreſq; ſedat. Sumitur pilulis contra lyenis vitia. Pellendumq; pru
ritum: ac per vrinam ſanguinẽ. Emendat & ſcabiem nitro ac melanthio admixtis. Cõcreti aluminis
vnum genus ſchiſton appellant græci in capillamenta quædam caneſcentia dehiſcẽs. Vnde quidã
trichitin potius appellauere. Hoc quoq; fit ex lapide: ex quo & id calchitin vocãt: vt ſit ſudor quidã
eius lapidis in ſpumã coagulati. Hoc genus aluminis ſiccat: minuſq; ſiſtit humorem iutilem corpo=
ribus. Sed auribus magnopere prodeſt infuſum: vel illitum: vel oris vlceribus: dẽtibuſq; ſi ſaliua cũ
eo contineat̃. Et oculorum medicamentis inſeritur apte: verendiſq; vtriuſq; ſexus. Coquit̃ in pati=
nis: donec liquari deſinat. Interioris eſt & alterum genus qđ ſtrigilin vocant. Duæ eius ſpecies: fun=
goſum atq; omniũ ore dilui facile: quod in totũ damnat̃. Melius punicoſũ: & foraminũ fiſtulis ſpõ
giæ ſimile: rotundũq; natura: candido propius: cum quadã pinguedine ſine arenis friabile: nec infi
ciens nigritia. Hoc coquit̃ per ſe carbonibus puris: donec cinis fiat. Optimũ ex omnibus quod meli
nũ vocãt: ab iſula melo: vt dixim⁹. Nulli vis maior neq; aſtrigẽdi: neq; denigrãdi: neq; idurãdi. Nul
lũ ſpiſſius. Oculorũ ſcabricias extenuat. Combuſtum vtilius epiphoris inhibẽdis. Sic & ad pruritus
corporis. Sanguinem quoq; ſiſtit in totum foris illitum. Vulſis pilis ex aceto illitum: reniſcentem
mollit lanuginem ſummam. Omnium generum vis in aſtringendo. Vnde nomen a græcis. Ob id
oculorum vitiis aptiſſima ſunt. Sanguinis fluxiones inhibent cum adipe. Sic & infantium vlcera.
Putreſcentia vlcerũ compeſcit cum adipe. Et hydropicorum eruptiones ſiccat. Et aurium vitia cũ
ſucco punici mali. Et vnguiũ ſcabritias: cicatricũ q; duritias: & pterygia: ac pniones. Phagedenas Vel cero
vlcerum ex aceto: aut cũ galla pari pondere cremata. Lepras cũ ſucco oleoꝝ. Cũ ſalis vero duab⁹ picis vel
partibus vitia quæ ſerpũt. Lendes & alia capilorũ aĩalia permixtum aquæ. Sic & ambuſtis prodeſt pice.
& furfurib⁹ corpoꝝ cũ ſero pice. Infundit̃ & dyſentericis. Vuã quoq; in ore cõprimit: ac tonſillas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0533-5 DFG

Ad omnia quę in cęteris generibus diximus efficacius intelligitur ex melo aduectum. Nam ad re-
liquos vſus vitæ in corijs/laniſq; perficiendis/quanti ſit momēti/ſignificatum eſt. Ab his per ſe om-
nia ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

¶De terra ſamia/& eretria/& chia/& ſelinuſia/& phniti/& āpeliti medicinæ. CA. XVI.

SAmiæ duæ ſunt: quę ſyropicon/& ꝗ aſter appellantur. Prioris laus/vt recens ſit/& lenis
linguæq; glutinoſa. Altera globoſior/candida. Vtraq; vritur/ac lauatur Sunt qui pręferā:
priorem. Proſunt ſanguinē expuentibus. Emplaſtriſq; quę ſiccandi cauſa componuntur.
Vel aere. Oculorum quoq; medicamentis miſcentur. Eretria totidez differentias habet. Namq; & alba eſt: &
cinerea/quę pręfertur in medicina. Probatur mollicie: & quod ſi ęre producatur: violaceuz reddit
colorem. Vis/& ratio eius in medendo dicta eſt inter pigmenta. Lauatur omnis terra. In hoc.n.loco
dicemus: perfuſa aqua/ſiccataq; ſolibus: iterum ex aqua trita/ac repoſita: donec conſidat: & digeri
poſſit in paſtillos. Coquitur in calicibus crebro concuſſu. Eſt in medicaminibus & chia terra candi
cans. Effectus eius/qui ſamiæ. Vſus ad mulierum maxime cutem. Idem & ſelinuſię. Lactei coloris ē
hęc/& aqua dilui celerrima. Eadēq; lacte diluta: tectoriorū albaria interpolantur. Pnigitis eretriæ
Vel dhni tis. ſimillima eſt: grandioribus tantum glebis/& glutinoſa: cui effectus idem/qui cimolię: infirmior tan
tum. Bitumini ſimillima eſt apellitis. Experimentum eius: ſi in cęra accepta olei modo liqueſcat.
Et ſi nigricans colos maneat toſtæ. Vſus ad molliendum/diſcutiendumq;. Ad hęc medicamentis
additur: pręcipue in calliblepharis/& inficiendis capillis.

¶Crętæ genera ad veſtium vſus cimolia/ſarda/vmbrica/ſaxum/argentariā. CA. XVII

CRętæ plura genera. Ex ijs cimoliæ duo ad medicos pertinentia. Candidum/& ad purpu
riſſimi inclinans. Vis vtriq; ad diſcutiendos tumores: & ſiſtendas fluxiones aceto aſſūpto.
Panos quoq;/& parotidas cohibet. Et lichenas illita/puſtulaſq;. Si vero amphronitrum
& ęs cyprium admiſceatur: & acetum pedū: tumores ſanat: ita vt in ſole curatio hęc fiat:
Aduerte. & poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Teſtium vero tumoribus cypria cęra addita prodeſt. Et refri/
gerandi quoq; natura crętæ eſt: ſudoreſq; immodicos ſiſtit illita. Atq; ita papulas cohibet ex vino
ſumpta in balneis: laudatur maxime theſſalica. Naſcitur & lycia cręta circa bubonem: eſt & alius ci
moliæ vſus in veſtibus. Nam ſarda quę affertur de ſardania: candidis tantum aſſumitur. Inutilis ver
ſicoloribus: eſt & vtiliſſima oium cymoliæ generꝫ: precioſior vmbrica: & quam vocant ſaxum. Pro
prietaſq; ſaxi: ꝙ creſcit in macerando/atq; pondere emitur illa menſura. Vmbrica non niſi polien-
dis veſtibus aſſumitur: neq; enim pigebit hanc quoq; partem attigere: cum lex metalla extet fullo-
nibus dicta: ꝗ. C. Flamminius/& L. Aemilius cenſores debere ad populum ferendam. Adeo omia
maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic eſt. Primum abluitur veſtis ſarda: dein ſulphure ſuffitur: mox
deſquammatur cimolia/ quę eſt coloris veri. Fucatus enim depręhenditur: nigreſcitq;: & effundit
ſulphure. Veros autē & precioſos colores emollit cimoli/& quodam nitore exhilarat cōtriſtatos ſul-
Vel tym- phetico. phure cādidis veſtibus ſaxum vtilius a ſulphure. Inimicū coloribus. Gręcia ꝓ cimolia tymphaico
vtitur gypſo: alia cręta argentaria appellatur/nitorem argenteum reddens: eſt & vtiliſſima/ qua cyr
cum pręducere ad victoriæ notam/pedeſq; venalium trans mare aduectorum denotare iſtituerunt
maiores. Talemq; Plocium inimicæ ſcœnæ conditorem/& aſtrologiæ conſobrinum eius mālium
anthiocum: itez grāmaticæ Taberium Erotē eadē naue aduectos videre poraui.

¶Qui quorum liberti prępoſiti CA. XVIII.

vel meno dorum. SEd quid hos refero aliquo litterarū honore cōmendatos? Talem in caraſta videre Chri
ſogonuz Syllæ. Amphionē. Q. Catulli interfectorem/Neronem. L. Luculli/Demetrium
Pompeij/augēq; Demetrij: ꝗꝗ & ipſa Pōpeij credita eſt. Et Hiparchū. M. Antonij Menā
& Menecratē Sex. Pōpeij: Alioſq; deiceps/quos enumerare iam non eſt: e ſanguine quiri
tium/& proſcriptionum licentia ditatos. Hoc eſt inſigne venalitijs gregibus: opprobriumq; inſolen
tis fortunæ: qua & nos adeo potiri rerum vidimus: vt prætoria quoq; ornamenta decerni a ſenatu
vel tātum ꝗ laureatis. vñ Iu. in pri. Pedib⁹ qve nerat albis. iubente agrippina Claudij Cęſaris viderimus libertis. Tātumq; non cum laureatis faſcibus remit-
tiillo: vnde crętatis pedibus adueniſſent.

¶De terra/ex galata/terra clupea/terra balearica/terra ebuſitana. CA. XIX

PRęterea ſunt genera terræ proprietatis ſuæ: de quibus iā diximus. Sed & hoc loco reddē-
la natura. Ex galata inſula/& circa clupeam africæ ſcorpiones necat: balearis/& ebuſita-
na ſerpentes.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LI. XXXVI. PROHEMIVM.

¶Naturæ lapidum/ac marmorum luxuria. CA. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0534-1

LAPIDVM NATVRA RESTAT:HOC EST PRAECIPVA MOrum inſania.etiam vt gemmę cum ſuccinis atq; criſtalli cum murrinis ſileantur. Om nia nanq; quæ vſq; ad hoc volumen tractauimus homini aliqua ex cauſa geni ta videri hoc poſſunt. Mõtes natura ibi fecerat ad quaſdam compages telluris viſceribus:denſandis:ſimul ad impetus fluminum domandos:fluctuſq; frangẽ dos:ac minime quietas partes coercẽdas duriſſima ſui materia. Cędimus hos: trahimuſq; nulla alia q̃ deliciarum cauſa:quos tranſcendiſſe quoq; mirum fu it. In portento prope habuere maiores alpes ab Hannibale exuperatas;& po ſtea a cymbris .Nũc ipſe cæduntur in mille genera marmorũ. Promuntoria aperiuntur mari:& re rum natura agitur in planum. Euehimus ea quę ſaparandis gentibus pro terminis conſtituta erant naueſq; marmorum cauſa fiunt:ac profluctus ſęuiſſimam rerum naturę partem :huc illucq; portã tur iuga montium:maiore etiamnum veſania:q̃ cum ad frigidos potus vas petitur in nubila Cælo q; proxime rupes cauanť: vt bibantur glacie. Secum quiſq; cogitet quæ præcia horum audiat quas vehi trahiq; molles videat. Sed & q̃ ſine his multorum fuerit beatior vita:ad quãq; multoruȝ neces ſit neceſſe iſta facere:immo verius pati mortales:quos ad vſus:quaſue ad voluptates alias niſi vt in ter maculas lapidum iaceant:ceu vero non tenebris noctiũ dimidiæ parti vitæ cuiuſq; gaudia hæc auferentibus. Ingens iſta reputantem ſubit etiam antiquitatis rubor. Extant cenſoriæ leges glãdia in cœnis/glireſq;/& alia dictu minora apponi vetantes. Marmora inuehi : & maria huius rei cauſa tranſiri:quæ vetaret lex nulla lata eſt.

Portento ſũ fuit hã alpeſtra• iecisse.

¶ Quis primus in publicis operibus oſtenderit. CA.II.

DIcat fortaſſis aliquis:nõ enim inuehebanť. Id quidem falſo.ccc.lx.columnas.M. Scauri ædilitate adſcœnam theatri temporarij/&vix vno menſe futuri in vſu viderunt portari ſi lentio legum. Sed publicis nimirum indulgentes voluptatibus. Idipſum cur?aut qua ma gis via irrepunt vitia q̃ publica? Enimuero non alio modo in priuatos vſus illa venere ebora:aurũ:gemmæ:aut quid oĩmodis reliriquimus? Verũ eſto indulſerint publicis voluptatibus: etiamne tacuerũt maximas earum atq; adeo duodequadragenum pedũ luculleι marmoris in atrio Scauri collocari:nec clam illud occulteq; factũ eſt. Satiſdari ſibi damni infecti egit redemptor cloa carum cum in palatio extraherentur. Nõ ergo in tam malo exemplo moribus caueri vtilius fuerat q̃ tacere tantas moles in priuatam domum trahi præter fictilia deorum faſtigia.

vel protat

¶ Quis primus peregrino marmore columnas habuerit romæ. CA.III.

NEc poteſt videri Scaurus rudi & hui⁹ mali improuide ciuitati obrepiſſe quodã vitæ rudi mento iam enim. L. Craſſum oratorem illũ:qui primus peregrini marmoris colũnas ha buit in eodem atrio:hymetias tamen nec plures ſex aut longiores duodenũ pedum: quẽ M. brutus in iurgijs ob id venerem palatinam appellauerat. Nimirum iſta omiſere mori bus victis:fruſtraq; interdicta quæ vetuerant:cernentes:vllas potius q̃ irritas eſſe leges maluerunt. Qui nos ſequentur meliores non eſſe probabunt. Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet? Sed prius q̃ de marmoribus dicamus hominũ in ijs præferenda iudicamus præcia. Ante igi tur artifices cenſebimus.

¶ Qui primum laudati in marmore ſcalpendo:& quibus temporibus. CA.IIII.

MArmore ſcalpendo primi omniũ inclaruerunt Dipœnus & Scyllius geniti in creta inſu la etiamnũ medis imperãtibus:priuſq; q̃ Cyrus in perſis regnare inciperet:hoc eſt olym piade circiter quinquageſima. Ij ſicyonem ſe contulere:quæ diu fuit officinaruȝ omniũ metalorum prima. Deorum quorundam ſimulachra publice ſimul locauerãt ſicyonij: quęprius: q̃ abſoluerenť:artifices iniuriã quæſti abierũt i ętolos. Protinus ſicyonio fames iuaſit ac ſterilitas/ mœrorq; dirus remedium petentibus Apollo pythius affuturum reſpondit:ſi Dipœnus: & Scyllius deorũ ſimulachra perfeciſſẽt Quod magnis mercedibus obſequiſq; impetratũ eſt. Fue re aũt ſimulachra ea Apollinis: Dianæ: Herculis: Mineruæ:quod e cælo poſtea tactum eſt.

¶ Nobilitates operum & artificum in marmore.c.xxvi.de marmore Pario/ & mauſoleo. CA.V.

CVm ij eſſẽt:iã fuerant in chio iſula Malas ſculptor:dei filius eius Micciades:ac deide ne pos Anthermus chius:cuius filij Bupalus& Anthernus clariſſimi i ea ſciẽtia fuere Hip ponactis poetę ętate:quẽ certũ eſt.lx.olympiade fuiſſe:Qđ ſi quis hoꝝ familiã ad ꝑauũ vſq; retro agat. Inueniet artis ei⁹ originẽ cũ olympiadũ origie cæpiſſe. Hippõacti notabilis fœditas vultu erat:q̃obrẽ imaginẽ ei⁹ laſciuia iocoꝝ ij ꝓpoſuere ridẽtiũ circulis. Qđ Hipponax idignatus: amaritudie carminũ diſtinxit eos in tãtũ:vt credať aliquos ex ijs ad laqueũ cõpuliſſe:qđ falſum eſt

vel i prõ ptu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0535-6 DFG

Complura enim in finitimis inſulis ſimulachra poſtea facere: ſicut in delo: quibus ſubiecerunt car
men: non vitibus tantum cenſeri chiũ: ſed & operibus Anthermi filiorũ. Oſtendũt & Iaſij Dianã
manibus eorum factam. Et in ipſa chio narrata eſt operis eoꝝ Dianæ facies in ſublimi poſita: cur⁹
vultum intrãtes triſtem abeuntes exhylaratũ putant. Romæ ſigna eorum ſunt ĩ palatina ęde Apol
linis in faſtigio. Et omnibus fere/ quę Diuus Auguſtus fecit. Patris quoq; eorum/ & deli fuere ope
ra/ & in leſbo inſula. Diopeni quidem ambracia: argos: cleone: operibus refertæ fuere. Omnes aũt
tantum candido marmore vſi ſunt e paro inſula: quem lapidem cœpere lichnitem appellare: quo-
niam ad lucernas in cuniculis cęderetur: vt auctor eſt Varro: multis poſtea candidioribus repertis.
Nuper etiam in lunenſium lapidicinis. Sed in pariorum mirabile proditur: gleba lapidis vnius cu-
neis diuidentium ſoluta imaginem Sileni intus extitiſſe. Non omittendum hanc artem tanto vetu-
ſtiorem fuiſſe q̄ picturam/ aut ſtatuariam: quarum vtraq; cum Phidia cœpit octogeſima tertia olym

Aduerte.

piade: poſt annos circitet. ccc. xxxij. Et ipſum Phidiam tradunt ſculpſiſſe marmora: veneremq; ei⁹
eſſe romæ in Octauiæ operibus eximiæ pulchritudinis. Alcamenem atheniẽſem (quod certũ eſt)
docuit in primis nobilem: cuius opera athenienſes complura in ędibus ſacris poſuere. Præclaram
q; Veneris imaginẽ extra muros/ quę appellatur aphrodite exopolis. Hinc ſummã manũ ipſe Phi
dias impoſuiſſe dicitur. Ipſius diſcipulus fuit Agoracritus parius ei ętate gratus. Itaq; e ſuis operi-
bus plęraq; nomini eius donaſſe fertur. Certauere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facien-

De ſigno agoracriti q nemeſin vocãt.

da. Vicitq; Alchamenes nõ opere: ſed ciuitatis ſuffragijs contra peregrinũ ſuo fauẽtis. Quare Ago
racritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur: ne athenis eſſet: & appellaſſe nemeſim. Id poſitũ
eſt rhamnũte pago atticæ. quod. M. Varro omnibus ſignis prætulit. Eſt & ĩ matris magnæ delubro
in eadẽ ciuitate Agoracriti opus. Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes/ quæ Iouis olympii
famã intelligunt: nemo dubitat: Sed vt & merito laudari ſciant etiam qui opera eius non viderunt
proferemus argumento paruo/ & ingenij tantum. Neq; ad hoc Iouis olympij pulchritudĩe vtemur
non Mineruæ athenis factæ ãplitudine: cũ ſit ea cubitorũ. xxvi. Ebore hęc/ & auro cõſtat: ſed in ſcu

Aduerte.

to eius/ in quo amazonum prælium cælauit intumeſcente ambitu parmæ eiuſdem concaua parte
deorum/ & gygantum dicationem: in ſoleis vero laphitarum/ & centaurorum adeo momẽta omnia
compacta artis illi fuere. In baſe autem quod cęlatum eſt Pandoras geneſin appellauit. Ibi dij ſunt
. xx. numero naſcentes victoria mirabili pręcipue periti mirantur & ſerpentem: & ſub ipſa cuſpide
ęream ſpingem. Hæc licet ſint obiter dicta de artifice nunq̄ ſatis laudato ſimul vt noſcatur illaꝫ ma
gnificentiam ęqualem fuiſſe: & in paruis. Praxitelis ętatem inter ſtatuarios diximus: qui marmo-
ris gloria ſuperauit etiam ſemet. Opera eius ſunt athenis in ceramico: ſed ante omnia & non ſoluꝫ

vel noſcẽ/ tes victori aꝫ mirabi li: & preci puo p̃cio.

Praxitelis: verum & in toto orbe terrarum Venus: quam vt viderent multi nauigauerunt gnidum
duas fecerat: ſimulq; vendebat alterã velata ſpecie: quam ob id quidem pręteulerunt optione: quo-
rũ cõditio erat cõi: cum alteram etiam eodem precio detuliſſet: ſeuerum id ac pudicum arbitrãtes
Reiectam gnidij emerunt: immenſa differentia famæ. Voluit eam poſtea gnidijs mercari rex Nico
medes: totum ęs ciuitatis alienum/ quod erat ingens/ diſſoluturum repromittens. Omnia perpeti

De vindicta ſigni gnidij.

maluere: nec immerito. Illo enim ſigno Praxiteles nobilitauerat gnidum: Aedicula eius tota aperi
tur: vt conſpici poſſit/ viuæq; effigies deæ: fauente ipſa vt creditur facto. Nec minor ex quacũq; par
te ammiratio eſt. Ferunt amore captum quendam cum detuliſſet noctu ſimulachro cohęſiſſe: eiuſ-
q; cupiditatis eſſe indicem maculam. Sunt in gnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum. Li
ber pater Bryaxidis: & alter ſcopæ: & Minerua. Nec maius aliud Veneris praxitelicæ ſpecimen: q̄
quod inter hæc ſola memoratur. Eiuſdem eſt cupido obiectus a Cicerone Verri ille propter quem
theſpiæ viſebantur. Nunc in Octauiæ ſcholis poſitus. Eiuſdẽ & alter nudus in pario colonia propõ
tidis par Veneri gnidiæ nobilitate & iniuria. Adamauit enim eum Alchidas rhodius. atq; in eo quo
q; ſimile amoris veſtigium reliquit. Romæ Praxitelis opera ſunt. Flora triptolemus: Cęres in ortis
cerulianis. Boni euẽtus/ & bonę fortunę ſimulachra in capitolio. Item Menades: & quas Thyadas
vocant/ & Cariatidas/ & ſileni in Aſinij Pollionis monumentis: & Apollo/ & Neptun⁹. Praxitelis fi-
lius Cephiſodorus rei & artis hęres fuit. Cuius laudatum eſt pergami ſymplega ſignum nobile: di-
gytis corpori/ verius q̄ marmori impreſſis. Romæ eius opera ſunt. Latona in palatij delubro. Ve-
nus in Aſinij pollionis monumentis: & intra Octauiæ porticus in Iunonis æde Aeſculapius ac Dia
na. Scopæ vero laus cum his certantis. Fecit Venerem/ & Pothon/ & Phaetontem qui ſamothra-
ciæ ſanctiſſimis in cerimonijs coluntur. Item Apollinem palatinum/ Veſtam ſedentem lau-
datam in Seruilianis hortis: duaſq; cameteras circa eam: quorum pares in Aſinij monumentis
ſunt. Vbi & Canophorus eiuſdem. Sed in maxima dignatione Cn. Domitij delubro in circo flammi
neo Neptunus ipſe/ & Thetis/ atq; Achilles Nereides ſupra delphios/ & cetæ/ & hippocãpos ſedẽ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0536-2
DFG

tes.Itẽ tritones chorusq; Phorci:& pſtries:ac multa alia marina. Eiuſdem manus omnia Magnum
& pręclarum opus etiam ſi totius vitę fuiſſet.Nunc vero pręter ſupradicta quæq; neſcimus.Mars
eſt et iamnum ſedes.Coloſſus eiuſdem in templo Bruti Callaici apud cyrcum eundem ad lauieanã
portam eunti.Pręterea Venus ĩ eodem loco nuda praxite licem illam gnidiam antecedens:& quę=
cunq; alium locum nobilitant.Romæ quidem magnitudo operum eſt iam oblitterata a magnis of
ficiorum negotiorumq; aceruis.quę omnes a contemplatione talium abducunt:quoniam ociſo=
ruz:& in magni loci ſilentio apta ammiratio talis eſt.Qua de cauſa ignoratur artifex eius quoq; Ve
neris quam Veſpaſianus imperator in operibus pacis ſuę dicauit antiquorum dignã famam.Par=
heſitatio eſt in templo Apollinis ſoſiani Nioben cum liberis morientem Scopas an praxiteles fece=
rit.Item Ianus pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto:ex ægypto aduectus:vtrius manu ſit:iã qui
dem & auro occultatus.Similiter in curia Octauiæ quęritur de Cupidine fulmẽ tenente.Id demuz
affirmatur. Alchibiadez eſſe pricipem forma in ea ætate.Multa in eadem ſcola ſine auctoribus pla
cent. Satiri quattuor:ex quibus vnus Liberum patrem palla vellatuz Veneri præfert:alter liberam
ſimiliter.Tertius ploratũ infantis cohibet.Quartus cratere alterius ſitim ſedet:duæq; nymphę: ve
lificantes ſua veſte:Nec minor quęſtio eſt in ſeptis.Olympum & pana Chironemq; cũ Achille qui
fecerint:præſertim cum capitali ſatiſdatione fama iudicet dignos ſcopas habuit ęmulos eadem ęta
te Bryaxin:& Timotheum:& Leocarem:de quibus ſimul dicendum eſt:quoniam pariter cælaue=
re mauſoleum hoc eſt ſepulchrum ab vxore artemiſia factũ Mauſolo cariæ regulo:qui obijt olym=
piadis centeſimæ anno ſecundo.Opus id vt eſſet inter ſeptem miracula:ij maxime artifices fecere:
patet ab auſtro & ſeptẽtrione ſexagenos ternos pedes.Breuius a frontibus toto circuitu pedes qua
dringentos.xi.attolliť in altitudinem.xxv.cubitis.Cingitur columnis.xxxvi.ab oriẽte cælauit Sco
pas:a ſeptentrione Bryax:a meridie Timotheus:ab occaſu Leocares.Priuſq; q̃ peragerent:regina
artemiſia:quæ mariti memoriæ id opus extrui iuſſerat:obijt.Non tamen receſſerunt niſi abſoluto
iam id gloriæ ipſorum artiſq; monumẽtum iudicãtes:hodieq; certauit manus:acceſſit & quintus ar
tifex.Namq; ſupra pteron pyramis altitudie inferiorẽ æquauit.xxiiij.gradibus in metæ cacumẽ ſe
contrahẽs.In ſũmo eſt quadriga marmorea:quã fecit pythis Hęc adiecta.cxl.pedũ altitudine:totũ
opus includit:Timothei manu Diana Romę eſt in palatio Apollinis delubro.cui ſigno caput repo
ſuit aulanius Euander.In magna ammiratiõe eſt & Hercules Mneſtrati.Et Hecate epheſi in tem=
plo dianæ poſt ædem in cuius contemplationem ammonent ęditui parcere oculis:tanta marmoris
radiatio eſt.Non poſtferuntur & charites in ꝓpyleis athenienſium:quas Socrates fecit:alius ille q̃
pictor:idem vt aliqui putãt.Nã mironis illius:qui ære laudať:anus ebria eſt ſmyrnæ in primis incli=
ta Pollio Aſinius vt fuit acris vehementiæ:ſic quoq; ſpectari monumenta ſua voluit.In ijs ſunt cen
tauri nymphas gerentes Archeſitæ:Theſpiades.Cleominis:Oceanus & iuppiter Enthochi Hip=
piades Hermorothes Tauriſci nõ cælatoris illius:ſed Trallianí.Iuppiter hoſpitalis.Pappipi praxi
telis diſcipuli Zetus & Amphion & dirce & Thaurus:vinculumq; ex eodem lapide.A rhodo aduc
cta opera apollini & thauriſci parentũ.ſi certamen de ſe fecere Monecratem videri profeſſi:ſed eſ=
ſe naturalem artemidorum.Eodem loco Liber pater Eutychidis manu laudatur:ad Octauiæ vero
porticum apollo Philiſci rhodij in delubro ſuo.Item Latona & diana:& muſæ nouẽ:& alter apollo
nudus.Eum qui cytharam in eodẽ templo tenet.Timachides fecit.Inter Octauiæ vero porticus in
æde Iunonis ipſã deaz Dionyſius & Pollichles.Aliaz venerẽ eodẽ loco Philiſcus.Cætera ſigna pra
xiteles Itẽ Polycles & Dionyſius Timarchidis filij Iouem qui eſt in proxima ęde fecerunt.Pana &
Olympum lactantes.Eodez loco Heliodorus:quod eſt alterum in terris ſymplega nobile.Venerẽ
lauantam ſeſe.Dedalum aſtantem Polycharmus.Ex quo apparet in magni honoris auctoritate ha
bitum Lyſie opus.Quod in palatio ſuper arcum diuus Auguſtus honori Octauij patris ſui dicauit
in ædicula columnis adornata.Id eſt quadriga curruſq;:& apollo ac diana ex vno lapide In hortis
ſeruilianis reperio laudatos Calamidis apollinem illi⁹ cęlatoris:dactilis Pythias.Amphiſtrati Cali
ſthenem hyſtoriarum ſcriptorem.Deinde multorum obſcurior fama eſt:quorũdam claritati ĩ ope
ribus eximijs obſtante numero artificum:quoniam nec vnus occupat gloriam:nec plures pariter
nuncupari poſſũt:ſicuti in Lacoõte:qui eſt in Titi ĩpatoris domo:op⁹ oibus & picturę & ſtatuarię
artis pręponẽdum.Ex vno lapide eũ & liberos:draconũq; mirabiles nexus de conſilij ſẽtentia fece
re ſũmi artifices Ageſãder & Polydo⁊⁹ & Athenodorus rhodij ſimiliter palatinas domos Cæſa⁊ re
pleuere ꝓbatiſſimis ſignis Crater⁹ cũ Pythodoro.Polydectes cũ Hermolao:Pythodor⁹ ali⁹ cũ Ar
temone.Et ſingularis aphrodiſius trallianis.Agrippę Pãtheũ decorauit Diogenes atheniẽſis & Ca
riatides.In colũnis tẽpli eius ꝓbãť iter pauca ope⁊ ſicut ĩ faſtigio poſita ſigna:ſed ꝓpter altitudinẽ
oci minus celebrata.In honore eſt in tẽplo illo Hercules ad quez pœni oibus annis hũana ſacrifica

sepulchrũ mauſoleũ ab arte=miſia ca rie regu=lo cõſtru ctum.

Vel occu pari vel cõſimili.

vel in ſũ=mo faſti gio.

uerunt victima humi:ſtans ante aditum porticus agnationes ſitę fuere/ & Theſpiades ad ædẽ Fœ=
licitatis:quarum vnam amauit eques romanus Iunius Piſciculus:vt tradit Varro ammiratur & pra
xiteles:qui etiam quinq; ſcripſit volumina nobilium operum in toto orbe. Natus hic in græcia Ita=
liæ ora & ciuitate romana donatus cum iis oppidis. Iouez fecit eburneuz in Metelli æde:qua cãpus
petitur Accidit vero ei:vt cum in naualibus vbi fære africanæ erant per caueam intuens leonem cæ
latet:& ex alia cauea panthera erũperet non leui periculo diligẽtiſſimi artificis. Feciſſe opa cõplura
dicit:ſed q̃ fecerit noĩati non refert. Archeſilaũ quoq; magnificat Varro cuius ſe marmoreaz habu=
iſſe leænam tradit:aligeroſq; ludentes cum ea Cupidines quorum alij religatam tenerent:alij e cor
nu cogerent bibere. alij calciarent ſoccos:& omnes ex vno lapide. Idem & a Coponio.xiii.natiões
Canacus. quæ ſunt circa pompeium factas auctor eſt:inuenio & Canacum laudatum inter ſtatuarios:feciſſe
marmorea. Nec minus Sauron atq; Bathracum obliterari cõuenit:qui fecere templa Octauię por=
ticibus incluſa natione & ipſi lacones. Quidam & opibus præpotentes fuiſſe eos putãt: ac ſua im
penſa conſtruxiſſe:inſcriptionem ſperantes. Qua negata:hoc tamen alio loco & modo vſurpaſſe.
Sunt certe etiamnum in columnarum epyſtilijs inſculta nominum eorum argumenta rana atq; la=
Vel ebur certa in iouis ęde extitiſſe picturã cultuſq; reliquos omnes fæmineos argumentis cõſtat:et facta:iu
neis. noniis ęde cum inferrentur ſigna:permutaſſe geruli traduntur:& id religioni cuſtoditum:velut ip=
ſis dijs ſedem ita partitis. Ergo & in iunonis æde cultus eſt:qui iouis eſſe debeat. Sunt & in paruis
marmoreis famam conſecuti Myrmecides:cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca.
Et Callicrates:cuius formicarum pedes:atq; alia membra peruidere non eſt.

¶Quando primum marmorũ in edificijs vſus:& quis primus romæ cruſtauerit parietes: & qui
bus ætatibus quæq; marmora in vſum venerint:& quis primus marmora ſecuerit:& ratio ſecandi de
harena.

CA.VI

HAec ſint dicta de marmorum ſculptoribus:ſummaq; claritate artificum: quo in tractatu
ſubit mentem non fuiſſe tum auctoritatem maculoſo marmori:quam fecere e thaſo cy=
cladum inſularum vna æque & e leſbio:liuidius hoc paulo verſicolores quidem macu=
las habens. Et in totuz marmorum apparatum. Menander etiam diligentiſſimus luxuriæ
interpres primus & raro attigit. Columnis demum vtebantur in templis:nec læticiæ cauſa:nõdum
enim iſta intelligebantur:ſed quia firmiores aliter ſtatui non poterant. Sic eſt inchoatum athenis tẽ=
plum Iouis olympij:ex quo Sylla capitolinis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamen inter lapidẽ
atq; marmor differentia iam apud Homerum:dicit enim Paridis os marmoreo ſaxo percuſſũ. Sed
hactenus. Regias quoq; domos laudatiſſime tum preter æs:aurum:electrum:argentum:ebore tan
Chiorũ la tum adornans. Primum (vt arbitror) verſicolores iſtas maculas chiorum lapidicinę oſtenderunt:cũ
pi. extruerunt muros:faceto in id. M. Ciceronis ſale omnibus enim oſtendebant vt magnificum. Mul
to inquit magis mira res eſſet:ſi tyburtino lapide feciſſetis. Et hercules non fuiſſe picturæ honos vl=
lus non modo tantus ſine aliqua marmorum auctoritate. Secandi marmor in cruſtas neſcio an ca=
riæ fuerit inuentum antiquiſſima quod equidem inueniam. Haliacarnaſi Mauſoli domus proco=
neſo marmore exculta eſt:latericijs parietibus. Is obijt olympiadis centeſimę ſextę anno ſecundo
Vrbis romę anno.ccc.ſcdo. Primum romę parietes cruſta marmoris opuiſſe totius domus ſuę in cę
lio monte Cornelius nepos tradidit Mamurram formijs natum equitem romanum præfectum fa=
mamurra brorum. C. Cęſaris in gallia. Neqz indignatio ſit tali auctore inuentare. Hic nãqz eſt Mamurra Ca=
fabrorũ p̃ tuli veronenſis carminibus procilſus:quem vt res eſt:domus ipſius clarius q̃ Catullus dixit habere:
fectus. quicquid habuiſſet comata gallia. Namqz adiecit idem Nepos eum primum totis ędibus nullam
niſi e marmore columnam habuiſſe:omnes ſolidas e caryſto aut lunenſi. Deniq;. M. Lepidus Catul
li in conſulatu collega primus omniũ limina ex numidico marmore ĩ domo poſuit magna repræhẽ
ſione. Is fuit conſul anno vrbis.dc.lxvi. Hoc primum inuecti numidici marmoris veſtigium inuenio
vel me ſa. non in columnis tantum cruſtiſue vt Mamurra cariſtium poſuit:ſed in maſſa & viliſſimo liminum
vel meſea vſu. Poſt hũc Lepiduz ferme quadriennio. L. Lucullus conſul fuit:qui nomen (vt apparet ex res) lu
a quo lu= culleo marmori dedit:admodum delectatus illo primuſq; romam inuexit atrum alioquin cum cæ=
culleum tera maculis aut coloribus commendentur. Naſcitur autem in nilo inſula:ſolumq; pene horuz mar
marmor morum ab amatore nomen accepit. Inter hos primuz (vt arbitror) marmoreos parietes habuit ſce
nomẽ hz. na. M. Scauri:non facile dixerim ſectos an ſolidis glebis poli tos:ſicuti eſt hodie Iouis tonãtis ædes
in capitolio. Nondum enim ſecti marmoris veſtigia inuenerat italia. Sed quiſq; primum inuenit ſe
care luxuriamq; diuidere:importuni ingenij fuit. Harena hoc fit:& ferro videtur fieri ſerra ĩ præte
nui linea premente harenas verſando tractuq; ipſo ſecante. Aethiopia ad hæc maxime probatur.
Nam id quoq; acceſſit:vt ad æthiopias vſq; peteretur:quod faceret marmora. Immo vero etiamnũ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0538-4

dos:vnde margaritas quoq; peti ſeueris moribꝰ indignũ erat.Hęc ꝓxime laudať.Mollior tñ quę ex
æthiopia.Illa.n.nulla ſcabricie ſecat.Indica nõ æque leuigat:ſed ea cõbuſta polientes marmora fri-
care iubenť.Simile & naxię vitiũ eſt:& coptidi:q̃ vocať ægyptia Hæc fuere antiqua genera marmo-
ribus ſecandis.Poſtea repta eſt ars nõ minus ꝓbãda ex quodam hadriatici maris vado æſtu nudante
obſeruatione nõ facili.Iã quidẽ q̃cunq; harena ſecare e fluuijs omnibus frans artificum auſa eſt:quod
diſpendium admodum pauci intelligunt.Craſſior.n.harena laxioribus ſegmentis terit:&plus erodit
marmoris:maiuſq; opus ſcabritia politurę relinqt.Ita ſectæ attenuãtur cruſtę.Ruſuſq; thebaica po Vel eroſo.
lituris accomodať.Et q̃ fit e poro lapide aut e pomice..Signis e marmore poliendis/gemmiſq; etiaʒ
ſcalpendis/ atq; limandis.

## De naxio/& harmonio:& de generibus marmorũ. CA.VII.

NAxium diu placuit ante alia vti:ita vocantur cotes in inſula cypro genitæ.Vicere poſtea ex
armenia vectę.Marmorũ genera/& colores nõ attinet dicere in tanta noticia.Nec facile ẽ
enumerare in tãta multitudine.Quoto enim quoq; loco non ſuum marmor inueniť.Et ta
men celeberrimi generis dicta ſunt in ambitu terrarum cum gentibus ſuis. Non oĩa tam
in lapidicinis gignuntur.Sed multa &ſub terra ſparſa.Pręcioſiſſimi quidem generis lacedæmonium
viride:cunctiſq; hylarius.Sic & auguſteum:ac deinde tiberiuʒ:in ægypto Auguſti/ac Tiberij primũ Marmor la-
principatu reperta.Differentiaq; eorum eſt ab ophite:cum ſit illud ſerpentium maculis ſimile:vñ & cedæmoniũ
nomen accepit:q҃ hę maculas diuerſomodo colligunt.Auguſteum vndatim criſpuʒ in vertices.Tibe viride.
rium ſparſim conuoluta canicie.Neq; ex ophite columnę:niſi paruę admodum inueniũtur.Duo eiꝰ
genera molle candidum:nigricãs durum.Dicuntur ambo capitis dolores ſedare adalligati:& ſerpen
tium ictus.Quidam phreneticis/ac lethargicis adalligari iubent candicantem.Contra ſerpẽtes autẽ
a quibuſdam laudatur p̃cipue ex his/ quẽ tephriam appellant a colore cineris. Vocatur & mẽphites
a loco gemãtis naturæ.Cuius vſus conuenit iſs quę vrenda/aut ſiccanda ſunt ex aceto illitus. Obſtu Marmor cõ-
peſcit eñ ita corpus:vt non ſentiat cruciatuʒ.Rubet porphyrites in ægypto ex eo candidis ĩter veniẽ tra ſerpentes
tibus punctis:leucoſtyctos vocať.Quãtiſlibet molibus cædendis ſufficiunt lapidicinæ.Statuas ex eo
Claudio Cęſari procurator eius in vrbem ex ęgypto aduexit tris.Aſinius Pollio nõ admodum ꝓba-
ta nouitate.Nemo poſtea certe imitatus eſt.Inuenit eadem ægyptus in ęthiopia:quem vocãt baſaltẽ
ferrei coloris/atq; duriciæ.Vnde & ei nomen dedit.Nunq̃ is autem maior repertus eſt:q̃ in tẽplo pa-
cis ab imperatore Veſpaſiano Auguſto dicatus.Argumẽto.xvi.liberis circa ludentibus:per quos to
tidem cubiti ſummi incremẽti augentes ſe annos eius intelligũtur.Non abſimilis illi narratur in the
bis delubro Serapis(vt putant)Memnonis ſtatua dicatus:quem quottidiano ſolis ortu cõtactum ra-
dijs crepare dicunt.Onychiten etiam tum in arabię montibus/nec vſq̃ alibi naſci putauere noſtri ve De memno-
teres. Sed & in germania potorijs vaſis inde factis primum dein pedibus lectorũ/ſelliſq;.Corneliꝰ ne nis ſtatua/&
pos tradit magno fuiſſe miraculo:cũ.P.Lentulus Spinter amphoras ex eo/&vrceos magnitudine ca radijs ſolis
dorum oſtendiſſet.Poſt quinquennium/deinde triginta duorũ pedum longitudine columnas vidiſſe mirum.
Variatum in hoc lapide poſtea eſt.Nãq; pro miraculo inſigni quattuor modicas in theatro ſuo Cor-
nelius Balbus poſuit.Nos ampliores triginta vidimus in ſcena:quaʒ Caliſtus Cęſaris Claudij liberto
rum potentiſſimus exædificauerat.

## De alabaſtrite/& lygdinio alabandico. CA.VIII.

NVnc aliqui lapidem alabaſtriten vocãt:quem cauant ad vaſa vnguentaria:quoniã optime Aduerte.
ea incorrupta ſeruare dř.Idemq; etiam exuſtus:ex emplaſtris conuenit.Naſcitur circa the
bas ægyptias.&damaſcũ ſyrię.Hic cęteris cãdidior.Probatiſſimus vero in carmania:mox
in india.Iam quideʒ & in ſyria/aſiaq;. Viliſſimus autem/& ſine vllo nitore in cappadocia.
Probanť q̃ maxime mellei coloris in vertice maculoſi/atq; nõ tranſlucidi.Vitia vero in iſs corneus co
lor/aut candidus:& quicquid ſimile vitro eſt. Paulum diſtat ab eo ad vnguẽtorum fidem : vti exiſti-
mant.Lydinus in tauro repertus amplitudine/qua lances:crateraſq; non excedat. Antea tantum ex
arabia aduehi ſolitus candoris eximij.Magnus & contrariæ inter ſe naturæ duobus honos. Coralitĩ
co in aſia repto:menſure nõ vltra bina cubita:candore proximo ebori & quadã ſimilitudine e diuer-
ſo niger eſt alabãdicus terræ ſuæ noie:quanq̃ & mileti naſcẽs:ad purpuram tamen magis aſpectu de
clinante.Idemq; liquatur igni:ac funditur ad vſum vitri. Thebaicus intercinctus aureis guttis inue-
nitur in africę parte ægyptio aſcriptę coticulis ad terenda collyria quadam vtilitate naturę alia cõue Vel ſyenites.
niẽs.Circa ſyenẽ vero thebaidis:ſinites:quẽ ante pyrrhopœcilon vocabãt.Trabes ex eo fecere reges
quodam certamĩe obeliſcos vocantes ſolis numini ſacra/os.Radioruʒ eius argumẽtum in effigie ẽ:& Obeliſci cur
ita ſignificatur noĩe ægyptio.Primus omnium id inſtituit Mitres:qui in ſolis vrbe regnabat ſõnio iuſ ſoli dicati.
ſus:& hoc ipſuʒ inſcriptum eſt in eo.Et.n.ſculpturæ illæ/effigieſq;/quas videmus ægyptiæ ſũt litteræ mitres primꝰ
poſtea & alij regũ in ſupradicta vrbe Sochis quattuor numero:quadragenorum/& octonũ cubitorũ obeliſcũ fecit

longitudine. Ramiſes aūt is quo regnāte iliū captū eſt: quadraginta cubitorū Idēq; digreſſus ide: vbi fuit Mneuidis regia poſuit aliū longitudine vndecenis pedibꝰ: ꝑ latera cubitis quattuor.

Vl vndecentenis.

¶ De obeliſco/ & thebaico/ & alexandrino/ & de illo/ qui eſt & in cyrco magno. CA.IX.

OPus id feciſſe dicunt vigīti milia hoīꝫ. Ipſe rex cum ſubrecturus eſſet: vererentq; ne machinæ ponderi nō ſufficerent: quo maius ꝑiculū curę artificū denūtiaret filiuꝫ ſuum adalligauit cacumini: vt ſalus eius apud molliētes ꝓdeſſet lapidi. Hāc ammiratione opis effectū ē: vt cum oppidum expugnaret Cābyſes rex ventumq; eēt incendio ad crepidines obeliſci: extingui ignē iuberet molis reuerentia/ q vrbis nullā habuerat. Sunt & alij duo. Vnꝰ a Smarre poſitꝰ alter ab Eraphio ſino notis quadragitaocto cubitorū. Alexādriæ ſtatuit vnū octoginta cubitoꝝ Ptolemęus Philadelphꝰ: quē exciderat Nectabis rex purū. Maiuſq; opꝰ fuit in deuehēdo/ ſtatuēdoue mīto q̄ in excidēdo. A ſatyro architecto aliqui deuectū tradūt. Rate (vt Callixenus dixit) a phœnice foſſa ꝑducta vſq; adiacentem obeliſcū e nilo. Naueſq; duas in latitudinē patulas: pedalibꝰ ſpatijs ex eodem lapide ad rationem geminari ꝑ duplicē menſurā ponderis oneratas: ita vt ſubirēt obeliſcū pendentem extremitatibus ſuis in ripis vtrinq;: poſtea egeſtis laterculis alleuata naue excepiſſe onus ſtatutum. Exciſos aūt ſextalis in monte eodem artificem donatum talētis quinquaginta. Hic aūt obeliſcus fuit in arſinoe poſitus a rege ſupradicto: munus amoris in cōiuge/ eadēq; ſorore Arſinoe. Inde eam naualibus incōmodum. Maximus quidā p̄fectis ægypti trāſtulit in foruꝫ reciſo cacumie dū vult faſtigium addere auratū: qđ poſtea amiſit. Et alij duo ſunt alexādrię ad portū in Cęſaris tēplo: quos excidit Meſphees rex q̄dragenū binū cubitorū ſup oīa exceſſit difficultas mari romā deuehendi ſpectatis admodum nauibus Diuus Auguſtus priorē aduexerat miraculi gratia: puteoliſq; naualibus ꝑpetuis dicauerat. Sed incendio cōſumptus eſt Diuus Claudius: aliquot ꝑ annos aſſeruatū eum/ queꝫ Caius Cęſar importauerat: omnibus q̄ nunq̄ in mari viſa ſunt: mirabiliorem turribus puteolis ex puluere exædificatis ꝑductum oſtiā portus gratia merſit: alia ex hoc cura nauium/ q̄ tyberi ſubuehebāt. Quo experimento palam fuit: nō minus aquarum huic amni eē q̄ nilo. Is aūt obeliſcus: quem Diuus Auguſtus in cyrco magno cōſtituit: exciſus a rege Semneſerteo: quo regnāte Pythagoras in ægypto fuit centū vigintiq; pedum ē: & dodrātis: p̄ter baſin eiuſdem lapidis. Is vero q eſt in campo martio nouē pedū minor eſt a Seſoſtride. Inſcriptā ambo rerū naturę interp̄tationeꝫ ægyptiorū ope/ & philoſophię cōtinent.

Vel maturiꝰ.
Deobe. M. & eius filio.
Vel triginta.
Vel quē thebis eſſe dixi.
Vel focis. vel feſtalis vel ſex ī mōte.
Aduerte.

¶ De illo qui eſt in campo martio ꝓ gnomone. CA.X.

EI qui eſt in cāpo Diuus Auguſtus addit mirabilē vſum ad dep̄hendēdas ſolis vmbras dierūq;/ ac noctiū magnitudines: ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinē: cui par fieret vmbrarum romę cōfecto die ſexta hora/ poulatimq; per regulas/ q̄ ſunt ex ęre incluſę ſingulis diebus decreſceret: ac rurſus augeſceret: digna cognitu res/ & ingenio fœcūdo. Mālius mathematicus aprici auratā pilā addidit: cuius vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam alia/ atq; alia icrementa iaculantē apicē: ratione vt ferunt: a capite hominis intellecta. Hæc dierū obſeruatio triginta iā fere annis nō cōgruit: ſiue ſolis ipſius diſſono curſu/ & cœli aliqua rōne mutato: ſiue vniuerſa tellure aliquid a centro ſuo dimota: vt dep̄hendi & in alijs locis accipio: ſiue vrbis tremoribus ibi tantū gnomone intorto: ſiue inundationibus tyberis ſedimēto molis facto: q̄q̄ ad altitudineꝫ impoſitę rei in terram quoq; dicantur iacta fundamenta.

obeliſcꝰ gnomōicꝰ ī cam. Mar. ad ſolis vm. dep̄hendendas.
Vel moli.

¶ De tertio obeliſco romæ in vaticano. CA.XI.

TErtius eſt in vaticano Caij/ & Neronis principū cyrco: ex oībus vnꝰ oīno fractus in molitudine eiꝰ quē fecerat. Seſoſtridis filius Nuncoreus. Eiuſdē remanet & aliꝰ cētū cubitoꝝ: quē poſt cęcitatem viſu reddito ex oraculo ſoli ſacrauit.

vel immutatione.

¶ De pyramidibus ægyptijs: & ſphinge. CA:XII.

DIcant obiter pyramides in eadē ægypto reguꝫ pecuniæ ocioſa/ ac ſtulta oſtētatio. Quippe cum faciendi eas cauſa a plerliſq; tradat: ne pecuniam ſucceſſoribus/ aut æmulis inſidiantibus p̄berent: aut ne plebs eſſet ocioſa. Multa circa hoc vanitas illorū hominum fuit: veſtigiaq; complurīū incoactarū extāt. Vna eſt in arſionite nomo: duæ in mēphi nō procul a labyrintho: de quo & ipſo dicemus. Totidem vbi fuit meridis lacus: hoc eſt: foſſa grādis. Sed ægyptus inter mira/ ac memoranda narrat haꝝ cacumina extrema: quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres: quæ orbem terrarū impleuere fama: ſane conſpicuæ vndiq; a nauigantibus: ſitæ ſunt in parte africę monte ſaxeo ſteriliq; inter memphin oppidum: & quod appellari diximus delta a nilo minus quattuor milibꝰ paſſuum a Memphi ſeptem. d. paſſuū a vico appoſito/ quē vocāt Buſtrin. In quo ſunt aſſueti ſcandere illas. Ante has eſt ſphinx: vel magis miranda/ qua ſilueſtria ſunt accolentium. Amaſin regē putēt in ea conditū: & volunt inuectam videri. Eſt autem ſaxo naturali elaborata: & lubrica. Capitis monſtri am

Ad qđ pyra. extructę ſit.
Vel vrbe
Tres py. famoſę.
Sphix Amaſis regis monu.

bitus ꝑ frontem centum duos pedes colligit:longitudo pedū centum quadragintatriū eſt:altitudo a vētre ad ſummū apicē in capite ſexagita duū.Sꝫ pyramis āpliſſima ex arabicis lapidicinis cōſtat.Trecenta ſexaginta hoim milia annis.xx.eam cōſtruiſſe ꝓdunt. Tres vero factæ annis ſeptuagintaocto/ & menſibus quattuor.Nempe qui de iis ſcripſerunt:ſunt Herodorus: Euhemerus.Duris ſamiꝰ:Ariſtagoras:Dionyſius:Artemidorꝰ.Alexāder Polyhiſtor:Butarides:Antiſthenes:Demetrius: Demoteles:Appion.Inter omnes vero eos non conſtat a qbus factæ ſint iuſtiſſino caſu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus.Aliqui ex iis ꝓdiderūt in raphanos/& allium/ac cepas mille octingenta talēta erogata ampliſſima octo iugera optinet ſoli quattuor angulorū paribus interuallis per octingētos octogintatres pedes ſingulorū laterꝝ altitudo :a cacumie pedes.xxv.alterius iterualla ſingula ꝑ quattuor angulos pares.dcc.trigintaſeptē comphendunt.Tertia minor ꝑdictis:Sed multo ſpectatior.ęthiopicis lapidibus conſurgit.ccc.ſexagintatribus pedibus iter angulos.Veſtigia ędificationuꝫ nulla extāt.Harena late pura circū lentis ſimilitudine:qualis in maiori parte africæ.Quæſtionuꝫ ſumma eſt:quanam ratione in tantam altitudinem ſubuecta ſint cementa.Alii.n.nitro/ac ſale / adaggeratis cum creſcente ope at pacto fluminis irrigatione dilutis.Alii lateribus e luto factis extructos pōtes in priuatas domos diſtributos.Nilum.n.nō putant rigare potuiſſe multo humiliorem.In pyramide maxima eſt intus puteus octingentaſex cubitorꝝ:flumen illo admiſſum arbitrant̄.Menſuraꝫ altitudinis earū/omniumqꝫ ſimilium dephendere inuenit Thales mileſius vmbram metiendo :qua hora par eē corpori ſolet.Hæc ſunt pyramiduꝫ miracula.Supremumqꝫ illud:ne quis regum opes miret̄ minimā extitiſſe laudatiſſimam a Rhodope meretricula factam:Aeſopi fabularꝫ philoſophi cōſerua quondam & cōtubernalis hęc fuit:maiore miraculo tantas opes meretricio eſſe cōqſitas qſtu.Magnificat̄ & alia turris a rege facta in inſula pharo portum optinēte alexandriæ:quam conſtituiſſe.dccc.talentis tradūt:magno animo:ne quid omittamꝰ.Ptolemęi regis:q' in ea pmiſerit Soſtrati caſſidis architecti ſtructuræ ipſius nomen inſcribi.Vſus eius nocturno nautarū curſui ignes oſtendere ad pnuntiādavada:portuſqꝫ introitū.Sicut iam tales cōpluribus locis flagrant:vt potneoſię/acrauennę advitandum periculum etiā in corriuatione.Flagrant cum eo ſita ea craſſienne.Periculū in corriuatiōe igniuꝫ ſydus exiſtimetur:qm̄ e longinquo ſimilis flammarum aſpectus eſt.Hoc idem architectus primus omniuꝫ pēſilem ambulationem gnidi feciſſe traditur.

Mirū de expenſa ſolum in ra.all.&cepas in py.cōſtru.facta.

Py.tertia aliis minor: ſed expenſa maior.Vel.xv.

tertia py.rhodopes mere.ſeplchrū fuit

Turris illa inter.vii.orbis mira.numerantur.

Vel ne contīnuatione.

## De labyrinthis:ægyptio:cretico:lemnio:italico. CA.XIII

Aegy.laby.aliis antiqor.

Dicamus & labyrithos:vel portentoſiſſimū humani ingenii opus.Sed nō vt exiſtimari poſſit falſum.Durat etiā nūc in ægypto in heracleopolite/nomo/qui primꝰ factus eſt ante annos(vt tradūt)tria milia ſexcētos a Peteſuco rege:ſiue Tithoe.Quāq̄ Herodotꝰ totū opus regū eē dicat:nouiſſimeqꝫ Pſammetichi.Cauſas faciendi varię iuterptant̄.Demoteles regiā Motherudis fuiſſe.Lycias ſepulchrū Meridis.Plures ſoli ſacrū id extructū:qd maxie credit̄. Hic vtiqꝫ ſumpſiſſe.Dedalum exēplar eius labyrinthi/quē facit in creta:nō eſt dubiū:ſed centeſimā tantū portionem eius imitatum:q̄ itinerum ambages:occurſqꝫ/ac recurſus inexplicabiles cōtinet. Non vt in pauimentis/puerorumue ludicris cāpeſtribus videmus breui lacinia milia paſſuum pluta ambulationis continentē:ſed crebris foribus inditis ad fallēdos occurſus:redeundūqꝫ in errores eoſdē.Secūdus hic fuit ab ægyptio labyrintus:tertius in lemno:quartus in italia.Oēs lapide polito fornicibus tecti.Aegyptius quod miror equidem in introitu lapideis e paro colūnis:Reliquę erāt ſyenitæ:molibꝰ compoſitis quas diſſoluere:ne ſęcula quidē poſſint adiuuātibus Heracleopolitis:qui id opus inuiſuꝫ mire infeſtauere.Poſitioné operis eius:ſingulaſqꝫ partes enarrare nō eſt: cum ſit in regiones diuiſum atqꝫ in præfecturas:quas vocant nomos:ſexdecim nominibus eorū totideꝫ vaſtis domibus artibutis Præterea templa omnium ægypti deorꝝ continet:ſuperqꝫ Nemeſes quindecim ædiculis iucluſę.Sūt pyramides complures quadragenarum vlnarum ſenos radice muros obtinentes. Feſſi iā eundo pueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem.Quin & cœnacula prius excelſa porticuſqꝫ aſcendūtur nonagenis gradibus omnes intus colūnæ de porphyrite lapide:deorū ſimulachra: regum ſtatuę:mōſtrificę effigies.Quarundā aūt domorū talis eſt ſitu:vt adapientibus fores tonitruū intus terribile exiſtat.Maiore autem in parte trāſitus eſt ꝑ tenebras:alięqꝫ rurſus extra murū labyrinthi ædificioruꝫ moles pteron appellāt. Inde aliæ perfoſſis cuniculis ſubterraneæ domus.Reficit vnus omnino paucavbi ex monte phado Tebis rex ante alexandrum magnum annis quingentis.Id quoqꝫ traditur fulſiſſe trabibus ſpinæ oleo incoctæ dum fonices quadrati lapidis aſſurgerent. De ægyptio & cretico labyrinthis ſatis dictuꝫ eſt.Lennius ſimilis omnis colūnis tm̄ centum quinquaginta memorabilior fuit quarum in officina turbines ita librati pependerunt:vt puero circūagente tornatentur.Architecti illum fecere Emilius & Rholus & Theodorus indigena.Extātqꝫ adhuc reliquiæ eius:cū cretici italiciqꝫ nulla veſtigia extent.Nāqꝫ & italicum dici cōuenit:quem fecit ſibi porcena rex hetruriæ ſepulchri

Dedalꝰ i cre laby.fecit.

Vel videmꝰ millia paſſ.

Porſenna laby.in italia ſepulchri grā conſtruxit.

Vbi porſen ſepultus.

cauſa:ſimul vt & externorũ regum nauitas quoq; ab italis ſuperaret. Sed cum excedat omnia fabu-loſitas:vtemur ipſius.M.Varronis in expoſitiõe ei⁹ verbis.Sepultus eſt(inqt)ſub vrbe cluſio:in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato.Singula latera pedũ lata tricenum:alta quinquagenu; Inq; baſi quadrata intus labyrinthu; inextricabilẽ.Quo ſi quis iproperet ſine glomere lini.exitum inuenire nequeat.Supra id quadratũ pyramides ſtãt qnq;.Quattuor in angulis:& in medio vna.In imo latę pedum ſeptuagenũ quinũ:altę cẽtum quinquagenũ:ita faſtigiatę:vt in ſummo orbis ęne⁹/& pegaſus vnus oĩbus ſit impoſitus:ex quo pendeãt excepta cathenis tintinabula:q̃ vento agitata lõge ſonitus referãt:vt dodonæ olim factũ.Supra quẽ orbẽ quattuor pyramides inſup ſingulæ extãt altę pedu; cẽtenũ. Supra q̃s vno ſolo quinq; pyramides:quarũ altitudinẽ Varronẽ puduit adiſcere.Fabulę hetruſcę tradunt eandẽ fuiſſe:quã totius opis:adeo veſana demẽtia q̃ſiſſe gloriã ipendio nulli ꝓfuturo.Præterea fatigaſſe regni vires:vt tñ laus maior artificis eſſet.

## De penſili horto:& oppido:& templo Dianæ epheſiæ. CA.XIIII.

☞ ægyptię thebę penſiles.

Leguntur & penſiles hortos:imo vero totũ opidum feciſſe ægyptię thebę:exercitus armatos ſubito educere ſolitis regibus nullo oppidanorũ ſentiẽte.Etiãnum hoc minus miru; q̃ ꝙ flumine medium oppidum interfluente:q̃ ſi fuiſſent:nõ dubium eſt dicturum Homerum fuiſſe:cum centum portas ibi p̃dicaret.

☞ Tẽplũ Di.epheſ.a tota aſia conſtructum.

Cur illud in ſolo paluſtri cõſtructum.

Vel clino.

Artificis ſõnium.

Gręcæ magnificẽtię vera ammiratio extat tẽplum epheſiæ Dianę ducẽtis viginti annis factu; a tota aſia.In ſolo id paluſtri fecere:ne terręmotus ſentiret:aut hiatus timeret.Rurſus ne in lubrico/atq; in ſtabili fundamẽta tantæ molis locarẽtur:ante calcatis ea ſubſtrauere carbonibus:dein velleribus lanę.Vniuerſo tẽplo longitudo eſt quadringentorum vigintiquinq; pedum:latitudo ducentorũ viginti.Columnæ centum vigintiſeptẽ a ſingulis regibus factæ ſexaginta pedum altitudine.Ex iis triginta ſex cęlatæ.Vna a Scopa.Operi p̃fuit Cteſiphon architectus.Summa miracula:epyſtilia tãtę molis attoli potuiſſe.Id cõſecutus eſt ille peronibus harena plenis molli puluino ſup capita columnarum exaggerato paulatim exinaniẽs ab imo vt ſenſim totu; in colle ſederet.Difficillime hoc tõtingit in lumine ipſo:qđ forib⁹ imponebat.Etẽ ea maxima moles fuit:nec ſedit.In cubili animo anxio artifici mortis deſtinatiõe ſupma.Traduntq; in ea cogitatiõe feſſum nocturno tp̃e in quiete vidiſſe p̃ſentem deã:cui templum fiebat:hortãtem vt viueret:ſe compoſuiſſe lapidẽ/atq; ita poſtero die apparuit:ponderecq; ipſo correctus videbatur.Cętera eius opis ornamenta plurium librorum inſtar optinẽt:nihil ad ſpecimen naturæ ptinẽtia.

## De delubro Cyzici/& lapide fugitiuo:& de echo ſepties reſonãte:& ædificio ſine clauo:& mirabilia ædificiorum romæ. CA.XV.

☞ Lapis fugitiuus/quo Argo.ꝓ anchora.Vte.

Echo ſeptieſ reſonans.

Põs ſubiti⁹ ſine clauo ferreo reuulſus

Durat & Cyzici delubrum in quo filũ aureum comiſſuris oĩbus politi lapidis ſubiecit artifex eburneum Iouẽ dicaturus itus coronate eũ marmoreo Apolline.Tralucẽt ergo picturæ tenuiſſimis capillamẽtis:leniq; afflatu ſimulachra refouente:p̃ter ingeniũ artificis ipa materia q̃uis oculta in p̃cio opis intelligit.Eodẽ in oppido eſt lapis:fugitiuus appellatus.Argonautæ eo pro anchora vſi ibi reliq̃rant.Hunc e prytaneo (ita vocat locus) ſæpe ꝓfugum fixere plumbo.Eadẽ in vrbe iuxta porta; q̃ thracia vocatur turres.vij.acceptas voces numeroſiore repcuſſu multiplicãt.Noméq; huic miraculo echo eſt a græcis datum.Et hoc quidẽ natura locoru; euenit.Et plerũq; cõualliũ:ibi caſu accidit.Olympię aũt arte mirabili mõ in porticu quã oppidani heptaphonon appellãt:qm̃ ſepties eadẽ vox redditur.Cyzici buleuterion vocãt ędificium amplum ſine ferreo clauo ita diſpoſita contignatiõe:vt eximãtur trabes ſine fulturis ac reponãtur.Quod itẽ romæ in põte ſublicio relligioſum eſt:poſtea q̃ Coclite Horatio defendẽte ægre reuulſus eſt.Verum & ad vrbis noſtrę miracula tranſire cõuenit:nongẽtorumq; annorum dociles ſcrutari viros:& ſic quoq; terraru; orbem victum oſtendere:quod accidiſſe totiens pene:quod referrẽtur miracula apparebit.Vniuerſitate vero acerua ta/& in quẽdam vnum cumulum coniecta/nõ alia magnitudo exurget q̃ ſi mundus alius quidã in vno loco narretur.Nam vt circum maximu; a Cæſare dictatore extructum longitudine ſtadiorũ trium latitudine vnius:ſed cũ ædificijs iugerũ quaternũ ad ſedem ducentorũ.lx. miliũ inter magna opa dicamus.

Pantheõ ab Agrippa factum.

P.clo.a milone cæſus.

Nõne iter magnifica baſilica Pauli colũnis e phrygibus mirabilẽ:forũq; diui Auguſti templũ pacis diui Veſpaſiani impatoris Auguſti:pulcherrima opeꝝ q̃ vnq̃?Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factũ:cum theatrum ante texerit romæ Valerius oſtienſis architect⁹ ludis Lybonis?Pyramidas regũ miramur opa cũ ſolu; tm̃ foro extruãdo ſeſtertijs mille ducentis Cęſar dictator emerit.Et ſiquidẽ impenſę mouent captos auaritia animos.P.Clodius/quẽ Milo occidit:ſeſtertijs.c.xlvij.milibus domo empta habitauerit.Quod equidẽ non ſecus/ac regum inſaniam miror.Itaq; & ipſum Milonẽ ſeſtertia ſeptingenta milia æris alieni debuiſſe inter ꝓdigia animi humani duco. Sed tunc ſenes aggeris vaſtum ſpatiũ/& ſubſtructiones inſanas captioſi mirabant.Pręterea cloacas opũ omnium dictu maximum:ſuffoſſis mõtibus:atq; vt pauloante rettulimus:vrbe penſili:ſubterq; nauiĝ

Vel capitolij
Vel capitoſi.

gata. Id. M. Agrippa fecit inædilitate poſt cõſulatum ꝑ meatus corriuatis ſeptem amnibus curſu p̄-
cipiti torrentium modo rapere: atq; auferre omnia coactis. Inſup molle hymbrium concitati vada/ac
littora quatiunt. Aliquãdo tyberis retro infuſi recipiunt fluctus. Pugnãtq; diuerſi aquarum impetus
intus: & tamen obnoxia firmitas reſiſtit. Trahunt᷑ molles internæ tãtæ nõ ſuccumbẽtibus cauſis ope-
ris. Pulſant ruinæ ſponte p̄cipites: aut impactę incẽdijs. Quatit᷑ ſolum terræ motibus. Durãt tamen a
Tarquino priſco annis octingentis ꝓpe inexpugnabiles. Non omittendo memorabili exemplo/ vel
eo magis: quoniam celeberrimis rerũ cõditoribus omiſſum eſt. Cum id opus Tarquinius Priſcus ple-
bis manibus faceret: eſſetq; labor incertuȝ longior/an p̄iculoſior: paſſim cõſcita nece quiritibus tedi-
um fugientibus. Nouum/& inexcogitatum ante/poſteaq; remedium inuenit ille rex: vt omniũ ita de-
functorum figeret crucibus corpora ſpectãda ciuibus: ſimul & feris/volucribuſq; lacerãda. Quãob-
rem pudor romani nominis ꝓprius/q ſæpe res ꝑditas ſeruauit in p̄lijs: tũc quoq; ſubuenit. Sȝ illo tp̄e
impoſuit iam erubeſcens cum puderet viuos tanq̃ puditurum eẽt extinctos. Amplitudinem cauis eã
feciſſe proditur: vt vehem fœni large onuſtam trãſmitteret. Parua ſunt cuncta quæ diximus: & om-
nia vni comparãda miraculo: ante q̃ noua attingã. M. Lepido. Q. Catulo conſ. vt conſtat inter diligẽ-
tiſſimos auctores domus pulchrior nõ fuit romæ: q̃ Lepidi ipſius. At hercule ĩtra annos. xxxv. eadeȝ
centeſimum locum nõ obtinuit. Computet in hac æſtimatiõe/q volet: marmorum molẽ: opera picto-
rum: impendia regalia. Et cum pulcherrima/audatiſſimaq; certãtes centum domos: poſteaq; eas ab
innumerabilibus alijs in hunc diẽ victas. Profecto incẽdia puniũt luxũ: nec tñ effici poteſt: vt mores
aliquid ip̄o in homine mortalius eẽ intelligant. Sed eas omnes duæ domus vicerunt. Bis vidimus vr-
bem totam cingi domibus principum: Caij & Neronis. Et huius quidem/ne quid deeſſet aurea. Ni-
mirum ſic habitarunt illi/qui hoc imperium fecere: tantas ad vincẽdas gẽtes/triumphoſq; referẽdos
ab aratro/aut foco exeuntes: quorũ agri quoq; minoreȝ modum obtinuere q̃ cellaria iſtorũ. Subit ve-
ro cogitatio quota portio haruȝ fuerint areę illę: quas inuictis imperatoribus decernebãt publice ad
exędificãdas domos. Sõmuſq; illarũ honos erat: ſicut in. L. Valerio Publicola: qui primus conſul fuit
cum. L. Bruto poſt tot merita: & fratre eius/qui bis in eodem magiſtratu ſabinos deuicerat: adijci de-
creto. vt domus eorum fores extra aperirẽtur: & ianua in publicum reijceret᷑. Hoc erat clariſſimuȝ ſi-
gne inter triumphales quoq; domos. Non patiemur duos. Caios/vel duos. Nerones ne hac quidẽ glo-
ria famę frui: Docebimuſq; etiaȝ inſaniã eorum victaȝ priuatis operibus. M. Scaturi: cuius neſcio an
ædilitas maxime ꝓſtrauerit mores ciuiles: maiuſq; ſit Syllę malum tãta priuigni potentia: q̃ proſcri-
ptio tot milium. Hic fecit in ędilitate ſua opus maximuȝ oĩm: quę vnq̃ fuere humana manu facta nõ
temporaria mora: verumetiam æternitatis deſtinatiõe. Theatrum hoc fuit. Scœna ei triplex altitudi-
ne. ccc. lx. columnarum in ea ciuitate: quæ ſex hymetias nõ tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Iam
pars ſcœnę e marmore fuit. Media e vitro inaudito etiam poſtea genere luxurię. Summæ tabulis in-
auratis columnæ/vt diximus: imę duodequadragenum pedum. Signa ærea ĩter columnas (vt ĩdica-
uimus) fuerũt tria milia numero. Cauea ipſa cœpit hoĩȝ. lxxx: milia cum Pompeij amphiteatri totiẽs
multiplicata vrbe: tantoq; maiore populo ſufficiat large. xl. milia. Sed & reliquus apparatus tãtus at-
talica veſte tabulis pictis: cęteraq; cura fuit: vt in tuſculanam villam reportatis q̃ ſupfluebãt quottidia-
ni vſus delicijs incẽſa villa ab iratis ſeruis cõcremarent᷑ ad ſeſtertia. M. aufert animum: & a deſtinato
itinere digredi cogit contẽplatio tã prodigæ mẽtis: aliamq; cõnecti maiorem inſaniam. E ligno. C.
Curio/qui bello ciuili in Cæſarianis partibus obijt: funebri patris munere cum oppibus/apparatuq;
non poſſet ſupare Scaurum. Vnde enim illi victricus Sylla? & Metella mater ꝓſcriptorꝫ ſectrix? Vn-
de. M. Scaurus pater totiens priceps ciuitatis: & marianis ſodalicijs rapinarũ ꝓuincialiũ ſinu? cũ iaȝ
ne ipſe quidem cõparari ſibi poſſet. Qñ hoc certe incẽdij illius p̄miuȝ habuit cõuectis ex orbe terrarꝫ
rebus: vt nemo poſtea par eſſet inſanię illi. Ingenio ergo ſuo erat vtendũ. Curioniq; aliud excogitãdũ
fuit. Opepreciũ eſt ſcire quid inuenerit: & gaudere moribus noſtris: ac noſtro modo nos vocare maio-
res. Theatra duo iuxta facit ampliſſima e ligno cardinũ ſingulorũ verſatili ſuſpenſa librame͂to in qb᷒
vtriſq; ante meridiano ludorũ ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis ne inuicem obſtreperẽt ſcœnę: & re-
pente circũactis vt cõſtiterãt. Poſtremo iã die diſcedẽtib᷒ tabulis/& cornib᷒ inter ſe coeũtibus facie-
bat amphitheatrum: & gladiatorũ ſpectacula edebat: ipſum magis auctoritatum Populũ Roma. cir-
cunferens. Quid. n. miretur quiſq; in hoc primum? inuẽtorem? an inuẽtum? artificem? an auctorem?
Auſum aliquem hoc excogitare? an ſuſcipere? patere? an iubere? Super omnia erit populi furor ſede-
re auſi: tam infida/ſtabiliq; ſede. En hic eſt ille terrarum victor/& totius dominator orbis: qui gentes/
& regia diriperet: iura exteris mitteret: & quoſdã in numero deorũ ĩmortaliũ generis humani portio
in machina pendens: & ad periculum ſuũ pendẽs. Quæ vtilitas animarũ iſta? aut quæ querela de can-
nis: aut quantum mali potuit accidere? Hauriri vrbes terrę hiatibus publicus mortaliũ dolor eſt. Ec

cloacę romanæ.

Vel tamen.

Attende.

Vel qui pri᷒.

Vel nauem.

Caij & Ne. dom᷒ vrbem occupantes.

L. Brut᷒ & L. V. Pu. primi cõſules.

Antiqt᷒ valuæ int᷒ recludebant᷑.

Poſt aũt in ho. fuit vt extra aperi. hic fores dictæ.

Inuehitur in ro. the. & amphi.

vel cõtra ſtarent.

ce Po. Romanus vniuerſus velut duobus nauigijs impoſitus binis cardinibus ſuſtinet: & ſeipuȝ depu
gnantem ſpectat: periturus momēto aliquo luxatis machinis: & per hoc queritur in tribunitijs con
cionibus gratia: vt penſiles tribus faceret. Qualia hic in roſtris. Qui nō auſurus apud eos quibus hoc
Vel athleta ſedit. pſuaſerit. Vera nāq; cōficiētibus Po. Ro. funebri munere ad tumulū patris eius depugnauit vniuerſis
Variauit hanc manificentiā ſuam feſſis turbatiſq; cardinibus: & amphiteatri forma cuſtodita nouiſſi
mo die diuerſis duabus per medium ſcœnis athlætas edidit: raptiſq; econtrario repēte pulpitis eodē
die victores e gladiatoribus ſuis produxit: nec fuit rex Curio: aut gentiū īpator nō opibus īſignis: vtī
q̄ nihil in cenſu habuerit p̄ter dicordiā principū. Sed dicātur vera ęſtimatione inuicta miracula: quę.
Q. Marius rex fecit. Is iuſſus a ſenatu aquarū appiæ / & anienis tegula ductus reficere: nouā a nomine
ſuo appellatā cuniculis p mōtes actis intra p̄turę ſuę tempus adduxit. Agrippa vero in ædilitate ſua
adiecta virginea aqua. Cæteriſq; corriuatis / atq; emēdatis lacus. dcc. fecit. Præterea fontes. cv. caſtel
la. cxxx. complura etiam cultu manifica / & opibus. Is ſigna. ccc. cęrea / aut marmorea / īpoſuit: & colū
nas ex marmore quadringentas: eaq; omnia ānuo ſpatio. adiecitq; īpe in ędilitatis ſuæ cōmemoratio
ne / & ludos vnde ſexaginta diebus factos: & gratuita p̄buit balnea cētum / lxx. q̄ nūc romę ad infinitū
auxere numerū. Vicit antecedētes aquarū ductus nouiſſimū impendiū operis inchoati a Caio Cæſa
re / & pacti a Claudio. Quippe a lapide. xl. ad eam excelſitatem: vt in omnes vrbis montes lauatentur
influxere curtius / atq; cęruleus fontes. Erogata in id opus ſeſtertia quingēta. lv. milia. Quod ſiquis dī
ligentius æſtimauerit aquaruȝ abundātiam in publico balneis / piſcinis / domibus / euripis / hortis ſub
urbanis villis ſpatioq; adueniētis / extructoſq; arcus / mōtes pfoſſos: cōualles ęquatas: fatebit nihil ma
gis mirādum fuiſſe in toto orbe terrarū. Eiuſdem Claudij inter maxima eqdē / ac memorāda dixerī:
quāuis deſtitutū ſucceſſoris odio: mōtem pfoſſum ad lacū fucinum emittēdum: inenarrabili pfecto
impēdio: & opariorū multitudine p tot annos: cū āt corriuatio aquarū: qua terren⁹ mōs erat: egerere
tur in vertice machinis: āt ſilex cederet. Omniaq; intus in tenebris fierēt: q̄ neq; cōcipi animo / niſi ab
ijs qui videre: neq; humano ſermone enarrari poſſunt. Nā portus oſtienſis opus p̄tereo. Item vias in
ter montes exciſas. Mare thirrenuȝ a lucrino molibus ſecluſū. Tot pōtes tantis impēdijs factos. Et in
ter plurima alia italiæ miracula: ipſa marmora in lapidicinis creſcere auctor eſt Papyri⁹ Fabian⁹ na
turæ rerum peritiſſimus. Exemptores quoq; affirmāt compleri ſponte illa montium vlcera. Quæ ſi
vera ſunt: ſpes eſt: nunq̄ defuturam luxuriam.

¶ De magnetis generibus / & medicinis. CA. XVI.

A Maioribus digredienti ad reliquorū lapidem inſignes naturas: quis dubitet in primis ma
gnetē occurrere? Quid enim mirabilius? aut qua in parte naturæ maior improbitas dede
rat vocē ſaxis: vt diximus / reſpondentē homini: immo vero & obloquētem? Quid lapis ri
gore pigrius? Ecce ſenſus manuſq; tributi illi. Quid ferri duritia pugnatius? Sed cedit &
patit mores: trahit nāq; a magnete lapide. Domitrixq; illa rerū oīm materia ad inane neſcio quid cur
rit atq; vt propius venit aſſiſtit: tenetq;: & complexu hęret. Sideritin ob hoc alio nomine appellāt: qdā
magnes vnde dictus. dam heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuētore: vt auctor eſt Nicander in india repertus. Nāq; &
paſſim inuenit: vt in hiſpania quoq; inueniſſe aūt fertur clauis crepidarum & baculi cuſpide hærenti
Vel in ida. bus: cū armēta paſceret. Quinq; genera magnetis Sotacus demōſtrat: æthiopicū & maneſiacū e ma
cedonia a contermina a boebeida ei lacū petentibus dextra. Tertium in echio boeticę. Quartū circa
alexandriam troadem. Quintum & maneſia aſiæ. Differētia prima mas ſit an fœmina. Proxima in co
lore. Nam qui in macedonia & magnetia reperiuntur: ruffi nigriq; ſunt. Boeti⁹ vero ruffi coloris plus
habet q̄ nigri: Is q in troade inuenitur: niger eſt & fœminei ſexus: ideoq; ſine viribus. Teterrim⁹ autē
Hematides la. ſāguinem reddens. in magneſia aſiæ candidus: neq; attrahēs ferrum ſimiliſq; pumici. Compertum tāto meliores eē quā
to ſunt magis cærulei: æthiopicis laus ſumma dat: ponduſq; argento repēditur. Inuenit hic in æthio
pia zimiri: ita vocatur regio harenoſa. Ibi & hematites magnes ſanguinei coloris: ſanguinēq; reddēs
ſi terratur. Sed & crocum. In attrahēdo ferum nō eademq; magneti hematite natura. Aethiopici ar
gumentum eſt q magnetem quoq; alium ad ſe trahit. Omnes aūt ij oculorum medicamētis proſunt
ad ſuam quiſq; portioneȝ. Maximeq; epiphoras ſiſtunt. Sanant & aduſta cremati tritiq;. Alius rurſus
in eadem æthiopia nō pcul mons gignit lapidem theameden: qui ferrum omne abigit: reſpuitq;. De
vtraq; natura eius ſępius diximus.

¶ De lapidibus qui cito abſumunt corpora in eis condita: & de his qui diu ſeruant: & de aſſio lapide: & medicinis eius. CA. XVII.

Mirū ſi verū. LApidem e chiro inſula integrum fluctuare tradunt: eundem cōminutū mergi In aſſo troa
dis ſarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur Corpora defunctorum cōdita in eo abſumi con
ſtat itra. xl. diē exceptis dentibus Mutianus ſpecula quoq; / & ſtrigiles / & veſtes / & calciamē

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0544-6

ta illitas mortuis lapidea fieri auctor eſt. Eius generis & in lycia ſaxa ſűt & in oriente quæ viuentibꝰ
quocꝫ adalligata:erodunt corpora. Mitior eſt autē ſeruandis corporibus nec abſumendis chernites
ebori ſimillimus:in quo Darium conditū ferunt. Pariocꝫ ſimilis candore & duricia: minus tamē pō
deroſus qui porus vocatur. Ttheophraſtꝰ auctor eſt & trāſlucidos lapides in ægypto inueniri: quos
ophitæ ſimiles ait:quod fortaſſis tunc fuerit:quoniam & ij deſinunt:& noui reperiunť. Aſſius guſtu
ſalſus podagras lenit pedibus in vaſe ex eo cauato inditis. Pręterea oīa crurū vitia ī ijs lapidicinis ſa
nanť. cū in metallis oībus crura vicienť. Eiuſdē lapidis flos appellať:farina ex ea mollis ad quædam
perinde efficax. Eſt autem ſimilis pumici ruffo. Ammixtꝰ ęri cyprio mammaꝝ vitia emendat. Piſci
autem reſinæue ſtrumas & panos diſcutit. Prodeſt & phthiſicis linctu Cum melle vetera vlcera ad
cicatricē pducit. Excreſcētia erodit. Et ad beſtiarum morſus vtilis. Repugnātia curationi ac ſuppu-
rata ſiccat. Fit cataplaſma ex eo podagris mixto fabę lomento.

Chernites lapis in quo darij corpus ſeruatum dicitur.

¶ De ebore foſſili: & lapidibus oſſeis: & palmatis. & aliorum generibus. CA.XVIII.

IDem Theophraſtꝰ & Mutianus eſſe aliquos lapides qui pariant: credunt. Theophraſtꝰ
auctor eſt & ebur foſſile cādido & nigro colore inueniri: & oſſa e terra naſci: inueniricꝫ la
pides oſſeos. Palmati circa mundam in hiſpania: vbi Cęſar dictator Pompeiuꝫ vicit:repe
riuntur:idcꝫ quotiens fregeris: Sunt & nigri: quorū auctoritas venit in marmora: ſicut tę-
narius. Varro nigros ex africa firmiores eſſe tradit: q̄ in italia: E diuerſo albos coronas duriores: q̄ pa
rios. Idem lunenſem ſilicem ſerra ſecari. At thuſculanum diſſilire igni. Sabinum fuſcuꝫ addito oleo
etiā lucere. Idē molas verſatiles volſine iuentas. Aliquas & ſpōte motas inuenimꝰ in ꝓdigijs. Nuſq̄
aūt hic vtilior q̄ in italia gigniť:lapiſcꝫ nō ſaxum eſt. In quibuſdam vero ꝓuincijs omnino non inue-
nitur. Sunt quidā in eo genere molliores: qui & cote leuiganť: vt procul intuētibus ophitę videri poſ
ſint. Necꝫ eſt alius firmior: quādo & lapidis natura vt lignum ſimiliter hymbres ſoleſcꝫ aut hyemes
non patitur. In alijs atcꝫ alijs generibus. Sunt qui & lunam nō tollerēt: & qui vetuſtate rubiginē tra
hant: coloremue candidum oleo mutent.

Lapides oſſei

Mirum ſi verum.

¶ De corallio vel pyrite: & medicinis eius: & oſtracite: de amātho lapide/ & me
dicinis eius: & militino lapide: & viribus eius: de gagate lapide & medicinis eiꝰ
de ſpongię: de phrygio lapide & natura eius. CA.XIX.

COrallium lapidem quidam pyriten vocāt: quoniā ſit plurimus ignis illi. Sed eſt alius etiā
num pyrites ſimilitudine ęris. In cypro eum reperiri volunt: & in metallis quæ ſunt circa
acamaniam: vnum argento colore: alterum aureo. Coquuntur varie. Ab alijs iterum ter-
tiocꝫ in melle: donec cōſumatur liquor. Alijs pruna priꝰ: dein melle: & poſtea lauātur vt
æs. Vſuſcꝫ eoruꝫ in medicina excalfacere: ſiccare: diſcutere: humorem extenuate: & duritias nimias
mollire. Vtuntur & crudis tuſiſcꝫ ad ſtrumas atcꝫ furunculos. Pyritarum etiamnum aliqui genꝰ vnū
faciunt plurimuꝫ habens ignis: quos viuos appellamus: & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribꝰ ca
ſtrorum maxime neceſſarij: qui clauo vel altero lapide percuſſi: & ſcintillas edunt: quę exceptæ ſul-
phure aut fungis aridis vel folijs: dicto celerius ignem trahunt. Oſtracitæ ſimilitudinem teſtæ habēt
Vſus eorum ꝓ punice ad leuigandam cutē. Poti ſanguinem ſiſtunt: & illit cum melle vlcera: doloreſ
cꝫ mammarum ſanant: amiantus alumini ſimilis nihil igni deperdit. Hic veneficijs reſiſtit omnibus
priuatim magoꝝ. Geoden ex argumēto appellāt: quoniā amplexus eſt terram: oculoꝝ medicamē-
tis vtiliſſimus. Item māmaꝝ & teſtium vitijs. Melitites lapis ſuccum remittit dulcē mellitumcꝫ tu-
ſus. Ex cęræ mixtus eruptionibꝰ pituitę maculiſcꝫ corporis medetur: & faucium exulcerationi. Epi
nyctidas tollit & vuluarum dolores impoſitus velleri. Gagates lapis nomen loci & amnis habet ga-
gis lycię. Aiunt & in leucocolla expelli mari: atcꝫ infra duodecim ſtadia colligi. Niger eſt: planus: pu
nicoſus: non multū a ligno differens: leuis: fragilis: odore ſi teratur grauis. Fictilia ex eo inſcripta nō
delenť. Cum vritur odorem ſulphureum reddit. Mirumcꝫ accenditur aqua: oleo reſtringuiť. Fugat
ſerpentes ita: recreatcꝫ vuluæ ſtrangulationes. Deprehendit ſonticum morbum & virginitatē ſuffitꝰ
Itē ex vino decoctus: dentibus medetur. Strumiſcꝫ cæræ permixtus. Hoc dicunť vti magi in ea quā
vocant axinomantiam. Id peruri negant: ſi euenturum ſit: quod aliquis optet. Spongię lapides inue
niuntur in ſpongijs: & ſunt natiui. Quidam eos cyſteolithos vocant: quoniam veſicæ medētur. Cal-
culos rūpunt in vino poti. Phrygius lapis gentis nomen habet. Eſt autē gleba pumicoſo. Vritur ante
vino pfuſus: flaturcꝫ follibꝰ: donec ruffeſcat: ac rurſus dulci vino reſtringuiť: & hoc trinis vicibꝰ: tin-
gendis veſtibus tantū vtilis.

Coralli. pyriten cur vocēt

Gagates lapis vnde dictus.

¶ De hematice & quincꝫ generibus eius: & ſchiſto. CA.XX.

SChiſtos & hematites cognationē habēt. Hematices inueniť in metallis. Vſtus minij colorē
imitatur. Vritur & phrigiꝰ: ſed nō reſtringuiť vino. Adulterať ſchiſto. Hematitē diſcernunt
venæ rubentes: & friabilis eſt natura. Oculis cruore ſuffuſis mire conuenit. Siſtit profluuiuꝫ

mulieꝝ potus. Bibunt eum & qui ſanguinem reiecerunt cum ſucco punici mali. Et in veſicę vitiis ef
ficax. Bibit & in vino contra ſerpentiũ ictus. Infirmior ad omnia eadẽ eſt: quem ſchiſton appellant.
Sed in iis cõmodior croco ſimilis: peculiaribus ſplẽdet. Proficit oculorum lachrimis in lacte mulie
bri. Procidenteſqꝫ oculos præclare cohibet. Hęc eſt ſentẽtia eoꝝ qui nuperrime ſcripſere. Sed Sota
cus e vetuſtiſſimis auctoribus quinqꝫ genera hematitarum tradit præter magnetem. Principatũ dat
ex iis æthiopico: oculorum medicamẽtis vtiliſſimo. Ex iis quæ pancreſta appellant. Item ambuſtis
Alterum atrodamãta dicit vocari: colore nigro pondere ac duricia inſignem: & inde nomen traxiſ
ſe: præcipue ĩ africa repertum. Trahere autem in ſe argentum/æs/ferrum. Experimentũ eius eſſe in
cote ex lapide baſanite. Reddere enim ſuccum ſanguineũ: & eſſe ad iocineris vitia pręcipuit reme
dii. Tertium gen⁹ arabici facit: ſimili duricia: vix reddentis ſuccum ad cotem aquariã aliquãdo cro
coſimilẽ. Quarti generis elatiten vocari quãdiu crudus ſit: coctuꝫ vero militem vtileꝫ ambuſtis. Ad
omnia vtiliorẽ rubrica. Quinti generis ſchiſtos hemorrhoidas reprimit. In totuꝫ aũt hematitas om
nes tritos in oleo tritum drachmarum pondere a ieiunis ſumendos: ad vitia ſanguinis. Idem auctor
ſchiſton eſſe alterius generis q̃ hematiten tradit: quẽ vocant anthracitin. Naſci in africa nigrũ attri
tum reddere aquariis cotibus ab ea parte quæ fuerit ab radice nigrum colorem: ab altera parte cro
ci. Ipſum vtilem eſſe oculorum medicamentis.

Vel androdamanta

Vt colorẽ: vel ei⁹ ĩ totũ vis. oẽs ſtrumas ſanare tritus ĩ oleo & a ieiuniis bibitus ſanat vitia ſãguinis.

¶De quattuor generibns aetitis: & calamo: & ſamio
& arabo. & pumicibus. CA.XXI.

AEtites lapis etiã argumẽto nominis magnã famã habet. Reperit ĩ nidis aquilaꝝ: ſicuti in
decimo volumine diximus. Aiunt binos iueniri marẽ & fœminã. Nec ſine iis parere quas
diximus aquilas: & ideo binos tãtum. Genera eorum quattuor. In africa naſcentẽ puſillũ
& mollẽ intra ſe ac velut in aluo habentem argillam ſuauẽ: candidam. Ipſum friabilẽ quẽ
fœminei ſexus putant. Marẽ aũt qui in arabia naſcit durum: gallæ ſimilẽ: aut ſubrutilum in aluo ha
bentem durum lapideꝫ. Tertius in cypro inuenit: collore illis in africa naſcentibus ſimilis: amplior
tamen atqꝫ dilatatus. Cæteris enim globoſa facies. Habet in aluo harenã iucundam & lapillos. Ipẽ
tam mollis vt etiaꝫ digytis fricet. Quarti generis Thaphiuſius appellat: naſcens iuxta leucadẽ: ĩ tha
phiuſa: qui locus eſt dextra nauigãtibus ex hac ad leucadem. Inuenitur in fluminibus: cãdid⁹: & ro
tundus. Huic eſt in aluo lapis: qui vocat callimus: nec quicq̃ tenerius. Aetitæ omnes grauidis adalli
gati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis ſcarificati vteri animalium continẽt partus: nõ niſi
parturiant: remouendi: alioquin vuluæ excidium. Sed niſi parturientibus auferant: omnino non pa
riunt. Eſt & lapis ſamius in eadẽ inſula: vbi terram laudauim⁹: poliendo auro vtilis. Vtilis & in me
dicina oculoꝝ vlceribus cum lacte quo ſupradictum eſt modo contra veteres lachrimationes. Pro
deſt & cõtra vitia ſtomachi potus. Vertigines ſedat: Menteſqꝫ cõmotas reſtituit. Quidam & morbis
comitialibus vtiliter dari putant. Et ad vrinę difficultates: acopis etiam miſcetur. Probat grauitate
& candore. Vuluas & partus continer i adalligato eo trudunt. Arabius lapis ebori ſimilis: dẽtifriciis
accõmodatur crematus. Priuatim hemorrhoidas ſanat cũ lanugine linteorum linteolis inſup ĩpoſi
tis. Non p̃termittẽda eſt & pumicũ natura: ſiquidẽ ita appellãtur quidã lapides eroſi amne: ĩ ædifi
ciis muſea vocant dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendaꝫ. Sed in iis pumices qui ſunt in
vſu corpoꝝ leuigandoꝝ fœminis iam quidẽ & viris: atqꝫ vt ait Catull⁹ libris: laudatiſſimi ſũt in me
loſyro: & æoliis iſulis. Probatio i candore & ĩ minimo põdere: & vt q̃ maxime ſpõgioſi aridiqꝫ ſint:
ac teri faciles: nec harenoſi infricando. Vis eorum in medicina: extenuare: ſiccare. In vſtrina ter ſic
cantur: ita vt torreantur carbone puro: ac totiens vino reſtinguãtur albo. Lauant deinde vt cadmia:
& ſiccati conduntur q̃ minimũ vliginoſo loco. Vſus farinæ eius oculorum maxime medicamẽtis. Vl
cera purgat eorum leuiter: explentqꝫ cicatrices: & emendãt. Quidam tertia vſtione refrigeratos po
tiuſq̃ reſtinctos terere malunt ex lino Addunt etiaꝫ ad malagmata capitum verendorũqꝫ vlceribus.
Vtiliſſima fiunt ex iis dentifricia. Theophraſt⁹ aũt auctor eſt potores in certamine bibẽdi pręſume
re farinam eius: ſed niſi immenſo potu impleantur periclitari. Tantãqꝫ refrigerandi naturam eſſe: vt
muſta fruere deſinant pumice addito.

Aetites lapis in aqui. nidis repe.

Mirũ ſi verũ.

Vel excidũt.

¶De lapidibus mortariorum medicinalium: & mollibus lapidibus: & ſpecu
lari lapide: & ſilicibus: & phengite: & cotibus: & reliquis ad ſtructuram lapidi
bus igni: & tempeſtatibus reſiſtentibus. CA.XXII.

AVctoribus curæ fuere lapides mortarioruꝫ quoqꝫ nec medicinaliũ tantũ aut ad pigmẽta
pertinentium. Etheſiumqꝫ lapidem in iis prætulere cęteris: mox & thebaicum: quẽ pyr
rho pecilon appellauimus. Aliqui pſaronium vocãt. Tertiũ ex calazio chryſiten. Medi
ci autem & baſaniten. Hic enim lapis nihil ex ſeſe remittit. Ii autẽ lapides qui ſuccum reddunt ocu

lorum medicamentis vtiles exiſtimantur. Ideoq; æthiopici maxime ad ea probantur. Tenarium vero lapidem & pœnicum & hematitem ijs medicamentis ꝓdeſſe tradunt: quæ ex croco cōponantur Ex alio tenario qui niger eſt: & ex pario lapide nō æque medicis vtilem. Potiorem ex lapide alabaſtrite ægyptio: vel ex ophite albo. Eſt enim hoc genus ophitis: ex quo vaſa & etiam cados faciunt. In ſyphno lapis eſt qui cauatur: tornaturq; in vaſa coquendis cibis vtilia: vel ad eſculentorum vſus. Quod in comenſi italię lapide accidere ſcimus: ſed in ſyphno ſingulare ꝙ excalfactus oleo nigreſcit dureſcitq;. Natura molliſſimus tanta qualitatum differentia eſt. Nam mollicie & tranſalpis præcipua ſunt exēpla. In belgica ꝓuincia candidū lapidē ſerra qua lignum: faciliuſq; etiam ſecāt ad regularum & imbricum vicē. Vel ſi libeat: ad quę vocant pauonacea tegendi genera: igne quidem durati ijdem ſectiles ſunt. Specularis vero quoniam & hic lapis nomē optinet: faciliore multo natura finditur in qualibet tenues cruſtas. Hiſpania hūc olim citerior tantum dabat: nec tota: ſed intra centum milia paſſuum circa ſegobricam vrbē. Iam & cypros & cappadocia & ſicilia: & nuper inuentū africa. Poſtferendos omnes tamen hiſpanię: & cappadociæ molliſſimis & ampliſſimę magnitudinis: ſed obſcuris. Sunt & in bononienſi italię parte breues maculoſi complexu ſilicis alligati: quorum tamē appareat natura ſimilis eis qui in hiſpania puteis effodiuntur profunda altitudine. Necnon & ſaxo incluſus ſub terra inuenitur: extrahiturq;: aut excedit. Sed maiori parte foſſili natura abſolutus ſegmenti modo nunq̄ adhuc quinq; pedum logitudine amplior. Humorē hūc terræ quidam autumant cryſtalli modo glaciari. Et in lapidē concreſcere manifeſto apparet. ꝙ cum fere decidere in puteos tales & medullæ ex oſſibus earum in eadem lapis natura poſt hyemē figurantur. Inuenitur & niger aliquando. Sed cādido natura mira cū ſit molicia nota perpetiendi ſolis rigoriſq;: nec ſeneſcit ſi modo iniuria abſit: cum hoc etiam in cementis multorum generum accidat. Inuenere & alium vſū i ramētis quoq; circū maximū ludis cyrcenſibus ſternēdi: vt ſi in cōmendatione candor. Nerone principe in cappadocia repertus eſt lapis duritia marmoris candidus atq; tranſlucēs: etiā qua parte fuluæ inciderant venæ: ex argumento phengites appellatus. Hoc conſtruxerat ędem fortunę: quam ſeiani appellatione dicebat. a Seruio rege ſacratam aurea domo complexus. Quare etiam foribus apertis interdiu claritas ibi diurna erat: haud alio q̄ ſpecularium modo: tanq̄ incluſa luce: non tranſmiſſa: in arabia quoq; eſſe lapidem vitri modo tranſlucidum: quo vtuntur ꝓ ſpeculatoribus: Iuba auctor eſt. Nunc ad operarios lapides tranſiſſe conueniat: primumq; cotes ferro acuendo. Multa earum genera. Creticæ diu maximā laudem habuere. Secundam laconicæ ex taygeto monte: vtręq; oleo indigentes. Inter aquarias naxiæ laus maxima fuit: mox armeniacę: de quibus diximus. Ex oleo & aqua ciliciæ pollent: ex aqua arcinoeticæ. Repertę ſunt in italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu. Necnon & tranſalpes: quas paſcernices vocant. Quarta ratio eſt ſaliua hominis proficientium. Quæ in tonſtrinarum officinis inutilis eſt: fragili mollicia. Flaminitate ex hiſpania citeriore in eo genere præcipuę. Reliqua multitudo lapidum in totum ędificijs inutilis eſt moroſitatæ. Quædā tamen loca morē illum habent: ſicuti carthago in africa exercetur halitu maris: fricatur vento: & verberatur hymbri. Sed cura tuenſ picādo parietes: quoniam & tectoria calx roditur. Sciteq; dictū eſt: ad tecta eos pice ad vinū calce: vti q̄m ſic muſta condiunt. Alia mollicia circa Romā fidēnati & albano: In liguria quoq; vmbra & Veneficia albus lapis dentata ſerra ſeccatur. Hi tractabiles in opere laborem quoq; tollerant ſub tecto dumtaxat. Aſpergine & gelu pruiniſq; rumpuntur in teſtas. Nec cōtra humores & aurā moris robuſti. Tiburtini ad reliqua fores: vapore diſſiliūt. Nigri ſilices optimi quibuſdam in locis & rubentes. Nōnuſq̄ vero & albi: ſicut in tarquiniēſi anicianis lapidicinis circa lacū volſinienſē. Et in ſtationenſi ſūt: quibus ne ignis quidē nocet. Iidem & in monumēta ſculpti cōtra vetuſtatē quoq; incorrupti permanēt. Ex ijs formæ fiūt: in quibus æra fundunſ. Eſt & viridis lapis vehemēter igni reſiſtens: ſed nuſq̄ copioſus. Et vbi inuenitſ lapis non ſaxū eſt. Et reliquis pallidus in cemento raro vtilis. Globoſus cōtra iniurias fortis: ſed ad ſtructurā infidelis: niſi multa ſuffrenatiōe deuinctus. Nec certior fluuitialis ſemper veluti madens. Remediū eſt in lapide dubio ęſtate eum eximere: nec ante bienniū eum inſerere tecto: domitū tempeſtatibus. Quæ ex eo læſa fuerint: in ſubterranea ſtructura aptantur vtilius. Quę reſtiterint: tutum eſt cœlo cōmittere. Græcie lapide duro ac ſilice ęquo conſtruunt veluti lateritios parietes. Cum ita fecerint: iſodomos vocant genus ſtructurę: At cum inæquali craſſitudine ſtructa ſunt pſeudiſodomon. Tertiū eſt emplectio tantūmodo frontibus politis. Reliqua fortuito collocant. Alternas coagmentationes fieri: vt commiſſuras antecedentium medij lapides optineant: neceſſarium eſt: in medio quoq; pariete ſi res patiatur. Si minus vtiq; a lateribus Medios parietes ſarcire fractis cementis. Dictyotheton vocant reticulatam ſtructuram: quā frequētiſſimæ romæ ſtruunt: rimis oportunam. Structuram ad normā & libellam fieri & ad perpendiculum reſpondere oportet.

Vel tranſlatis
Lapis ſpecularis.
Vel fiſſili.
Vel forte ferę
vel in oſſibus
Vel apparēt
figurate.
Lapis noctu lucens in cappadocia repertus.
Vel laminitate.
Vel mortalitate quadam
Vel non aliū:
Vel friatur.
Lapis īcorruptus: vetuſtatē nō patiens
Vel ſuffragatione.

¶De Ciſternis/& calce/& harenæ generibꝰ:& mixtura calcis/& harenæ: & vitijs ſtru
cturæ:& tectoris columnis. CA.XXIII.

ET Ciſternas harena pura & aſpera quinqꝫ partibꝰ:calcis quam vehementiſſime duabꝰ cõ
ſtrui conuenit:fragmentis ſilicis nõ excedentibus libras. Ita ferratis vectibus calcari ſolũ
parieteſqꝫ ſimiliter. Vtilius geminos eſſe:vt in priore vitia conſidant aquæ:atqꝫ per collũ
in proximas trãſeat maxime pura aqua. Calcem e vario lapide Cato Cenſorꝰ improbat.

Vel ꝑ columnas.

Ex albo melior q̃ ex duro & ſtructuræ vtilior. Quæ ex fiſtuloſo:tectorijs. Ad vtrumqꝫ damnatur ex
ſilice. Vtilior eadem ex e foſſo lapide q̃ ex ripis fluminum collecto. Vtilior e molari:quia eſt quædã

Cauſę vrbis ruinæ.

pinguior natura eius. Miruꝫ aliqui poſtq̃ arſerit accẽdi aquis. Harenæ tria genere. Foſſicia cui quar
ta pars calcis addi debet. Fluuitiali aut marinæ tertia. Si & teſtę tuſę tertia pars addatur melior ma
teria erit. Ab apẽnino ad padũ non inuenitur foſſicia:nec marina. Ruinarum vrbis ea maxime cauſa

Vel legibus antiquorum.

ꝙ furto calcis ſine ferrumine ſuo cemẽta componũtur. Intrita quoqꝫ quo vetuſtior eo melior. Vnde
& in antiquaꝝ ædiũ legibus inuenitur ne recentior trima vteretur redẽptor quiſq̃. Ideoqꝫ nulla te
ctoria eorum rimæ fedauere. Tectoriumqꝫ:ꝙ niſi ter harenato & bis marmorato inductum eſt:non
ſatis ſplendoris habet: Vliginoſa & vbi ſalſugo teſtatio vitia ſublimi vtilius. In gręcia tectorijs etiam
harenatum quod inducturi ſunt:prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt. Experimentum mar

Vel vltro.
Vel vltra.
Vel rudo.

morati eſt in ſubigendo:donec rutto non cohęreat. Cõtra in albatio opere:vt macerata calx ceu glu
tinum hęreat. Sed macerari nõ niſi a gleba oportet. In elide ædes eſt Mineruę:in qua frater Phidię
Paneus tectorium induxit,lacte & croco ſubactum:vt ferunt:ideo ſi teratur in ea hodieqꝫ ſaliua pol
lice:odorem croci ſaporemqꝫ reddere traditur. Columnę in æde denſius poſitæ:craſſiores vidẽtur.
Quattuor earum genera. Quę ſextam partem altitudinis in craſſitudine ima habẽt: dorice vocanť:
quæ nonam ionicæ:quæ ſeptimam thuſcanię. Corinthijs eadem ratio quę ionicis. Et differẽtia: quo
niam capitularis corinthiarum eadeꝫ eſt altitudo quæ colligitur craſſitudine ima:ideoqꝫ gratilores
videntur ionicis:capitelli enim altitudo tertia pręſtat craſſitudinis. Antiqua ratio erat columnaruꝫ
altitudinis tertia pars latitudinum delubri:in epheſi Dianæ æde:de qua prius fuit ſermo:primũ co
lumnis ſpirę ſubditę:& capitella addita. Placuitqꝫ altitudinis octaua pars in craſſitudine:& vt ſpitę
haberent craſſitudinis dimidium ſeptimamqꝫ partis detrahentibus ſummarum craſſitudini. Pręter
has ſunt quæ vocantur atticæ columnę quaternis angulis pari laterum interuallo.

¶De medicinis calcis:& maltha & gypſo. CA.XXIIII.

CAlcis & in medicina magnus vſus. Eligitur enim recẽs:nec aſperſa aquis:vrit:diſcutit:ex
trahit incipienteſqꝫ vlceruꝫ impetus coercet. Aceto & roſaceo temperata perducit ad ci
catricem. Luxatis quoqꝫ cum adipe ſuillo aut liquida reſina ex melle medetur. Eadẽ cõ
poſitione & ſtrumis. Maltha e calce fit recenti gleba vino reſtinguitur. Mox tunditur cuꝫ
adipe ſuillo & fico duplici linamento. Quæ res omnium tenaciſſima:& duriciam lapidis antecedẽs
Quod malthatur oleo perficitur ante. Cognata calci res gypſuꝫ eſt. Plura eius genera. Nam e lapide
coquitur vt in ſyria ac thuris. Et e terra fodiť vt in cypro ac perrhebie ſumma tellure: & hymeticũ ẽ

Vel marmoti eroſo.

Qui coquiť lapis nõ diſſimilis alabaſtrite eſſe debet:aut marmoroſo. In ſyria duriſſimos ad id eligũt

Vel ſcammã qꝫ talem.

coquuntqꝫ fimo bubulo vt celerius vrantur. Omnium autem optimum fieri compertuꝫ eſt e lapide
ſpeculari ſquammaꝫ vitalem habente. Gypſo madido ſtatim vtendum eſt:quoniam celerrime coit:

Proculeus gypſi potu mortuus.

ac ſiccať. Tamen rurſus tundi & in farinaꝫ reſolui patiť. Vſus gypſi in albarijs ſigillis ædificioꝝ & co
ronis gratiſſimus. Exemplũqꝫ illuſtre. C. Proculeum Auguſti Cæſaris familiareꝫ in maximo ſtoma
chi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

¶De pauimentis:& quando primum romę:& ſubdialibus pauimentis: & græ
canicis:& quando primum camerę. CA.XXV.

PAuimenta originem apud græcos habent elaborata arte picturę ratione donec lintheo

Vel lauantes
Vel caucia.

ſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc generoſus:qui pergami ſtrauit: quẽ vocãt
Aſaroton Oecon:quoniam purgamẽta cœnę in pauimento quoqꝫ cõtueri ſolẽt:veluti re

Vel ante.
Vel tractu.

licta. Fecerat paruis e teſtulis tinctiſqꝫ in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens:&
aquam vmbra capitis infuſcans abripiente alia eſcam. Ludentes videres in canthari libro. Aprican

repẽte:ſꝫ fallaci vbicunqꝫ imbres gelãt.

tur alię ſcabentes ſeſe. pauimẽta credo primũ facta:quę nũc vocamus barbarica: atqꝫ ſubtegulanea
In italia e feſtucis cannea:hoc aperte ex nomine ipſo intelligi poteſt. Romę ſcalpturatũ in Iouis ca
pitolini ęde primũ factũ eſt poſt tertiũ punicũ bellũ initiũ. Frequẽtata vero pauimenta ante cymbri

Vel coaſſationes.

cũ magna gratia animoꝝ indicio eſt lucilianus ille verſus. Ante pauimẽta atqꝫ emblemata vermicu
lata. Subdialia gręci inuenere talibus domos contegẽtes facili tactu & repente:ſed fallax vbicunqꝫ
hymbres gelant. Neceſſariũ binas ꝑ diuerſum taxationes ſubſterni. Capita eaꝝ ꝓfigi ne torqueantur

Et ruderi nouo tertiam partem teſtę tuſæ addi. Deinde rudus in quo duę quintæ calcis miſceantur
pedali craſſitudine feſtucari Tunc nucleo craſſo ſed digytos induci & e teſta grandi non minus alta
duos digytos ſtrui. Faſtigiuȝ vero ſeruari in pedes denos & ſeſcuncem. Ac diligenter cote deſpuma
re auerniſq; axibus contribulare. Quæ torquentur inutilia putāt. Immo & ſilice aut palea ſubſterni
melius eſſe quo minor vis calcis perueniat. Neceſſarium & globoſum lapidem ſubijci. Similiter fiūt
ſpicata teſtacea. Non negligendum etiamnum vnuȝ genus græcanicum. Solo feſtucato iniſcitur ru
dus aut teſtaceum pauimentū. Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur ſabulo calce ac fauilla mi-
xtis: materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellaȝ exigitur: & eſt forma terrena. Si vero co
te depolitum eſt: nigri pauimēti vſum optinet. Lithoſtrota cœptauere iam ſub Sylla paruulis certe
cruſtis. Extatq; hodie quod in fortunæ delubro preneſte fecit. Pulſa deinde ex humo pauimenta in Vel multa.
cameras tranſiere: vt pronū vitium. Et hoc certe inuentum ab Agrippa in thermis quas romæ fecit:
Figlinum opus encauſto pinxit. In reliquis albaria adornauit. Non dubie vitreas facturus cameras:
ſi prius ad inuentum fuiſſet: aut a parietibus ſcenę vt diximus. Scauri perueniſſet in cameras. Quā-
obrem originem vitri dicemus.

¶ De origine vitri/ & ratione faciendi: & de obſidiano vitro/ & generibus
multiformibus vitri. CA.XXVI.

PArs eſt ſyrię: quę Phœnice vocatur finitima iudeę intra montis carmeli radices paludem
habens: quę vocatur candebea. Ex ea creditur naſci belus amnis quinq; milium. p. ſpatio Cādebea pa-
in mare profluens iuxta ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit in ſalubri potu: ſed ce lus. belus
rimonijs ſacer: limoſus vado profundus. Non niſi refuſo mari harenas fatetur. Fluctibus amnis.
enim volutate niteſcunt detritis ſordibus. Nunc & a marino creduntur aſtringi morſu: nō prius vti-
les. Quingentorum eſt paſſuum non amplius littoris ſpatium. Idq; tantuȝ multa per ſecula gignēdo
fuit vitro. Fama eſt apulſa naue mercatorū nitri cum ſparſi per littus epulas pararent: nec eſſet cor ti
nis attollendis lapidum occaſio: glebas nitri e naue ſubdidiſſe. Quibus accenſis pmixta harena litto Aduerte dē
ris tranſlucentes nobilis liquoris fluxiſſe riuos: & hanc fuiſſe originem vitri. Mox vt eſt aſtuta & īge vitri inuētiōe
nioſa ſolertia non fuit contenta nitrum miſcuiſſe: cœptus addi & magnes lapis: quoniam in ſe liquo
rem vitri quoq; vt ferrum trahere creditur. Simili modo & calculi ſplendentes multifariā cœpti vri Vel concretę
deinde conchię & foſſiles harenę. Auctores ſunt in india e cryſtallo fracta fieri: & ob id nullum com
parari indico. Leuibus auteȝ aridiſq; lignis coquit̄ addito cipro ac nitro maxime ophirio. Continuis
fornacibus vt æs liquat̄: maſſeq; fiunt colore pingui nigritātes. Acies tāta eſt quacunq;: vt circa vllū
ſenſum ad oſſa conſecet quicquid afflauerit corporis. Et maſſis rurſus funditur officinis tingiturq;.
Et aliud flatur: figuratur. Aliud torno teritur. Aliud argenti modo cęlatur. Sidone quondaȝ ijs offi
cinis nobilis: ſiquidem etiam ſpitula excogitauerat. Hęc fuit antiqua ratio vitri. Iam vero & in vul-
turno mari italię harena alba naſcens ſex milium paſſuum a littore inter cumas atq; lucrinuȝ: q̄ mol Vel amni.
liſſima eſt: pila molaq; teritur. Dein miſcet̄ tribus partibus nitri pondere vel menſura: ac liquata in
alias fornaces tranſfunditur. Ibi fit maſſa quæ vocatur hammonitrum. Atq; hęc recoquitur: & fit vi
trum puruȝ ac maſſa vitri candidi. Iam vero & per gallias hiſpaniaſq; ſimili modo harenæ temperā-
tur. Ferunt Tyberio principe excogitatum vitri temperamentum vt flexibile eſſet: & totaȝ officinā
artificis eius abolitam: ne æris: argenti: auri: metallis: præcia detraherentur. Ea fama diu crebrior q̄
certior fuit. Sed quid refert. Neronis principatu reperta vitri arte quæ modicos calices duos: quos Vel pterotos
appellabāt petrotos. H.S. ſex milibus vēderet. In genere vitri & obſidiana numerant̄ ad ſimilitudi- aut apyrotos
nē lapidis quem in ęthiopia inuenit. Obſidius nigerrimi coloris: aliquādo & tranſlucidi: craſſiore vi
ſu atq; in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddente. Gemmas multi ex eo faciūt. Vidimuſq;
& ſolidas imagines diui Auguſti capti materia huiꝰ craſſitudinis. Dicauitq; ipſe pro miraculo in tē
plo Concordiæ obſidianos quattuor elephantos. Remiſit & Tyberius Cęſar heliopolitaꝝ cerimo-
nijs repertam ibi in hæreditate eius qui pręfuerat ęgypto: obſidianam imaginem Menelai. Ex quo
apparet antiquior materiæ origo nunc nitri ſimilitudine interpolata. Xenocrates obſidianum lapi-
dem in india & in ſamnio italię & ad oceanum in hiſpania naſci tradit. Fit & in tincturæ genere obſi Vel ſamſ.
dianum ad eſcaria vaſa totum rubēs vitrum atq; nō tranſlucens: hęmatinon appellatum. Fit & albū
& murrhinum aut hyacinthos ſaphiroſq; imitatū: & omnibus alijs coloribus. Nec eſt alia nūc mate
ria ſequatior: aut etiam picturę accōmodatior. Maximus tamen honos in candido tranſlucente q̄ p
xima cryſtalli ſimilitudine. Vſus vero ad potandum argēti metalla/ & auri pepulit. Eſt aūt coloris ī-
patiens: ni pręcedat frigidus liquor cū addita aqua vitreæ pilæ ſole aduerſo in tantum excandeſcāt
vt veſtes exurant: fragmenta teporata agglutinantur tantum rurſus tota fundi non queunt præterq̄
abrupto ſibi nec tingui veluti cū calculi fiunt: nos quidem abaculas appellant: aliquos etiam pluri-

bus modis verſicolores. Vtrum ſulphuri cõcoctũ ferruminatur in lapidem. At peractis oĩbus q̃ conſtant ingenio arte natura faciente: ſuccurrit mirari nihil pene non igni perfici.

¶ Ignium miracula: & medicinę prodigia. CA.XXVII.

IGnis accipit arenas: ex quibus alibi vitrum: alibi argentum: alibi minium: alibi plũbi genera: alibi pigmenta: alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs ſoluuntur. Igne ferrum gignitur ac domatur. Igne cremato lapide cementa in tectis alligãtur. Alia ſæpius vri ꝓdeſt. Eademq́ materia aliud gignitur primis ignibus: aliud ſecundis: aliud tertiis. Quando ipſe carbo vires habere incipit reſtinctus: atq́ intereſſe creditus: maioris ſit virtutis. Immẽſa & iprobra rerum naturę portio. Et in qua dubium ſit plura abſumat: an pariat. Eſt & ipſis ignibus medica vis. Peſtillentiæ quæ ſolis obſcuratione contrahitur ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt. Empedocles & Hippocrates id monſtrauere diuerſis locis. Ad cõuulſa viſcera aut cõtuſa vt. M. Varro auctor eſt. Ipſis enim verbis eius vtar. Lix cinis eſt inquit foci. Inde enim cinis luxatis potꝰ medetur. Vt licet videre gladiatores cum deluſerint hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi: quo duos conſulares nuper abſumptos indicauimus: querneus carbo tritus cum melle ſanat: Adeo in rebus dannatis quoq́ ac iam nullis ſunt aliqua remedia: vt in carbone ecce & cinere. Non præteribo & vnum foci exemplum romanis litteris clarum. Tarquinio Priſco regnante tradunt repente in foco comparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus. Eamq́: quæ inſederat ibi: Tanaquilis reginę ancillam. Ocriſiam captiuam conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruium Tullium natũ qui regno ſucceſſit. Inde & in regiæ cubanti puero caput arſiſſe viſum: creditumq́ Laris familiaris filium. Ob id compitalia & ludos laribus primum inſtituiſſe.

Lix foci cinis Vel lixiniꝰ id quid eſt focꝰ Vel conuulſi ſunt. Vel multis incognitis

Mirum de genitali quo ocriſia ãcilla fœta e q̃ Ser. Tul. genuit. Ser. tu. puero ſuper caput flãma emicuit. Ser. laris filius cre. primus laribus ludos iſtituit

¶ CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXXVII. ET VLTIMVS. PROHEMIVM.

¶ Origo gemmarum.

VT NIHIL INSTITVTO OPERI DESIT: GEMMAE SVPER Sunt & in arctum coacta rerũ naturæ maieſtas a multis nulla ſui parte mirabilior. Tamen tribuũt varietati coloribus materię decori. Violari etiam ſignis gẽmas nefas ducentes. Aliquas vero extra ꝓcia vlla taxationẽq́ humanarum opum arbitrantes vt pleriſq́ ad ſummam abſolutamq́ rerũ naturæ contemplationem ſatis ſit vna aliqua gẽma. Quę fuerit origo gẽmarum/ & quibus initiis in tantum hęc ammiratio exarſerit diximus quodam tenus in mentione anni annulorumq́. Fabulæ primordium a rupe cauſacea tradunt. Promethei vinculorum interpretatione fatali. Primumq́ ſaxi fragmentum incluſum ferro ac digyto circundatum hoc fuiſſe annulum/ & hoc gemmam.

Fictitiũ eſſe a Pro. & gẽmæ & annuli primordium in cau. rupe incepiſſe.

¶ De gẽma Polycratis tyranni/ & Pyrrhi regis: & qui ſculptores optimi: & nobilitates artificum: & qui primus dactylothecam romæ habuit. CA.I.

HIs initiis cœpit auctoritas in tantum amorẽ elata vt Polycrati Seuero ſamio iſulaꝝ ac litorũ tyrãno fœlicitatis ſuæ: quã nimiam fatebatur eſſe ipſe: ſatis piamenti in vniꝰ gẽmę voluntario damno videretur: ſi cũ fortunæ volubilitate paria faceret. Planeq́ ab inuidia eius abunde ſe redimi putaret: ſi hoc vnum doluiſſet. Aſſiduo ergo gaudio laſſus ꝓfectus nauigio in altũ annulum merſit. At illũ piſcis eximia magnitudine regi natus eſcæ vice raptum vt faceret oſtentum: in culinam domini rurſus fortunę inſidiantis manui reddidit. Sardonicẽ eam gemmã fuiſſe conſtat: oſtenduntq́ romæ (ſi credimus) in cõcordiæ delubro cornu aureo Auguſtę dono incluſam: & nouiſſimum prope locum tot prelatis optinentem. Poſt hunc annulum regia fama eſt gemmę Pyrrhi illius qui aduerſus romanos bellũ geſſit. Nãq́ habuiſſe traditur acathen: in qua nouẽ muſæ & Apollo cytharam tenens ſpectaretur: non arte ſed ſponte naturę ita diſcurrentibus maculis: vt muſis quoq́ ſingulis ſua redderent̃ inſignia. Nec deinde alia quæ tradatur magnopere gemmarum claritas extat apud auctores: ꝑterq̃ Iſmeniam Choraulem multis fulgentibus vti ſolitum comitãte fabula vanitatem eius dicato in cypro: ſex aureis denariis ꝓ ſmaragdo ĩ qua fuerat ſculpta Amymone iuſſiſſe enumerari. Et cũ duo relati eſſent: imminuto pręcio: male me hercules curatũ dixiſſe. Multũ enim detractũ erat gemmæ dignitati. Hic videt̃ inſtituiſſe vt omnes muſicæ artis hac quoq́ oſtentatione cẽſerent̃: veluti Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus: vt ſibi quoq́ par videretur. Tertiꝰ qui eodem

Vel mobilitate.
De ſardonice Pol. a gẽma deuorata: & tandem reddita.
Vel totius regionem.
Pyrrhꝰ gem. achatem noie habuiſſe dr̃ ĩ qua qd ſculptum vide.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0550-9
DFG

tempore fuit inter muſicos Nicomach⁹ mutas gemmas habuiſſe traditur: ſed nulla peritia electas
ſed ſorte quadam. His exemplis initio voluminis oblatis aduerſus iſtos qui ſibi hanc oſtentationem:
arrogant:vt palam ſit eos tibicinum gloria tumere. Hoc in polycratis gemma quæ demonſtratur il
libata intactaq; ab iſmenię ætate poſt multos annos apparet ſcapi etiam ſmaragdos ſolitos. Confir-
mat hanc eadem opinionem dictum Alexandri magni:quo vetuit in gēma ſe ab alio ſcalpi q̄ a Pyr-
gotele nō dubie clariſſimo artis eius. Poſt eum Appollonides & cronius in gloria fuere. Quiq; Diui vel intercatiē
Augusti imaginem ſimilem expreſſit:qua poſtea princeps ſignabāt Sylla dictator traditione Iugur enteſq;
te ſemper ſignauit. Eſt & apud auctores & inter Catienſem illum cuius patrem. Scipio Aemilianus
ex prouocatione interfecerat:pugnę eius effigie ſignaſſe vulgato Stilonis Pręconini ſale. Quidnam
fuiſſe auctum eum ſi Scypio a patre eius interemptus eſſet? Diuus Auguſtus inter initia ſphinge
ſignauit. Duas autem in matris annulis iam indiſcrete ſimilitudinis inuenerat. Altera per bella ciui
lia abſente eo amici ſignauere æpiſtolas & ædita. Quę ratio temporum nomine eius reddi poſtula- Auguſtus
bat:non in faceto lepore accipientium enigmata afferre eam ſphingem. Quinetiam Mœcenatis ra- ſphīge ſigna
na per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad deuitāda conuitia ſphin bat.
gis Alexaudri magni imagine ſignauit: Gemmas plures:quod peregrino appellant:nomine dacty-
lothecam: primus omnium habuit romæ priuiginus Scyllæ Scaurus. Diuq; nulla alia fuit donec facete dictus
Pompeius magnus eamq; mithridatis regis fuerat:inter dona in capitolio dicaretur. M. Varro:aliį de ſphinge
q; eiuſdem ætatis auctores cōfirmant:multum pręlatam ſcauri. Hoc exemplo Cęſar dictator ſex da Aug. q. enig
ctylothecas in æde Veneris genitricis conſecrauit. Marcellus octauia genitus in palatia Apollinis ma offerete.
æde vnam. Victoria tamen illa Pompei primum ad margaritas gemmaſq; mores inclinauit. L. Sci-
pionis & Cn. Manliį ad cęlatum argētum & veſtes attalicas & triclinia ærata. Sicut. L. Mummiį ad
corinthia & tabulas pictas.

¶De gemmis tranſlatis in triumpho Pōpeiį: & natura cryſtalli & medicinis: & luxuria cir
ca eam: & quando primum inuenta myrrhina: & luxuria circa ea: & natura myrrhinorum: quæ mē-
titi ſunt auctores de ſuccino. CA.II.

ID vti planius noſcat:verba ex ipſis Pompeiį triumphorū actis ſubiįciā. Ergo tertio trium
pho quē de piratis:aſia:ponto:gentibuſq; & regibus in ſeptio operis huius volumine in-
dicatis. M. Pioſone. M. Meſſala conſ. pridie Kalēdas octobris die natalis ſui egit:trāſtulit Alueus luſo-
alueum cum theſſeris luſoriū e gēmis duabus latu pedes tres:longū pedes quattuor. Et rius e duab⁹
ne quis de ea re dubitet nulla gemmarū magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedē- gem. in tri.
te. In quo fuit luna aurea pondo.xxx. Lectos tricliniares tres. Vaſa ex auro & gemmis abacoru no- pom.
uem. Signa aurea tria. Mineruæ matris: & apollinis coronas ex margaritis.xxx.tres. Monte aureū vl̄ circūdat⁹
quadratum cum ceruis & leonibus & pomis omnis generis circundata vitę aurea. Miſeum ex mar- De tertio pō
garitis in cuius faſtigio horologium erat. Imago Cn. Pompeiį e margaritis:illa regio honore grata: peiį triūpho
illius probrioris venerādiq; per cunctas gentes illa inq̄ ex margaritis:ſeueritate victa & veriore luxu vel ſceuum.
ria q̄ triumpho. Quod profecto inter illos viros duraſſet cognomen Magni:ſi prima victoria ſic triū- De pecu. e-
phaſſes de margaritis Magne:tam prodigia re & fœminis reperta:quam habere gereręq; fas non ſit lagritione in
Hinc ſic fieri tuos vultus? ſic te præcioſum videri? Nōne illa ſimilior tui eſt imago:quam pyrenei iu- illo trium.
gis impoſuit? Graue profecto fœdumq; probotum erat:ni verius ſit eum deorum oſtentū credi opor
tere. Clareq; intelligi poſſet iam tum illud caput orientis opibus ſine reliquo corpore oſtētatum. Cæ
tera triumphi eiuſdem q̄ veriſſime ſubiįciam. Reip. datum mille talentum. Legatis & quæſtoribus q̄
oras maris defendiſſent ſeſtertia binaria milia. Commilitibus ſingulis quinquaginta. Tolerabilio-
rem tamen fecit cauſam Caiį principis qui ſuper omnia muliebria oculos induebat e margaritis. Et
Neronis principis qui ſcepſera perſonis hiſtorionum & cubicula viatoria vnionibus conſternebat.
Quinimmo etiam ius videmur perdidiſſe corripiendi gēmata potoria & variæ ſuppellectilis genera vel nō luxu-
annulos tranſeuntes. Quę enim nō luxuria innocentior exiſtimari poſſit? Eadem victoria primum in ria
vrbem murina inuexit. Primuſq; Pompeius ſex pocula ex eo triumpho capitolino Ioui dicauit. Quę
protinus ad hominum vſum tranſire:abacis etiam eſcariįſq; vaſis inde experitis. Excreſcitq; in dies
eius rei luxus murino.lxxx. ſeſtertiįs empto capaci plane ad ſeſtariostres. Caliceq; potauit ex eo ante
hos annos conſularis ab amore abraſo eius margine vt tamen iniuria illa præcium augeret Neq; eſt vel orcis.
hodie murini alterius præſtantior indicatura. Idem in reliquis generis eiuſquātum vouerit licet æſti vel hoc a po-
mare ex multitudine:quæ tanta fuit:vt auferente liberius eius Nerone Domitio thea trum pecu lia- pulo impleri
re trāſ tiberim oreis expoſita occuparēt. Quod a populo impleri canente ſe. Et dum pompeianus canente.
pręludit:etiam Neroni ſatis erat:qui vidit tunc annumerari vnius ſcyphi fracta membra:quæ in do-
lorem credo ſeculi inuidiamq; fortunę tanq̄ Alexādri magni corpus in conditorio ſeruari vt oſtenta-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0551-5

rentur:placebat. T. Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis principis vt menſam eius exhæ
redaret : trullam murrinam.ccc. ſeſtertijs emptam fregit. Sed Nero vt par erat principem vicitom-
nes.cc cc.ſeſtertijs capedinem vnam parando. Memoranda res tanti imperatorem patremq; patriæ
Murrhina quid & vnde
bibiſſe. Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec inſignibus maxime par-
thicis regni. Præcipuę tamen in carmina. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine
nunq̄ paruos excedūt abacos. Craſſitudine rara quanta dictum eſt vaſi potorio. Splendor ijs ſine vi-
ribus:vtroq; verius q̄ ſplendor. Sed in præcio varietas colorum:ſubinde circunagentibus ſe maculis
in purpuram candoremq;:& tertium ex vtroq; igneſcente veluti per tranſitum coloris purpura rube
ſcente:aut lacte candeſcente. Sunt qui maxime in ijs laudent extremitates: & quoſdam colorum re-
percuſſus:quales in cęleſti arquu ſpectantur. His maculæ pingues placent. Tranſlucere quicq̄ aut pa
lere vitium eſt. Item ſales verrucæq; non eminentes:ſed vt in corpore etiam plærūq; ſeſſiles. Aliqua
in odore commendatio eſt. Contraria huic cauſa cryſtallum facit:gelu vehementiore concreto. Nec
alibi certe reperitur:q̄ vbi maxime hybernæ niues rigent:glaciemq; eſſe certum eſt: vnde & nomen
græci dedere: Oriens & hanc mittit. Sed indicię nulla pręfertur. Naſcitur & in aſia viliſſima circa ala
bandam & hortoſiam finitimiſq; montibus:item in cypro. Sed laudeta in europa alpium iugis. Iuba
auctor eſt:& in quadam inſula rubri maris ante arabiam ſita naſci quæ Neron vocetur. Et in ea quæ
vel nepos.
iuxta gemmam topacion ferat. Cubitalemq; efoſſam a Pythagora Ptolemęi regis prefecto. Corneli⁹
Boccus & in luſitania naſci perq̄ mirandi ponderis immenſis iugis deprehenſis ad liberamentū aquę
puteis. Mirum & quod Xenocrates tradit epheſius aratro in aſia & cypro excitari. Non enim inueni
ri in terreno:nec niſi inter cautes creditum fuerat. Similius veri eſt quod idem Xenocrates tradit tor
rentibus ſæpe deportari. Sudines vero negat niſi ad meridiem ſpectantibus locis naſci. Quod certuꝫ
eſt:non enim reperitur in aquoſis :q̄q̄ in regione pręgelida:vel ſi ad vada vſq; glatientur amnes. Cæ-
vel addicat.
leſti humore paruaq; niue id fieri neceſſe eſt:ideo caloris impatiens in frigido potu abdicatur. Qua-
re ſexangulis naſcatur lateribus:non facile ratio inueniri poteſt:eo magis q̄ neq; mucronibus eadeꝫ
ſpecies eſt:& ita abſolutus eſt laterum leuor:vt nulla id arte poſſit æquari. Magnitudo ampliſſima ad
huc viſa nobis erat:quam in capitolio Liuia Auguſta dicauerat:librarum circiter. l. idem Xenocra-
tes auctor eſt:vas amphorale viſum. Et aliqui ex India cryſtallum ſextariorum qnattuor. Nos liqui-
Cryſtallum i alpi. natū.
do affirmare poſſumus in cautibus alpium naſci adeo inuijs vt plærumq; fune pendentes eam extra-
hunt. Peritis ſigna & indicia nota ſunt Infeſtantur plurimis vitijs:ſcabro:ferrugine maculoſa : nube
vel cęlatura.
occulta/aliquando vomica : preduro fragiliq; centro & ſale appellato. Eſt & ruffa aliquibus rubigo.
Alijs capillamentum rimæ ſimile. Hoc artifices littura occultant. Quæ vero ſine vitio ſunt:puras eē
malum aſcenthera appellantes:nec ſpumei coloris lympideq;. Poſtremo vero auctoritas in pondere
eſt. Inuenio medicos quæ ſunt vrenda corporum non alteri vtilius id fieri putare q̄ cryſtallina pyla
aduerſus apoſita ſolis radijs. Alius hic furor. His.centum. l. millibus trullam vnam non ante multos
☞ annos mercatam a matrefamilias nec diuite. Item Nero amiſſarum rerum nuncio accepto duos cali
De feruenti & impatiēti Neronis ira
ces cryſtallinos in ſuprema ira fregit illiſos. Nec fuit ratio ſæculum ſuum punientis : ne quis alius ex
hijs biberet. Fragmenta ſarci nullo modo queunt. Mireq; ad ſimilem acceſſere vitrea : ſed prodigij
modo vt ſuum præcium auxerint: cryſtalli non diminuerint. Proximum locum in delicijs fœmina-
De ſuccino.
rum tamen adhuc tantum ſuccina optinent:eādemq; omnia hęc quæ gemmæ auctoritateꝫ. Sane ma
iorem aliquibus de cauſis cryſtallina & murrina habent. Rigidi potus vtraq;. In ſuccinis cauſam ne
deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occaſio eſt vanitas grecorum diligenter. Legentes modo
æque perpetiantur me de ortu eoruꝫ:cum hoc quoq; interſit vitæ ſcire poſteros quicquid illi prodide
re mirandum. Phaetontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrum
omnibus annis fundere iuſta eridanum amnem quem padum vocamus. Et electrum appellatum:
vel helios.
quoniam ſol vocitatus ſit electros:plurimi poetæ dixere:primiq; vt arbitror: Eſchilus : Philoxenus:
De po. fictiōne & mutatione phae. ſo. in arbo. populos electrum fundentes.
Nicander: Euripides: Satyrus. Quod eſſe falſum italiæ teſtimonio patet. Diligentiores eorum ele-
ctridas inſulas in mari Hadriatico eſſe dixerunt:ad quas dilaberetur padus. Qua appellatione nul-
las vnquam ibi fuiſſe certum eſt. Nec vero vllas ibi appoſitas eſſe in quas quicq̄ curſu padi deuehi poſ
ſit. Namq; q̄ Eſchilus in hyberia hoc eſt in hiſpania eridanum eſſe dixit : eundemq; appellari Rho-
danum. Euripides rurſus & Apollonius in Hadriatico littore confluere rhodanum & padum faci-
liorem veniam facit ignorati ſuccini:in tanta orbis ignorantia modeſtiores : ſed æque falſum prodi-
Phae. i ethi. obijſſe.
dere in extremis Adriatici ſinus rupibus inuijs arbores ſtare : quæ canis ortu hoc effunderent
gummi. Theophraſtus in Liguria effodi dixit. Phaetontem in Aetiopia Hammonis obiſſe. Ob id
delubrum ibi eſſe atq; oraculum. Electrumq; gigni. Philemon foſſille eſſe & in ſcythia erui
duobus locis. Candidum atq; cærei coloris quod vocaretur electrum. In alio loco fuluum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0552-0
DFG

quod appellaretur ſualternicum. Demonſtratus lyncurion id vocat: & fieri ex vrina lyncum beſtiarū
E maribus fuluum & igneum: e fœminis languidius atq; candidum. Aliſ dixere langurium & eſſe in
italia beſtias langurias. zenotenis languas vocat eaſdem: & circa padum iſs vitam affirmat ſudines ar
borem quæ gignat in liguria. In eadem ſententia & Metrodorus fuit. Sotacus credidit in britannia
arboribus offluere: quas electridas vocauit. Pytheas gutonibus germaniæ gentis accolis æſtuarium
mentonomon nomine ab oceano ſpatio ſtadiorum ſexmilium. Ab hoc diei nauigatione inſulam ab-
eſſe abalum. Illo vere fluctibus aduehi: & eſſe cōcreti maris purgamentum. Incolas pro ligno ad ig-
nem vti eo: proximiſq; teutonis vēdere. Huic Timeus credidit: ſed inſulam baſiliam vocauit. Phile-
mon negauit flāmam ab electro reddi. Nicias ſolis radiorum ſuccum intelligi voluit. Hos circa occa
ſuū credit vehemētiores in terram actos pinguem ſudorem in ea parte oceani relinquere: deinde ęſta
tibus in germanorum littora eiſci. Et in ægypto naſci ſimili modo: & vocari ſacal. Itē in india: gratiuſ
q; thure eſſe indis. In ſyria quoq; fœminas verticillos inde facere: & vocare harpaga: quia folia & pa
leas: veſtiumq; fimbrias rapit. Theophraſtus oceano id exæſtuāte ad pyrrhenei promontorium eiſci.
Quod Xenocrates credidit: qui de iſs nupertime ſcripſit. Viuit adhuc Aſarubas: qui tradidit iuxta
athlanticum mare eſſe lacum cephiſida: quem mauri vocant electrum. Hūc ſole excalfactum e limo
dare electrum fluitans. Mneſias africæ locum ſycionem appellatum: & cratinam amneū in oceanum
effluentem e lacu: in quo aues quas meleagridas & penelopas vocant viuere. Ibi naſci ratione eadem
qua ſupra dictum eſt de electride lacu. Theomenes dicit: iuxta ſyrtin magnam hortum heſperidum
eſſe: ex quo in ſtagnum cadat. Colligi vero a virginibus heſperidum. Creſias indis flumen eſſe hypo-
barum: quo vocabulo ſignificetur omnia vaſa ferre bona: fluere a ſeptemtrione in exortum oceanuū
iuxta montem ſilueſtrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas aphytacoras vocari: qua appel
latione ſignificetur prædulcis ſuauitas. Mithridates in germanię littoribus eſſe inſulam: vocariq; eaū
oſericțiam cædri genere ſiluoſam: inde defluere in petras. Xenocratis non ſuccinum tantum in italia:
verum etiam thieum vocari: a ſcythis vero ſacrium: quoniam & ibi naſcatur. Alios putare in numi-
dia gigni ſuper omnes eſt Sophocles tragicus poeta: quod equidem miror tanta grauitate cothurni
& præterea vitę fama alias principe loco genitus athenis rebus geſtis exercitu ducto. Hic vltra indiā
fieri dixit e lachrymis meleagridum auium Meleagrum defluentium. Quod & credidiſſe eum: vel
ſperaſſe aliſs perſuaderi poſſe quis non miretur? quamue pueri iam tam imperitaū poſſe reperiri quę
auium ploratus ānuos credat: lachrimaſue tam grandes: aueſq; e græcia vbi Meleager periſt plora-
tum iſſe in indos? Quid ergo? Non mlta æquę fabuloſa produnt poetæ? Sed hoc ea in re quę quotti-
die inuehatur: atq; abundet: & hoc mendacium coarguat ſerio quenq̄ dixiſſe: ſumma hominum cō-
temptio eſt: & in toleranda mendaciorum impunitas.

De electro variæ opinio nes.

Heſp. hor. iuxta ſyrtin ibi q; ele.

vel principali loco vel adiecto. Mirū figmētum. de meleag. auibus.

## ❡De ortu/ & medicinis/ & generibus/ & luxuria ſuccinorum: & lyncurio/ & medicinæ. CA.III.

CErtum eſt gigni in inſulis ſeptētrionalis oceani: & a germanis appellari gleſſum: itaq; & a
noſtris vnam inſularum ob id gleſſariam appellatam: Germanico Cæſare ibi claſſibus reū
gerente auſtrauiam a barbaris dictam. Naſcitur autem defluēte medulla pinei generis ar
boribus: vt gummi in ceraſis: reſina pinei ſerumpit humoris abundantia: denſatur rigore
vel tepore aut mari cum intumeſcēs æſtus rapuit ex inſulis: certe in littora expellitur: ita volubile vt
pendere videatur atq; conſidere in vado. Quod arboris ſuccum eſſe etiam priſci noſtri credidere ob
id ſuccinum appellantes. Pineæ auteū arboris eſſe indicio eſt pineus in atritu odor: & ꝙ accenſum tæ
dæ modo ac nidore fragret. Affertur a germanis in pannoniam: mox per prouinciam. Inde veneti pri
mum quos græci enetos vocant: rei famam fecere. Proximi pannoniæ id accipientes circa mare ha-
driaticum. Pado vero adnexa fabulę videtur cauſa hodieq; tranſpadanaruū agreſtibus fœminis. Mo
nilium vice ſuccina geſtantibus maxime decoris gratia. Sed & medicinę: quando tonſilis creditur re
ſiſtere: & faucium vitiſs vario genere aquarum iuxta illos infeſtante guttura ac vicinas carnes. Cen-
tum fere milibus paſſuum abeſt a carnunto littus pānonię: ex quo id germanię inuehitur præcogni-
tum nuper. Vidit enim eques romanus miſſus ad id comparandum a Iuliano curante gladiatorium
munus Neronis principis. Qui hæc commertia & littora peragrauit tanta copia inuecta vt retia coer
cendis feris podium protegentia ſuccinis nodarentur. Arma vero & libitina totuſq; vnius diei appa-
ratus eſſet e ſuccino. Maximum pondus iſs glebę attulit. xiiſ. librarum. Naſci & in india certum eſt.
Archelaus qui regnauit in cappadocia illinc cortice inherente tradit aduehi rude: poliriq; adipe ſuis
lactantis inde coctum. Liquidum primo deſtillare argumento ſunt quędam intus tranſluentia: vt for
micæ aut culices: lacertæq; quas adheſiſſe muſteo: non eſt dubium: & incluſas indureſcenti. Genera
eius plura. Candida odoris preſtantiſſimi: ſed nec his nec cære præcium. Fuluis maior auctoritas.

Reuera vbi oriatur. Ele.

veneti a grę. eneti. vel maxie ꝓuinciam

Succi multa genera.

Ex ijs etiamnum amplior tranſlucentibus: præterq̃ ſi nimio ardore flagrent: imaginemq; igneam inesse: non ignem placet. Summa laus falernis a vini colore dictis molli fulgore perſpcis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoq; notum fieri oporteret quocũq; modo tingui libeat: hedorũ ſeuo & anchuſæ radice. Quippe etiã conchylio inficiuntur. Cęterum atritu digytoruʒ accepta vi caloris attrahunt in ſe paleas & folia arida: vt magnes lapis ferrum. Ramenta quoq; ſuccini oleo addito flagrant dilucidius diuciuſq; q̃ lini medulla. Taxatio in delicijs tãta vt hominis quãuis parua effigies viuorum hominum vigentiumq; ꝑcia ſuperet: prorſus vt caſtigatio vna nõ ſit ſatis In corinthijs æs placet auro argentoq; mixtum: in cęlatis ars & ingenia. Murrhinoruʒ & cryſtallinorum diximus gratiam. Vniones ꝙ capite circunferuntur: gemmæ digytis. In oĩbus deniq; alijs vitijs oſtentatio aut vſus placet. In ſuccinis deliciarũ tãtum conſcientia. Domitius Nero in cæteris vitę ſuę portẽtis capillos quoq; cõiugis ſuæ Popeę in hoc nomen adoptauerat quodam etiam carmine ſuccinos appellando. Et qm̃ nullis vitijs deſunt ꝑcioſa nomina ex eo tertius hic quidem colos cœpit expeti a matronis. Vſus tamẽ ſuccinorũ inueniť aliquis in medicina: ſed nõ ob hoc fœminis placet. Infãtibus alligari. Amuleti ratiõe prodeſt. Calliſtratus & cuicũq; ætati cõtra lymphatiões prodeſſe tradit. Et vrinæ difficultatibus potum alligatumq;. Hic & differentiam nouam attulit apppellando chriſolectrum quaſi coloris aurei: & matutino grauiſſimi aſpectus. Rapaciſſimuʒ ignium: & ſi iuxta fuerint celerrime ardeſcens. Hoc collo alligatum: mederi febribus & morbis. Tritum cum melle ac roſaceo auriuʒ vitijs. Et ſi cum melle attico cõteratur: oculorũ quoq; obſcuritatibus. Stomachi etiam vitijs vel per ſe farina eius ſumpta: vel cum maſtice ex aqua pota. Succina etiam gemmis quę ſunt trãſlucidæ: adulterãdi magnum habẽt locum: maxime amethyſtis: cum omni vt diximus colore tingantur. De lyncurio proxime dici cogit. auctorum pertinacia. Quippe etiam ſi nõ electrum id eſſet lyncuriũ tamen gemmam eſſe contendunt. Fieri autem ex vrina quidem lyncis. Sed egeſtam terra protinus beſtia operiente eam: quoniam inuideat hominum vſui. Eſſe autem qualem in igneis ſuccinis colorem: ſalpiq;. Nec folia tantum aut ſtramenta ad ſe rapere: ſed æris etiam ac ferri laminas: quod Diocles quidẽ & Theophraſtus credidit. Ego falſum id totum arbitror. Nec viſam in æuo noſto gemmã vllam ea appellatione. Et quod de medicina ſimul proditur calculos veſicæ eo poto elidi: & morbo regio occurri: ſi ex vino bibatur: aut ſi portetur. Et tamen nunc gemmarũ confeſſa dicemus a laudatiſſimis orſi. Nec vero id ſolum agemus: ſed ad maiorem vtilitatem vitæ obiter coarguetur magorum infanda vanitas: quando illi vel plurima prodidere de gemmis medicinæ ex ijs ſpecies blando prodigio tranſgreſſi.

Lyncuriũ gẽma quõ ex ly. vrnia effici põt: Sʒ tñ id falſuʒ eẽvidetur.

## De adammantis generibus/ & medicinis & margaritis. CA. IIII.

Adamas vbi repertus.

MAximum in rebus humanis non ſolum inter gemmas præclum habet adamas: diu non niſi regibus & ijs admodum paucis cognitis. Vnus modo in metallis repertus: perq̃ raro comes auri: nec niſi in auro naſci videbatur. Veteres eum in æthiopum tãtum metalis inueniri exiſtimauere: inter delubrum mercurij atq; inſulam meroen: dixerũtq; non ampliorem cucumeris ſemine aut colore diſſimilem inueniri. Nunc genera eius ſex noſcuntur. Indici non in auro naſcentis ſed quadam cryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt. Et laterum ſexãgulo lenore turbinatus in mucronẽ: aut duabus contrarijs partibus quo magis miremur: vt ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus iungãtur magnitudine vero etiam auellani nuclei. Similis eſt huic quidem arabicus: minor tantum. Similiter & naſcens cæteris palor gentis & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus hi depræhendũtur: ita reſpuentes ictum: vt ferrum vtrinq; diſſultet: incudeſq; etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inenarrabilis eſt: ſimulq; ignium victrix natura: & nũq̃ incaleſcens. Vnde & nomen indomita vis græca interpretatione accepit. Vnum ex ijs vocant cenchron: qnod eſt milij magnitudine. Alterum macedonicum in philippico auro repertum: & hic eſt cucumi ſemine par. Poſt hos cyprius vocatur in cypro repertus vergens in æreum colorem. Sed in medicina vt dicemus efficaciſſimus. Poſt hunc eſt ſiderites ferrei ſplẽdoris: pondere ante cęteros: ſed natura diſſimilis. Naʒ & ictibus frãgitur: & alio adamãte ꝑforari poteſt. Quod & cyprio venit. Breuiterq; vt degeneres nominis tantum auctoritatem habent. Idq; quod totis voluminibus his docere & mandare conati ſumus de diſcordia rerum cõcordiaq;: quam antipathiam ac ſympatiam appellauere gręci non aliter clarius intelligi poteſt. Siquidem illa inuicta vis duarum violentiſſimæ naturæ reruʒ ferri igniſq; contẽptrix hircino rumpitur ſanguine: ac ne aliter q̃ recenti calidoq; macerata: & ſic quoq; multis ictibus: tunc etiã preterq̃ eximias ĩcudes maleoſq; ferreos frãgens. Cuius hoc ingenio inuẽtũ? Quoue caſu reptũ? Aut quæ fuit cõiectura experiendi rem immenſi ſecreti: & in fœdiſſimo animalium omnium? Profecto muneris talis inuentio hominis eſt. Nec quærenda in nulla parte naturæ ratio: ſed voluntas. Et cum fœliciter rumpere contingit: in tam paruas frangitur cruſtas: vt cerni vix poſſint. Expetuntur a

Miræ de ada. duritia. hinc indomabilis interpretať

Ada. ſolo hircino ſang. tepido mollis efficitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0554-2
DFG

ſcalptoribus ferroq; includuntur: nullam non duriciam ex facili cauantes. Adamas diſſidet cum ma
gnete lapide in tantum: vt iuxta poſitus ferrũ non patiatur abſtrahi: aut ſi admotus magnes apphen
derit: rapiat: atq; auferat. Adamas & venena irrita facit: & lymphationes abigit: metuſq; natos expel
lit a mente: ob id quidam eum achiten vocauere. Metrodorus Sceptius in eadem germania in baltia
inſula naſci in qua & ſuccinum quod equidem legerim: ſolus dicit: & præfert arabicis. Quod falſum
eſſe quis dubitet? Proximum apud nos indicis arabiciſq; magaritis pcium eſt. de quibus in nono di
ximus volumine inter res marinas.

vel atrahi
vel vanos.
Mira de adā. & mag. diſſē tione.
ada. vis mira

## De ſmaragdi generibus: & gēmis viridibus: & tranſlucidis. CA.V

TErtia auctoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis: nullius coloris aſpectu iucũdi
or eſt. Nam hærbas quoq; virentes frondeſq; haud deſpectamus. Smaragdos vero tanto
libentius: qm̃ nihil omnino viridius cõparatũ illis viret. Præterea ſoli gemmarum contui
tu oculos implent: nec ſatiant. Quin & ab intentione alia obſcurata aſpectu ſmaragdi re
creatur acies. Scalpentibuſq; gēmas non alia gratior oculorum refectio eſt: ita viridi lenitate laſſitu
dinem mulcent. Præterea longinquo amplificantur viſu: inficientes circa repercuſſum aera non ſole
mutati: non vmbra: nõ lucernis: ſuperq; ſenſim radiantes: & viſum admittentes: ad craſſitudinem ſui
facilitate tranſlucida. Quod etiam in aqs nõ fit. Idem plerũq; & concaui & viſum colligant. Quapro
pter decreto hominum iis parcitur ſcalpi vetitis. Quanq̃ ſcythicorum ægyptiorũq; tãta durities eſt:
vt nequeant vulnerari. Quorum vero corpus extenſum eſt: eadem qua ſpecula: ratione ſupini imagi
nes rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas ſpectabat ſmaragdo. Genera eorum duo
decim nobiliſſimi ſcythici ab ea gente in qua reperiunt: appellati. Nullis maior auctoritas: nec minꝰ
vitij. Et quantum ſmaragdi a gemmis diſtant: taurũ ſcythici a ceteris ſmaragdis. Proximam laudem
habent ſicut & ſedem bactriani: quos in commiſſuris ſaxorum colligere dicunt eteſis flantibus. Tunc
enim tellure internitent: quia iis ventis maxime harenę mouentur. Sed hos minores multo ſcythicis
eſſe tradunt. Tertiũ locũ ægyptij habẽt qui eruũtur circa copton oppidũ thebaidis in collibus & cau
tibus. Reliqua genera in metallis ærariis inueniunt. Quapropter principatum ex iis ægyptij optinẽt
doſq; eorũ & vt in colore liquido nec diluto: verũ ex humido pinguiq; quaq; reſpiciat imitante tranſ
lucidum mare: pariterq; tranſlucet & nitet: hoc eſt colorem expellit: & aciem recipit. Ferunt & in ea
inſula tumulo reguli Hermię iuxta cerarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis ita
radiantibus etiam in gurgitem vt teriti inſtrumẽta refugerent thinni: diu mirantibus nouitatē piſca
toribus: donec mutauere oculis gēmas. Sed & vitia demonſtrari oportet reperta. Sunt quidem oim
eadem. Quedam tamen nationũ peculiaria: ſicut in homine. Ergo cyprij varie glauci: magiſq; ac mi
nus in eodem ſmaragdo aliis partibus tenorē illũ ſcythicæ auſteritatis nõ ſemp cuſtodiũt. Ad hoc q
buſdam intercurrit vmbra ſurduſq; fit colos q improbatur: etiã dilutior. Hũcq; genera diſtinguntur.
Et ſunt aliqui obſcuri: quos vocãt cæcos. Alij denſi nec e liquido tranſlucidi. Quidã varia nubecula
improbati. Aliud eſt hoc quã vmbra de qua diximus. Nubecula enim albicantis eſt vitium cum viri
dis nõ pertranſit aſpectus: ſed aut intus occurrit: aut excipit in fine viſum candor. Hæc coloris vitia:
iſta corporis capillamentũ ſal: plumbago. Ab iis æthiopici laudantur a copto dierum trium itinere vt
auctor eſt Iuba: acriter virides: ſed non facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere poſuit
hermieos & pſicos. Illos extumeſcẽtes: pinguiter perſicos vero nõ tranſlucidos: ſed iucundi tenoris.
Viſum implere quē non admittant. Filiũ panterarumq; oculis ſimile. Nãq; & illos radire nec perſpi
ci. Eoſdem in ſole hebetari vmbris refulgere: & longius q̃ cæteros nitere. Oim horum etiamnum vi
tium q felis colorem aut æris habent. In ſole dilucidi quidem ac liqdi: ſed nõ virides. Hęc vitia & at
ticis maxie ſentiũtur in argentariis metallis reptis: in loco qui thoricos vocat: ſemp minus pingues &
e longinco ſpecioſiores. Frequẽs & in iis plumbago: hoc ẽ vt i ſole plũbei videãtur. Illudq; peculiare
q quidã ex iis ſemel ſunt: paulatim viriditate euanida: & ſole lædunt. Poſt hos medici plurimũ viri
ditatis hñt interdũ & e ſaphyro. Ii ſunt fluctuoſi: & rerũ imagines complexi vt verbi gratia papauerũ
aut auiũ pinnarũq; vel catulorũ aut ſimiliũ. Qui nõ oino virides naſcũtur: vino & oleo meliores fiunt
Neq; eſt aliorũ magnitodo amplior. Carchedoni neſcio an in totũ exoleuerint: poſtq̃ metalla æris ibi
defecerunt: & ſemp tamen viliſſimi fuere minimiq;. Iidē fragiles ſed colore incerti & virentium in
caudis pauonum columbarũq; collo plumis ſimiles: ad inclinationẽ magis aut minus lucidi. Venoſi
quidem: ſquamoſiq;. Peculiare erat in his vitium ſarcion appellatũ. Hoc eſt quędam gemmæ caro:
Mox iuxta carchedonem in qua legebatur: ſmaragdites vocatus eſt. Iuba eſt auctor ſmaragdum
quẽ cholan vocant: vt in arabia ædificiorum ornamentis includi. Et lapidẽ quem alabaſtritẽ ægyptij
vocant. Complures vero e pximo laconicos in taygeto monte erui medicis ſimiles: & alios in ſicilia.
Inſeritur ſmaragdis & quæ vocatur tanos: e perſis veniens gemma ingrate viridis: atq; intus ſordis

Smaragdi aſpectu ocu. reficitur acies.
vel nos iuuat
vel auctoritas
vel interſa nitent.
vel ex cautibus.
vel pſpiciat.
vel piſces.
vel alacriter
vel ęris.
vel aut acri olei
vel capillorũ

da. Item chalco ſmaragdos e cypro turbida æreis. Theophraſtus tradit: ægyptiorũ cõmentariis reperiri: regi eorum a rege babylonio miſſum ſmaragdum munere. iiii. cubitorum longitudine: & trium latitudine. Et fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcus e quattuor ſmaragdis quadraginta cubitorum longitudine. Latitudine vero in vna parte quattuor: & in altera parte duorum. Se autem ſcribente eſſe in tyro Herculis templo ſtantam pilam e ſmaragdo: niſi potius pſeudo ſmaragdus ſit. Nã & hoc genus reperiri: & in cypro inuentum ex dimidia parte ſmaragdum: ex dimidia iaſpidem: non dum humore in totum transfigurato. Apion cognominatus Pliſtonices: pauloãte ſcriptum reliquit: eſſe etiamnum in labyrintho ægypto coloſſeum Serapin e ſmaragdo nouem cubitorum. Eandem multis naturam aut certe ſimilem habere berylli videntur: in india originem habentes: raro alibi reperti. Poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingeniis: quoniam habeſcunt: ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Aliter. n. politi non habent fulgorem eundem. Probatiſſimi ſunt ex iis qui viriditatem puri maris imitãtur. Proximi qui vocãtur chryſoberylli: & ſunt paulo pallidiores ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic eſt palidius: & a quibuſdam proprii generis exiſtimatur: vocaturq; chryſopraſus. Quarto loco numerãtur hyacinthizontes. Quinto quos heroides vocant. Poſt eos autem cerini. Ac deinde oleagini: hoc eſt colore olei. Poſtremi cryſtallis fere ſimiles. Hi capillamenta habent: ſordeſq;: alioquin euanidi: quę ſunt omnium vitia. Indi mire gaudent longitudine eorum: ſoloſq; gemmarum eſſe prędicant: qui carere auro malint: & ob id perforatos elephantorum fetis religant. Et alios conuenit non oportere perforari: quorum ſit abſoluta bonitas vmbilicis ſtatim ex auro capita comprehendentibus. Ideoq; cylindros ex iis facere malunt q̃ gẽmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quidam & anguloſos putant ſtatim naſci: & perforatos gratiores fieri medula candoris exempta: additoq; auro repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. Vitia præter iam dicta eadem fere quæ in ſmaragdis & pterigia. In noſtro orbe aliquando circa pontum inueniri putantur. Indi & alias quidem gemmas cryſtallo inuento adulterare reperierunt: ſed p̃cipue beryllos minio

mira ſmarag magnitudo.

Colloſſ9 ſe. ex ſmaragdo ix. cu.

Cur Indi ele phan. ſetis ſma. gẽ. pfo. religant

vel cruſtũ tingendo.

¶ De opali generibus/ & vitiis/ & experimentis/ & variis gemmis. CA. VI.

PLurimum ab iis differunt opali ſmaragdis tantum credẽtes. India ſolum & horum eſt mater. Atq; ideo eis, precioſiſſimam gloriam compoſitores gemmarum/ & maxime inenarrabilem difficultatem dederunt. Eſt enim in iis carbũculi tenuior ignis. Eſt Ametyſti fulgẽs purpura. Eſt ſmaragdi virens mare: & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii ſũmo fulgoris augmento colores pigmentorum æquauere. Alii ſulphuris ardentem flammas: aut etiã ignis oleo accenſi Magnitudo nucem auellanam æquat: inſigni apud nos hyſtoria. Siquidem extat hodieq; huius generis gemma: propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt filius Strumæ. Nonii eius: que3 Catulus poeta in ſella curruli viſum indigne tulit. Auuſq; Seruilii Noniani quã conſulem vididimus. Illeque proſcriptus fugiens hunc e fortunis ſuis omnibus annulum abſtulit ſecum. Quem certũ eſt ſeſtertiis. xx. milibus æſtimatu3. Sed mira Antonii feritas atq; luxuria propter gemmam proſcribentis. Nec minor nonii contumacia proſcriptionem ſuam amantis cum etiam feræ abroſas partes corporis relinquant beſtiæ propter quas ſe periclitari ſciant. Vitia opali: ſi color in flore herbæ quæ vocatur heliotropium exeat: aut cryſtallum: aut grandinem. Si ſal interueniat aut ſcabritia: aut cuncta oculis occurſantia: nulloſq; magis india ſimilitudine indiſcreta vitro adulterat. Experimentum in ſole tantum. Falſis enim contra radios libratis digyto a pollice: vnus atq; idem tranſlucet colos in ſe conſumptus. Veri fulgor ſubinde variat: & plus huc illucq; ſpargit: & fulgor lucis in digytos funditur. Hanc gemmam propter eximiam gratiam plęriq; appellauere pederota. Sunt & qui priuatum eius genus faciunt: ſangenonq; ab indis vocari dicunt. Tradunt naſci & in ęgypto & in arabia: & vtiliſſimi in ponto. Item in gallatia ac thaſo & cypro quippe opali gratiam habet. Sed mollius nitet: raro non ſcabet. Summa coloris ex aere & purpura cõſtat. Viriditas ſmaragdi deeſt: Conſtatq; melior ille color: cuius fulgor vini colore fuſcatur: q̃ qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit mulierum maxime ſenatuſcon. Minus certa ſunt de quibus & viri iudicant. Singulorum enim libido ſingulis præcia facit: & præcipue regum. Claudius Cæſar ſmaragdos induebat & ſardonycas. Primus autem Romanorum ſardonycæ vſus eſt prior Africanus: vt tradit Demõſtratus. Et inde romanis hanc gemmam fuiſſe celeberrimam. Quamobrem proximum ei dabimus locũ Sardonyces olym vt ex nomine ipſo apparet intelligebantur candore in ſarda: hoc eſt velut carnibus vngue hominis impoſito & vtroq; tranſlucido. Taleſq; eſſe indicas tradunt Iſmenias. Demõſtratus: Xenothemis. Sotacus: Hi quidem duo reliquas omnes quę tranſluceant cęcas appellantes: quę nũc nomen abſtulere. Nullo ſardarum veſtigio arabicę ſunt cœperuntq; pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi: radice nigra: aut cæruleum imitante: & vnguem creditum enim candido pingui. Nec ſine

vel argumente.

Noni9 ſe. ro. ab antonio vnã ob gemmã proſcriptus.

vel ſcabie.

Aphricanus maior prim9 ſardonice ro. vſus.

vel nõ trãſluceant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0556-3
DFG

quadam ſpe purpurę candore in minium tranſeũte. Has indis non habitas in honore Zenothemis vel vngue
ſcribit tantę alias magnitudinis: vt inde capulos factitarẽt. Eteni conſtat ibi torrẽtibꝰ detegi. Et pla minium
cuiſſe in noſtro orbe initio quoniam ſolæ prope gemmarũ ſcalptæ cærã non auferrent. Perſuaſimꝰ
deinde & indis vt ipſi quoq; iis gauderent. Vtiturq; perforatis vtiq; vulgus tantum in collo. Et hoc
eſt nũc indicarum argumentum. Arabicę excellunt candore circuli ꝑlucido atq; non gracili: neq; i
receſſu gemmæ aut in deiectu renitente: ſed in ipſis vmbonibus nitente. Pręterea ſubſtrato nigerri
mi coloris. Et hoc in indicis cęreum: aut corneum inuenitur: etiam circuli albi: quædam in iis cæle vel nigerri
ſtis arquus anhelatio eſt. Superficies vero locuſtarum maris cruſtis rubentior. Iam mellæ aut fecu- mo colore
lentæ (hoc enim nomen eſt vitio) improbant: & ſi zona alba fundat ſe non colligat. Simili modo ſi ex
alio colore in ſe admittat aliquid enormiter. Nihil enim in ſua ſede alieno interpellari placet. Sũt &
armeniacæ vt cæteræ improbandę ſed pallida zona. Exponenda eſt & onyzis ipſius natura propter
nominis ſocietatem hoc in gemmam tranſilit: & a lapide ex carmania. Sudines dicit in gemma eſſe
candorem vnguis humani ſimilitudine. Item chryſoliti colorem & ſardæ & iaſpidis Zenothemis i
dicam onycem plures habere varietates: igneam: nigram corneã: cingentibus cādidis venis oculi
modo interuenientibus: quat undam oculis obliquis venis Sotacus & arabicam onicem tradit. Sed vel quotũ-
eam a cæteris diſtare ꝙ indica igniculos habeat albis cingentibus zonis ſingulis pluribuſue: aliter dẽ albis.
q̃ in ſardonyce indica: Illic enim momentũ eſſe: hic circulũ: Arabicas onycas nigras inueniri cãdidis
zonis. Satyrus carnoſas eẽ indicas parte carbũculi parte chryſolithi & amethiſti. Totũq; id genꝰ ab Attende.
dicat. Verã aũt onycẽ plurimas variaſq; cũ lacteis zonis habere venas omnium in tranſitu colore in
enarrabili: & in vnum redeunte concentu ſuauitate grata. Nec ſarde natura differẽda eſt diuiduæ
ex eodem nomine. Quapropter omnium obiter gemmarũ ardentium natura indicanda.

¶ De generibus carbunculorum: & vitiis. & experimentis: & gemmis ardentibus CA.VII.

PRincipatum habent carbunculi: a ſimilitudine ignium appellati: cũ ipſi non ſentiãt ignes
ob id a quibuſdam apyruſtæ vocati. Horum genera. indici & grãmatici: quos: & charche
donios vocauere: propter opulentiam carthaginis magnæ. Adiiciunt æthiopicos & alabã Carbũculi
dicos i ortoſia caute naſcẽtes. Sed qui perficiant alabãdes. Præterea in omni genere maſculi appel- gẽmarum
lantur: acriores: at fœminæ languidius refulgẽtes. In maſculis quoq; obſeruant liquidioris alios flã pricipatũ
mæ: nigrioris alios & quoſdã lucidius: ac magis cæteris in ſole flagrãtes. Optimos vero amethyzon hñt vl' apy
tas hoc eſt quorum extremus igniculus in amethyſti violam exeat. Proximus illis quos vocant ſyr- rotos & a-
titas pinnato fulgore radiantes. Inueniri autem vbicunq;: maxime ſolis repercuſſu. Satyrus indicos cauſtos.
non eſſe claros dicit: ac plerũq; ſordidos: ac ſemper fulgoris retorridi. Aethiopicos pingues: lucum Vel pluri-
q; non emittentes: ſed conuoluto igne flagrare. Calliſtratus fulgorem carbunculi debere candidũ mum
eſſe poſuit extremo viſu nubilantem: & ſi ita attollatur: exardeſcentem: ob id a pleriſq; nunc carbũ-
culum candidum vocari. Qui languidius & liuidius ex indicis lucent lithyzontas appellari. Carche
donios multo minores eſſe. Indicos ẽt minus ſextarii vnius menſura cauari. Archelaus carchedoni
os nigrioris aſpectus eſſe: ſed igne vel ſole & inclinatione acris q̃ cæteros excitari. Eoſdem vmbran
te tecto purpureos videri. Sub cælo flãmeos. Contra radios ſolis & ſcintillare. Cæras ſingultibus iis
liqueſcere quãuis in opaco. Multi indicos carchedonis candidiores eſſe: & e diuerſo inclinatiõe he
betari ſcripſere. Etiamnum in carchedoniis maribus ſtellas intus ardere. Fœminas vniuerſum ful-
gorem fundere extra ſe. Alabandicos cæteris nigriores eſſe ſcabroſq;. Naſcunt & in thracia coloris
eiuſdem ignem minime ſentientes. Theophraſtus auctor eſt & in orchomeno arcadiæ inueniri & i
chio. Illos nigriores: e quibus & ſpecula fieri. Eſſe & troezenios varios interuenientibus maculis al- vel vaſcula
bis. Itẽ corynthios ex pallidiore candidos. Maſſilia quoq; importari Boccus/ & Vlyxipone ſcripſit fieri.
magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec eſt aliud difficilius: q̃ diſcernere hæc genera: tã vel corithi
ta eſt in iis occaſio artis ſubditis per quę tranſlucere cogantur. Aiunt ab æthiopibus hebetiores in a os.
ceto maceratos quattuordecim diebus niteſcere: totidem menſibus durãte fulgore. Adulterantur Gẽmęficti
vitro ſimillimæ. Sed cote depræhẽduntur: ſicut aliæ gemmæ factitiæ. Mollior enim materia/ & fra- tiæ cote de
gilis/ & cẽtroſa ſcobe depræhenduntur/ & pondere: quod minus eſt vitreis: aliquando/ & puſtulis ar ꝑhẽdũtur.
genti modo relucentibus. Eſt & antharcitis appellata: in teſprotia/ foſſilis/ carbonibus ſimilis. Falſũ
arbitror quod & in lyguria naſci tradiderunt: niſi forte tunc naſcebantur. Eſſe in iis & pręcincti can
dica vena traduntur: harũq; igneus calor vt ſuperiorum eſt. Peculiare quidem ꝙ iactatæ in ignem
velut intermortui extinguntur. Contra aquis ꝑfuſæ exardeſcunt. Cognata eſt & huic ſãdaſtros: quã
aliqui garamantiten vocant: naſcitur in india loco eiuſdem nominis. Gignitur & in arabia ad meri-
diem verſa. Commendatio ſumma ꝙ velut in tranſlucido ſtellantes intus fulgent aureæ guttæ: ſem

per in corpore: nūq̄ in cute. Accidit religio narrata a ſyderum cognatione ab inſpectatoribus: quo-
niam fere ſtellaꝝ hyadum/ & numero/ & diſpoſitione ſtellantur. Ob hoc a caldeis in cerimonijs ha-
bitæ/ & hic mares auſteritas diſtinguit quodam vigore appoſita tingueſcens. Indicæ quidem etiam
hebetare viſus dicuntur. Blandior fœminis flamma alliciens magis q̄ accendens. Sunt qui præferāt
arabicas indicis. Fumidoq; chryſolito illas ſimiles dicunt. Iſmenias vero negat polliri ſandaſtros ꝓ
pter teneritatem: & ob id in magno errore ſunt: qui gandareſon vocant. Inter omnes conſtat: quan-
tum numero ſtellarum accedat: tantum & precio accedere. Affert errorem aliquādo ſimilitudo no-
minis Sandaſer ꝗ Nicanor ſandaſerion vocauit: alij ſandareſon. Quidaʒ vero hanc ſandaſtron: illaʒ
ſandareſon in india naſcentem illam quoq; & loci nomen cuſtodientem. Mali colore/ aut olei viri-
dis: omnibus improbatam. Ex eodem genere ardentiuʒ lichnites appellata a lucenarum accenſaꝝ
pręcipua gratia. Naſcitur circa orthoſiam/ totaq; caria/ ac vicinis locis. Sed probatiſſima in indis.
Quam quidam remiſſiorem carbunculum eſſe dixerunt. Secunda bonitate ſimilis eſt Iouis appel-
lata a pręlatis floribus. Et alias inuenio differentias. Vnam quę purpura radiet. Alteram quę cocca:
a ſole excalfactas/ aut digytorum attritu: paleas/ & chartarum fila ad ſe rapere. Hoc idem & carche
donius facere dicit̄: q̄q̄ multo vilior prędictis. Naſcitur apud naſamonas in montibus: vt incolæ pu-
tant hymbre diuino. Inuenitur ad repercuſſum lunæ maxime plenæ. Carthaginem quondā depor
tabatur. Archelaus in ęgypto circa thebas naſci tradidit fragiles/ venenoſas/ morienti carboni ſimi-
les. Potoria vaſa/ & ex hoc lapide/ & ex lichnite factitata inuenio. Omnia autē hęc genera ſculpturæ
contumaciter reſiſtunt: partēq; cęræ in ſigno tenent. E diuerſo ad hęc ſarda vtiliſſima/ quę nomen
cum ſardonyce communicauit. Ipſa gemma vulgaris/ & primum ſardibus reperta. Sed laudatiſſima
circa babyloniam cum lapidicinæ quędam aperirentur: hęrens in ſaxi corde. Hocq; modo metal-
vel in epiri lum apud perſas defeciſſe traditur. Sed inueniuntur compluribus alijs locis: ſicut in epiphyra/ & aſ
aſſo/ vel i e ſo in india trium generum rubrum: & quod demium vocant a pinguedine: tertium quod argenteis
pire & aſſo bracteis ſublinitur. Indice pręlucentes craſſiores ſunt arabicæ: īueniunt̄ & circa leucada epiri/ & cir
in ida. ca ęgyptum/ quę bractea aurea ſublinuntur. Et in his autem mares excitatius fulgēt. Fœminæ pin-
guiores ſunt: & craſſius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos vſu frequentior. Hac certe apud
Menandrum/ & Philomeneʒ fabulæ ſuperbiunt. Nec vllæ tranſlucēti tardius ſuffuſo humore hebe-
tantur: oleoq; magis q̄ alio liquore. Damnantur ex iſs melleæ/ & validius teſtaceæ.

De generibus topatij/ & callaide: & gemmis viridibus non tranſlucentibus. CA. VIII.

Egregia etiamnum topatio gloria eſt ſuo virenti genere: & cum reperta eſt prælatæ om-
topaxis qd nibus. Id accidit in arabiæ inſula: quę chytis vocatur. In qua troglodytæ prædones: cum
& vnde to- diutius fame/ ac tempeſtate pręſſi hęrbas/ radiceſq; offenderent: eruerunt topation: Hęc
pātium no Archelai ſententia eſt. Iuba topation inſulam in rubro mari a continente ſtadijs .ccc. ab-
mē ſortitū. eſſe tradit nebuloſam: & ideo quęſitam ſępe a nauigantibus/ ex ea cauſa nomē accepiſſe. Topaxim
Vel alaba- enim troglodytarum lingua ſignificationem habere querēdi. Ex hac primum importatam Bereni
ſtrum. cæ reginæ: quę fuit mater ſequentis Ptolęmei a Philemone pręfecto regis/ ac mire placuiſſe: & ide
factam ſtatuam Arſinoe Ptolęmei Philadelphi vxori quattuor cubitorum ſacratam in delubro/ qd
aureum cognominabatur. Recentiſſimi auctores & circa thebaidis alabaſtræ oppidum naſci dicun
tur. Et duo eius genera faciunt proſoidem/ atq; chryſopteron ſimilem chryſopraſio: eius enim tota
ſimilitudo ad ſuccum porri dirigitur. Eſt autem ampliſſima gemmarum. Eadem ſola nobilium li-
mam ſentit. Cęteræ ſaxo/ & cote poliuntur. Hęc & vſu atteritur. Comitatur eam ſimilitudine pro-
pior q̄ auctoritate callais viridi pallēs. Naſcitur poſt auerſa indiæ apud incolas caucaſi montis phi-
caros/ ac aſdethas amplitudine conſpicua: ſed fiſtuloſa/ ac ſordium plęna. Sincerior multo pręſtāti
orq; in germania. Vtrobiq; autem in rupibus inuijs/ & gelidis: oculi figura extuberans: leuiterq; ad
hęrens: nec vt annata petris: ſed vt appoſita. Q nappropter ſcandere ad eam pigritia peduʒ eqſtres
populos tędet: ſimul & periculum terret. Ergo cūtes e longinquo inceſſunt: & cū toto muſco excu-
Aduerte. tiunt hoc vectigal/ hocq; geſtamen diutius in ceruice/ & digytis gratiſſimum norūt. Is cēſus: hęc glo
ria a pueritia deiectoꝝ numeꝝ p̄dicantiū. In quo varia fortuna. Quidam ictu primo cœpere p̄cla-
ras Multi ī ſecūdo nullas. Et quidem callaides tali ſectura formant̄: alias fragiles. Optim⁹ color ſma
ragdi: vt tn̄ apparet ex alieno eſt ꝗ placeāt. Incluſæ decorāt̄ auro. Aurūq; nullæ magis decēt. Quæ
ſunt eaꝝ pulchriores/ oleo/ vnguento/ & ēt mero colorē depdūt. Viliores conſtantius repręſentant:
neq; eſt mutabilior alia/ aut mēdacior vitri. Sūt qui ī arabia īueniri eas dicūt in nidis auiū/ quas melā
coryphos vocāt. Viridantiū & alia plura ſūt genera. Viliorıq; eſt turbæ paraſi⁹. Cuius blteꝝ gen⁹ ſā-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0558-5

guineis punctis abhorret. Tertiũ virgulis tribus diſtinctũ eſt candidũ. Præferꝭ his Cryſopraſius por
ri ſuccũ & ipſa referente ſed & paulũ declinans a topatio in aurũ. Huic & amplitudo ea eſt: vt cym⸗
bia etiam ex ea fiant. Cylindri quidem celerrime. India has generat & mlion fulgoris ſi ante habe⸗
as breuis & cũ intueare fallacis. Sudines vero dicit & in ſyuero attycę flumie naſci. Eſt autem color
fumidę topatij: aut aliquando melleæ. Iuba in æthyopia gigni tradit: & in littoribus amnis quẽ nilũ
vocauimus: & inde nomen trahere. Nõ trãſlucet molechites ſpiſſius virẽs: a colore maluæ nomine
accepto: reddendis laudata ſignis: & infantium cuſtodia quadã innato cõtra picula ipſorũ medica⸗
mine. Viret: & ſępe tranſlucet iaſpis etiã ſi vict⁹ a multis antiquitatis tamẽ gloriã retinẽs. Plurimę fe
runt eam gẽtes. Smaragdo ſimilẽ indicæ. Cyprij dicunt glaucũ pinguẽq;. Perſę aeri ſimilẽ ob id vo⸗
catur æriʒuſa talis. Et iaſpis eſt cærulea circa thermodoontẽ amnẽ In phrygia purpurea. In cappa
docia ex purpurea cærulea/ atq; nõ refulgens: Thracia indicæ ſimilẽ mittit. Chalcidia turbidã. Sed
minus refert nationes q̃ bonitates diſtinguere. Optima er go quę purpurę quicq̃ habet ſecũda quę
roſę: tertia quæ ſmaragdi. Singulis autẽ græci noia ex argumento dedere. Quarta apud eos vocaꝭ
boria cœlo autumnali matutio ſimilis: & hæc erit illa: quę vocaꝭ æriʒuſa. Similis eſt & ſardę: imitata
& violas. Nõ minus multę ſpecies reliquæ: ſed omnes in vicio: ceruleæ: aut cryſtallo ſimiles: aut my
xis. Item terebynthiʒuſa in proprio vti arbitror cognomine: velut e multis eiuſdem generis compo⸗
ſita gẽmis. Quãobrẽ præſtantiores funda claudũtur: ideſt patentes nec præterq̃ margines auro am⸗
plectente. Vicium eſt/ & breuis in ijs nitor/ & lõge ſplẽdẽs: & ſal: & omnia quæ in cæteris. Et vicio ad
ulterantur: quod manifeſtũ fit: cũ extra fulgorẽ ſpargunt: atq; non in ſe continẽt: nec in diuerſa quę
ſphragidas vocant: Publico gemmarum dominio in ijs tantum dato: quoniam optime ſignent. vel oriẽs

❡ De Iaſpidum genetibus. CA. IX iaſpidum

TOtus vero oriens pro amuletis traditur geſtare eam: quę ex ijs ſmaragdo ſimilis eſt: e pe ſpẽs. xvi.
tra per trãſuerſum linea albã pręcingitur/ & grammatias vocatur: quæ pluribus poligrã tradiꝭ ge⸗
mos. Libet obiter vanitatem magicam hic quoq; coarguere quoniam hanc concionanti ſtare.
bus vtilem eſſe prodiderunt. Eſt & onychi puncta: quæ iaſponyx vocaꝭ: & nubẽ comple Neronis
xa: & niues imitata: quæ ſtellata rutilis punctis eſt: & ſali megarico ſimilis: & veluti fumo infecta: effigies
quę capnias vocatur. Magnitudinem iaſpidis. xi. vnciarum vidimus: formatamq; inde effigieʒ Ne⸗ tho. in ia⸗
ronis thoracatam. Reddetur & per ſe cyaneo gratia accõmodato paulo ante iaſpidis nomine colo⸗ ſpide for⸗
re cęruleo: Optima ſcythica: dein cypria: poſtremo ęgyptia. Adulteratur maxime tinctura: idq; in⸗ mata.
gloria regis ęgyptij adſcribitur: qui primus eam tinxit: Diuiditur autem hęc in mares fœminaſq;.
Ineſt aliquando & aureus puluis nõ qualis in ſaphirinis. Saphirus enim/ & aureis punctis collucet.
Cęruleę/ & ſaphiri/ raroq; cum purpura. Optimę apud medos nuſq̃ tamen perlucidæ. Præterea iu⸗
tiles ſcalpturæ interuenientibus cryſtallinis centris. Quę vero ſunt ex ijs cyanei coloris: mares exi⸗
ſtimantur. Alius ex hocordo purpureis dabitur: & ab his diſcedentibus. Principatum amethyſti in
dicę tenent. Sed in arabia ex ea quoq; parte/ quę finitima ſyrię petręa vocatur/ & in armenia mino⸗
re: & in egypto: & in galatia reperiuntur. Sordidiſſime autẽ atq; viliſſime in tharſo & cypro. Cauſaʒ vel petra.
nominis afferunt: q̧ vſq; ad vini colorem accedẽs: prius q̃ eum deguſtet: in violam deſinit. Fulgor
q; quidam in illa purpure non ex toto igneus: ſed in vini colorẽ deficiens. Perlucent autem omnes
violaceo colore: ſculpturis faciles. Indicę abſolutum purpuræ colorem habent. Ad hãcq; tĩguenti⸗
um officinæ dirigunt vota. Fundũt autem eum aſpectu leniter blandum: neq; in oculos vt carbun⸗
culi vibrat. Alterum earum genus deſcendit ad hyacinthos. Hunc colorem indi ſacon vocant: talẽ
q; gemmaʒ ſacodion. Dilutior vero ex eodem ſapinos vocatur. Eadem & paranites in contermino
getis arabiæ. Quarum vini habet. Quintum ad viciniam cryſtalli deſcendit albicante purpurę deie
ctu. Hoc & minime probatur quando præcellens debet eſſe in ſuſpectu velut ex carbunculo reful⸗
gens quidam in purpura leuiter roſeus nitor. Tales aliqui malunt pederotas vocari. Alij anterotas
Multis Veneris gemmã quod maxime videꝭ decere & ſpecie & colore extremo gẽmæ. Magoꝝ va vel defe⸗
nitas reſiſtere ebrietati eas promittit: & inde appellatas. Et pręterea ſi lunę nomen/ ac ſolis ſcriba⸗ ctu. gẽmę
tur i ijs: atq; ita ſuſpẽdanꝭ collo e capillis cynocephali vel plumis hirũdini reſiſtere veneficijs. Iã ve⸗ ebrietati
ro quoquomõ adeſſe reges adituris Grãdinẽ auertere quoq;/ ac ſimilia ꝓſpere & locuſtas: p̃dicatio reſiſtẽtes
ne addita quã demõſtrant. Nã e ſmaragdis quoq; ſimilia ꝓmiſere: ſi aquilę ſcalperenꝭ: aut ſcarabei: mago.
Quę quidem ſcripſiſſe eos non ſine contemptu/ & irriſu generis humani arbitror. Multum ab ea vanitate.
diſtat hyacinthos: tamen vicino deſcendens. Differentia hęc: quod ille emicans in amethyſto ful⸗
gor violaceus dilutus eſt in hyacintho. Primo quoq; aſpectu gratus: euaneſcit anteq̃ ſatiet: adeo⸗
q; non implet oculos: vt pene non attingat. marceſſens celerius nominis ſui flore. Hyacinthos æthi
opia mittit/ & chryſolitos: aureo colore tranſlucente s. Pręferuntur ijs indicę. Et ſi varię non ſint: ba

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0559-3 DFG

ctrianę. Deterrimę autē arabicæ: quoniā turbidæ ſunt/& variæ: & fulgoris interpellati nubilo macu-
larum: etiam quę lympidis contigere: veluti ſcobe ſua refertę. Optimę vero ſūt: q̄ i collatiōe aurū al-
vel matio ēn aſpe- ctu iucun di. bicare quadā argēti facie cogunt. Eunda includunt perſpicuæ. Cęteris ſubijcitur aurichalcum. Ta-
metſi iam expertes gemmarum vſu appellātur aliqui/& chryſelectri i colorē electri declinātes: ma-
tutinus aſpectus iucūdior. Ponticas depręhendit leuitas. Quędam in ijs duræ ſunt: ruſeq;: quędam
molles/& ſordidæ. Boccus auctor eſt/& in hiſpania repertas: quo in loco cryſtallū dicit ad libramen-
tū aquæ puteis defoſſis inde erutam. Et chryſolitō. xij. pondo a ſe viſam. Fiunt & leucochryſi inter-
ueniente cādida vena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & vitreis ſimiles: veluti croco refulgentes.
Vitreæ vero in viſu diſcerni non poſſint. Tactus autē depręhendit tepidior in vitreis. In eodem ge-
nere ſunt melichryſi: veluti ꝑ auruz ſincero melle tranſlucente: quas india mittit: q̄q̄ ad iniuriā fra-
giles. Eadem & xyſtion parit plebeiā ibi gēmam. Candidaꝝ dux eſt pederos: q̄q̄ poteſt quæri: an
in colore numerari debeat totiēs iactari ꝑ alienas pulchritudines nominis: adeo decoris pręrogati-
ua in vocabulo facta eſt. Eſt & ſuū genus expectatione tanta dignum. Coeunt enim in tranſlucidaz
cryſtallum viridis ſuo modo aer ſimulq; purpura: & quidam vini aureus nitor: ſemper extremus in
viſu: ſed purpura coronatus madere ſingulis videtur his & pariter omnibus. Nec gemmarum vlla
eſt liquidior capiti iucunda: ſuauis/& oculis. Laudatiſſima eſt in indis: apud quos argenon vocatur
Proxima apud ęgyptios: vbi ſenites. Tertia in arabia: verum ſcabra. Mollius radiat pōtica/& aſiati-
ca. Ipſæ vero molliores ſūt: gallatica: & tragica/& cypria. Vitia earū langor: aut alienis turbari colo-
Aſteria. ribꝰ/& q̄ cęterarū Proxima candicātiū eſt aſteria principatum habens proprietate nature: ꝙ inclu-
ſam. Lucē pupillæ modo quendam continet: ac tranſfundit cuz inclinatione velut intus ambulantē
ex alio/atq; alio loco reddēs: eadēq; contraria ſoli regerens candicantis radios: vnde & nomen acce-
pit: difficilis ad cęlandum. Indice pręfert in carmania nata. Similiter cādida eſt quę vocatur aſtrios
cryſtallo propiquās in india naſcens/& in pallenes littoribus intus a cētro: cui ſtella lucet fulgore lu-
næ plęnæ. Quidam cauſa nominis reddunt: ꝙ aſtris oppoſita fulgore rapiat/ac regerat. Optima in
carmina gigni nullāq; minus obnoxiā vitio. Cerauniā. n. vocari q̄ ſit deterior. Peſſimam lucernaruz
lumini ſimilē. Celebrant & aſtroiten: miraſq; laudes eius in magicis Zoroaſtrez ceciniſſe. Quidam
diligentius de ea produnt. Aſtrobolon Sudines dicit oculis piſciū ſimilem eſſe: & radiare cādido vt
ſolem. Eſt inter candidas/& quę ceraunia vocat: fulgorem ſyderū rapiens. Ipſa cryſtallina ſplendo-
ris cęrulei in carmania naſcēs. Albam eſſe Zenothemis fatetur: ſed habere intus ſtellam cōcurſātez
Fieri & hebetes ceraunias: quas nitro/& aceto ꝑ aliquod dies maceratas cōcipere ſtellā eā: quę poſt
totidem menſes relangueſcat. Sotacus & alia duo genera facit cerauniæ: nigras rubenteſq;. Ac ſimi-
les eas eſſe ſecuribus. Per illas quę nigræ ſunt/& rotūdę vrbes expugnari ad claſſes: eaſq; betulos vo-
cari. Quę vero longę ſunt cerauneas. Faciunt & aliam rarā admodū: & parthoꝝ magis queſitā: quo-
niam non alibi inueniat: q̄ in loco fulmine icto. Proximū cerauniæ nomen apud eos habet: quę ap-
pellatur iris. Effoditur in quadā inſula rubri maris: quę diſtat a beronice vrbe. lx. millia paſſuū: cęte-
ra ſui parte cryſtallus. Itaq; quidam radicem cryſtalli eſſe dixerunt. Vocatur ex argumento iris. Nā
Iris lapis arquū cę leſti ſimi lez eiacu lans. ſub tecto percuſſa ſole: ſpecies/& colores arquus cœleſtis i proximos parietes eiaculatur: ſubide mu-
tans/magnaq; varietate ammirationem ſui augens. Sexangulam eſſe vt cryſtallum conſtat. Sed eſſe
aliquas ſcabris lateribus/& angulis inęqualibus dicunt. In ſole aperto proiectas: radios in ſe recan-
dentes diſcutere. Aliquas vero ante ſe proiecto nitore: adiacētia illuſtrare. Colores vero non niſi ex
opaco reddunt: nec vt ipſæ habeant: ſed vt repercuſſu parietem illidant: optimaq;/quę maximos
arquus facit: ſimillimoſq; cœleſtibus. Eſt & alia iris cętera ſimilis/& p̄dura. Quam Horus crematāz
tuſamq; ad ichneumonum morſus remedio eſſe. Naſci autem in perſidæ tradit. Similis eſt aſpectu:
ſed non eiuſdem effectus quę vocatur zeros alba/nigraq; macula i tranſuerſum diſtinguere cryſtal-
lum. Expoſitis per genera colorum principalium gemmis reliquas litteraꝝ ordine explicabimus.

## De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem. CA. X.

Achates i ſiciliæ flu uio reptꝰ. AChates in magna fuit auctoritate: nunc in nulla repta primū in ſicilia iuxta flumen eiuſ-
dem nois: poſtea plurimis locis: excedēs āplitudīe numeroſa: varietatibus diuerſis mu-
tantibus cognomia eius. Vocat. n. phaſpacathes/ cęrachates/ſardacathes/ hęmachates
leucachates/dendrachates velut arbuſcula inſignis. Antachates cū vrit myrrhā redolens. Coraloa-
chates guttis aureis ſaphiri modo diſtincta: qualis copioſiſſima in cręta ſacra appellata. Putāt eā cō-
tra araneoꝝ/& ſcorpionū ictus prodeſſe. Quod in ſiculis vtiq; crediderim: quoniam primum eiꝰ ꝓ-
uinciæ afflatu ſcorpionum peſtis extinguitur. Et india inuentæ contra eadem pollent: & alijs ma-
gnis miraculis: reddunt enim ſpecies fluminum/nemorum: & iumentorum: etiam ederat/& ſtaticu

la:& equorũ ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectaſſe etiam prodeſt oculis: Sitimq; ſedant in os additæ. Phrigiæ viridia non habent. Thebis ægyptiis reperte carent rubentibus venis:& albis. Et hæ quoq; contra ſerpentes validæ. Eademq; auctoritas & cypriis eſt. Sunt etiam qui maxime probent vitream perſpicuitatem in his. Reperiuntur & in thracia circa octham:& in parnaſo:& leſbo:ac meſſenæ:ſimiles limitum floribus & rhodo. Aliç apud magos differentiæ. Leoninę pelli ſimiles potentiam habere cõtra ſcorpiones dicuntur. In perſis vero ſuffitu earum tempeſtates auerti & præterea flumina ſiſti. Argumentũ eſſe ſi in feruentes cortinas additæ refrigerent. Sed vt proſint leoninis iubis alligandas. Nam hiænæ pelli ſimilẽ abhominantur: diſcordialem domibus. Eã vero quæ vnius coloris ſit inuictam athlætis eſſe. Argumẽtum eius ꝙ in olla plena olei cocta cũ pigmentis:& intra duas horas ſubferuefacta: vnum colorem ex omnibus faciat minii. Acopis nitro ſimilis eſt: pumicoſa aureis guttis ſtellata. Cum hac oleum ſubferuefactũ perũctis laſſitudinẽ (ſi credimus) ſoluit Alabaſtrites naſcit̃ in alabaſtro ægypti & in ſyrie damaſco/candore intercincto variis coloribus. Quæ crematã cum foſſili ſale: ac trita grauitates oris & dentium extenuare dicit̃. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie: magnitudine fabæ. Quibus Milonẽ crotonienſem vſum in certaminibus inuictum fuiſſe: videri volunt. Androdamas argenti nitorẽ habet vt adamas: quadrata:& ſemper teſſelis ſimilis magnis: putantq; nomen impoſitũ ab eo ꝙ impetus hominum:& iracundias domet. Eadem ſit an alia argyrodamas: auctores non explicant. Antiphates nigra non tranſlucet. Experimentum eius ſi coquat̃ in lacte facit enim hoc mirrhæ ſimile immiſſa. Eamq; contra effaſcinationes auxiliari magi volunt. Arabica ebori ſimillima eſt & hoc videretur: niſi abnueret duricia. Quamq; putant contra dolores neruoꝝ prodeſſe habentibus. Aromaticis & ipſa in arabia traditur gigni. Sed & in ægypto circa ipſas vbiq; lapidoſa:& myrrhæ coloris & odoris ob hoc reginis frequentata. Aſbeſtos in archadię mõtibus naſcitur: coloris ferrei. Aſpilatem Democritus in arabia gigni tradit ignei coloris. Eã oportere cameli fimo ſplenicis alligari. Inueniri q; in nido arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in leucopetra naſci argentei coloris contra lymphatum habendam: Atizoẽ in india & perſidis acidię monte naſci tradit argẽteo nitore fulgentem: magnitudine trium digytorum ad lenticulæ figuram odoris iucundi: neceſſariam magis regem conſtituentibus. Augites multis non alia videtur eſſe q̃ quæ calais. Amphitanæ alio nomine appellat̃ chryſocolla in indiæ parte: vbi formiceæ eruunt aurum: in qua inuenitur auro ſimilis: quadrata figura: affirmaturq; natura eiusquę magnetis: niſi ꝙ augere quoq; aurũ tradit̃. Aphrodiſiace ex candida ruffa eſt. Apiſtos ſeptenis diebus calorem tenet excalfacta igni nigra ac põderoſa diſtinguentibus eam venis rubentibus: putant prodeſſe cõtra frigora. Agyptillã Iacchus intelligit per album ſarda: nigraq; vena tranſeunte. Vulgus autem in nigra radice cæruleam facit.

Gẽmę i os additæ ſitim ſedantes.

vel fulmina.

Alectoriæ gallina. gemmę viz robur q; preſtantes androdamas hoĩm iracundias frenans.

Vel radiantẽ cũ luna habitũ habẽtẽ eũ.

Apiſtos. vii. diebus calorẽ tenens.

¶ De gemmis per. b. & c. ordinem. CA. XI.

BAlanitæ genera duo habent ſubuirides:& corinthii æris ſimilitudine illa a copto. hæc ex troglodytica regione veniunt medias ſecate flãmea vena. Bratrachitas mittit & coptos. Vnam ranæ ſimilem colore. Alterã ebori. Tertiam rubentis e nigro. Baptes mollis: alioquin odore excellit. Beli oculus albicans pupillam pingit nigram e medio aureo fulgore lucentem. Hæc ꝓpter ſuam ſpeciem: ſa ratiſſimo aſſyriorum deo dicat̃. Aliã aũt quã Belũ vocãt in arbelis naſci Democritus tradit nucis inglãdis magnitudie vitrea ſpecie. Baroptenus: ſiue botrypes nigra ſanguinis:& albis nodis alligata dicit̃: veluti portentoſa. Botrytes alia nigra eſt: alia pãpinea incipienti vuæ ſimilis: Boſtrychitem zoroaſtres vocat crinibus mulierum ſimiliorem. Bucardia bubulo cordi ſimilis: babylone tantũ naſcit̃: Brontia capitibus teſtudinũ ſimili:& cũ tonitruis cadit (vt putant) & fulmine tacta reſtinguit: ſi credimus. Bolenię inueniunt̃ glebæ ſimilitudine. Cheramides eadem eſſet/quam oſtracitem vocant: niſi ꝙ hanc cæruleæ interdum bullę cingunt. Calais ſaphirũ imitatur: candidior:& littoroſo mari ſimilis. Capnites quibuſdã videtur ſuum genus habere pluri- mis ſpiris fumida: vt ſuo loco diximus. Cappadocia & in phrygia naſcitur ebori ſimilis Calamites a calamo ferãtq; plures ſimul cõiunctas inueniri. Catochites corſicæ lapis eſt cæteris maior mirabilis ſi vera traduntur: impoſitam manum veluti gummi retinens. Catopyrites e Cappadocia prouenit: Cepites: ſiue cecopacites candida eſt venarum nodis coeuntibus candore imaginẽ regerẽs. Ceramites teſtæ colorẽ habet. Cynediæ inueniunt̃ in cerebro piſcis eiuſdem nois candidæ & oblõgæ: euentuq; mirandæ: ſi modo eſt fides: preſagere eas habitũ maris nubilo colore aut tranquilitate. Cerotes cærę ſimilis eſt Circos piris. Corſoinides canitiei hois: Coralloachates corallo aureis guttis diſtictę Corallis minio gigniturq; in india & ſyenę. Craterites inter chryſolitũ & electrũ colorẽ habet ꝑduræ naturę. Crocallis ceraſũ repſentat. Ciſſites circa cryptopetra naſcit̃ cãdida:& videtur intus habere partum: qui ſentiatur etiam ſtrepitu. Calcophonos nigra eſt: ſed illiſa æris tinnitum reddit tra-

Vel hebens.

vel barippe.

vel cadmites

vel calamites

vel plures callaicas.

vel ſacca piri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0561-0

DFG

gœdis vt ſuadent geſtanda. Chelidoniæ duorum ſunt generum: hirundinū colore: & alia parte purpureæ nigris interpellātibus maculis. Chelonia oculus eſt indicę teſtudinis: vel portentoſiſſima magorum mēdacijs: melle enim colluto ore impoſitam linguæ futurorum diuinationem præſtare ꝓmittunt quintadecima luna & ſilente tota die: decreſcente vero ante ſolis ortum. Cæteris diebus a prima in ſextam horam. Sunt & chelonitides teſtudinum ſimiles: ex quibus ad tempeſtates ſedandas multa vaticinantur. Eam vero quæ ſit aureis guttis cum ſcarabeo deiectā in aquā feruenté tempeſtates tueri.

Vel moueri.

Chlorites hærbacei coloris eſt: quam dicunt magi eam inueniri in ſcyllæ auis ventre congenitam ei: ferroq̨ includi iubent ad quædam prodigioſa moris ſui. Coaſpites a flumine dicta eſt viridis: fulgoris aurei. Chryſolampis in ęthiopia naſcitur pallidi coloris die: & noctu ignei. Chryſophis aurum videtur eſſe. Cepionides eolide nunc ad arenum pagum quondam oppidum naſcuntur multis coloribus tranſlucentes: alias vitreæ: alias cryſtallinæ: alias iaſpidæ. Sed & ſordidis tātus eſt nitor: vt imagines reddant ceu ſpecula.

Vel ad dardanū nūc pagū.

## ℭDe gemmis per. d. e. g. ordinem. CA. XII.

Daphniam Zoroaſtres & orchaſtres morbis comitialibus demonſtrant. Diadochos beryllo ſimilis eſt. Diphris duplex candida ac nigra: mas ac fœmina: gentile vtriuſq̨ ſexus diſtinguente linea. Dionyſias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis. Quę ex aqua trita: ſapores vini facit: & ebrietati reſiſtere putatur. Draconites ſiue dracontias e cerebro fit draconum: ſed niſi viuentibus abſciſo: nunq̄ gemmaſcit: inuidia animalis mori ſe ſentientis. Igitur mos eſt: vt dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus qui viſam eā gemmā ſibi apud regem ſcripſit: bigis vehi querentes tradit: & viſo dracone ſpargere ſomnifica medicamēta: atq̨ ita præcidere. Eſſe autem candore tranſlucido nec poſtea poliri: aut artem admittere.

Dionyſias gēma contra ebrietatem dracontias.

Encardia cognominatur cardiſete. Vna i qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodē noīe viridi colore: cordis ſpeciē repreſētat. Tertia nigrum cor oſtēdit reliqua ſui pte cādida Enorchis cādida eſt: diuiſaq̨ fragmētis teſtium effigiem repreſentat. Exhebenum zoroaſtres ſpecioſam & candidam tradit: qua aurifices aurum poliunt. Eriſtalis cum ſit candida ad inclinationes rubeſcere videtur. Erotylos eadē quę mepicoros & hieronnemona Democrito laudatur in argumentis diuinationē. Eumetis in bactris naſcitur: ſilici ſimiles: & capiti ſuppoſita viſa nocturna oraculi modo reddit.

Eumetis oraculi mō viſa reddens nocturna

Eumetren Belli gēmā ſanctiſſimi deorum ſibi aſſyrij appellant porracei coloris ſuperſtitionibus gratam. Eupetalos quattuor colores habet: cæruleum: igneum: minij: mali. Eureos nucleo oliuæ ſimilis eſt: Eratus concharum modo non adeo candida Eurotias ſitu videtur operire nigritiam: Euſebes ex eo lapide eſt: ex quo traditur. Tyri in herculis templo facta ſedes: ex qua dij facile ſurgebant. Epimelas fit: cū in candida gemma ſuperne nigricat colos. Galaxiam aliqui galactiten vocāt: ſimilem proxime dictis: ſed intercurrentibus ſanguineis aut candidis venis.

Galactites.

Galactites ex vno colore lactis eſt. Eandem dicunt leucogageam & leucographiam appellant: & ſynephiten lactis ſucco ac ſapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcūditatem infantium quoq̨ alligata collo ſaliuam facere dicitur. In ore autem liqueſcere. Eandem memoriam adimere dicunt. Mittit eam & achelous amnis. Sūt qui ſmaragdum albis venis circunligatum galactiten vocent. Galaicos argyrodamāti ſimilis eſt: paulo ſordidior. Inueniuntur autem binæ vel ternæ. Gaſidanem medi mittunt coloris olorini veluti floribus ſperſam. Naſcitur & in arbellis. Hæc quoq̨ gemma concipere dicitur: & intra ſe partum fateri concuſſa. Concipere autem trimeſtri ſpatio.

Gaſidanes gē ſpatio concipiens trimeſtri.

Gloſſo petra linguæ ſimilis humanæ in terra non naſcitur ſed defficiente luna cœlo decidere: & lenocinanti neceſſaria creditur. Quod ne credamus promiſſi quoq̨ vanitas facit. Ventos enim comprimi narrant. Gorgonia nihil aliud eſt q̄ corallium: nominis cauſa: ꝙ in duritiam lapidis mutatur: emollit marina fulminibus: & typhoni reſiſtere affirmās. Ganianem eadem vanitate inimicorum pœnas efficere promittunt.

vl̄ maria hæc & i: vel emollit maria fulminibus & typhoni

## ℭDe gemmis per. h. i. l. m. n. ordinem. CA. XIII.

Heliotropium naſcit̄ in æthiopia: Africa cypro porracei coloris: ſanguineis venis diſtincta Cauſa nominis: quoniam deiecta in vas aquæ fulgorem ſolis accedentem percuſſu ſāguineo mutat: maxime æthiopica: eadem extra aquam ſpeculi modo ſolem accipit: depræhenditq̨ defectus ſubeuntem lunam oſtendens. Magorum impudentiæ vel manifeſtiſſimum hoc quoq̨ exemplū eſt: quoniam ammixta hærba heliotropio: quibuſdam quoq̨ additis prę cationibus gerētem conſpici negent. Hepheſtithes quoq̨ ſpeculi naturam habet in reddēdis: imaginibus: q̄q̄ rutila. Experimentum eſt ſi feruētem aquam addita ſtati refrigeret: aut ſi in ſolē addita aridam materiam accendat. Naſcitur in coryco. Horminodes ex argumēto viriditatis in cādida gēma vel nigra: & aliquando pallida: ambiēte circulo aurei coloris appellatur. Hexeconthalithos in parua magnitudie multicolor: hoc ſibi nomē adoptauit. Repit̄ in trogloditica regiōe. Hieracites a l

Vel hermiodes. vel harnodochos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0562-6
DFG

ternat tota miluinis nigricans veluti plumis. Hammithis ouis piſcium ſimilis eſt:& alia velut nitro
Hyenia lapi= de ligue ſup poſita futura predicantur.
compoſita prædura alioquin. Hammonis cornu inter ſacratiſſimas æthiopiæ gemmas aureo colo=
re arietini cornus effigiem reddens:promittitur prædiuina ſomnia repræſentare. Hormeſion inter
gratiſſimas aſpicitur ex igneo colore radians auro portante ſecum in extremitatibus candidam lu=
cem. Hyeniæ ex oculis Hyenæ & ob id in vaſe inueniri dicũtur; & ſi credimus:linguæ hominis ſub
dite futura prædicere. Hematites in æthiopia quidem:principalis:ſed & in arabia & africa inueni=
tur ſanguineo colore:non omittenda promiſſis ad coarguendas barbarorum inſidias. zacthalias
Babylonius in his libris quos ſcripſit ad regem Mithridatem humana gemmis attribuit fata: has
non contentus oculorum & iocinerum medicina decoraſſe. A rege etiam aliquid petituris dedit:&
litibus iudiciiſq; interpoſuit in præliis etiam eas ſalutares pronunciauit. Eſt & alia eiuſdem generis
quę vocatur henui ab indis/xanthos appellata græcis e fuluo candicans. Idæi dactili in creta ferreo
colore pollicem humanum exprimunt. Icterias mali cute lurido ſimilis: ideo exiſtimatur ſalubris
contra regios morbos. Eſt & alia eodem nomine liquidior. Tertia folio viridi ſimilis:latior prioribꝰ:
pene ſine pondere:venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis deſcendentibus. Io=
Iouis gēma.
uis gēma candida eſt:nō ponderoſa:tenera. Indica gentium ſuarum habet nomen:ſubruffo colore:
in attritu ſudorem purpureum emanat. Alia eodem nomine candida puluereo aſpectu. Ion apud in
dos violacea eſt:ſed raro ſaturo colore lucet. Lepidotes ſquammas piſcium variis coloribꝰ imitatur
Leſbias leſbi patrię nomē habens inuenitur & in india. Leucoptalmos rutila alias oculi ſpeciem cā=
Vel lineis.
didam nigramq; continet. Leucopetalos candorem niuis ex auro diſtinguit. Libanochos thuris ſi=
militudinem oſtendit:ſed ad ſuccum mellis. Limoniates eadem videtur quæ ſmaragdus. De lipare
hoc tantum traditur:ſuffita ea omnes beſtias euocari. Lyſimachus rhodio marmori ſimilis eſt aure
is venis:pollitur ex marmore:amplitudine in anguſtias coeũte: vt inutilia exterantur. Leucochriſos
fit chriſolito iteralbicante. Mēnonia qualis ſit nō tradit̃. Media nigra eſt a Medea illa fabuloſa inuē
Vl̃ mitridax.
ta habet:venas aurei coloris ſudorem:reddit:croci ſaporem autem vini. Meconites papauera ex=
Vel morochthos.
primit. Mitrax a perſis accepta eſt: & rubri maris mōtibus:multicolor:contra ſolem varie refulgēs
Meroctes porracea lacte ſudat. Morion indica quæ nigerrimo colore trāſlucet vocatur pramnion:
in qua miſcetur & carbunculi colos. Alexandrium vbi ſardæ cyprium. Naſcitur & in tyro & in gala
tia. Xenocrates & ſub apibus naſci tradit. Heæ ſunt gemmæ quæ ad ſtectypas ſcalpturas aptantur.
Myrithes myrrhę colorem habet:faciēq; minimæ gēmæ:vnguēti odorē attrita etiā nardi. Myrme=
tias nigra habet eminentias ſimiles verrucis. Myrſinites melleum colorem habet:myrrhæ odorem
Meſoleucos eſt mediam gemmam candida diſtinguente linea. Meſomelas nigra vena quemlibet
colorem ſecante per medium. Naſomenites eſt ſanguinea nigris venis. Nebrides Libero patri ſacra
nomen traxit a nebridum eius ſimilitudine Sunt & aliæ nigrę generis eiuſdem. Nympharena vrbis
& gentis perſicæ nomen habet:ſimilis hyppopotami dentibus.

De gemmis per o.p. & reliquis litteris per ordinem. CA.XIIII.

OLca barbari nominis e nigro fuluoq; ac viridi & candido placet. Ombria quam aliquino
etiam vocant ſicut ceraunia & Brontia cadere cum hymbribus & fuminibus dicitur: eun=
Brontia lapis cum hym.& ful.labens.
demq; effectum habere quem Brontia narratur. Præterea in aras addita ea traditur liba
menta non amburi. Orites globoſa ſpecie a quibuſdam & ſyderites vocatur ignem nō ſē=
tiens. Oſtracias ſiue octracites eſt teſtacea durior altera achatæ ſimilis: niſi q; achates politura pin=
gueſcit duriori:tanta ineſt vis:vt aliæ gemmæ ſcalpantur fragmentis eius. Oſtracidi oſtrea nomē &
ſimilitudinem dedere. Opphicardelon barbari vocant nigrum colorem binis lineis albis includētі=
bus. De obſidiano lapide diximus ſuperiore libro. Inueniuntur & gemmæ eodem nomine a colore
non ſoluꝫ in æthiopia indiaq;:ſed etiam in ſamo vt aliqui putāt: & in littoribus hyſpanienſis oceani.
Panchros fere ex oibus coloribus cōſtat. Pangonis nō longior digyto: ne cryſtallus videatur:nume
ro pluriū angulorꝫ cauet̃. Paneros qualis ſit a Metrodoro nō dicit̃: ſed carmen Timaridis reginę in
eadem dicatū Veneri nō inelegās ponit:ex quo intelligit̃ additam ei fœcunditatē. Quidaꝫ hāc pāſe
baſton vocāt. Pōticarum plura ſunt genera. Eſt ſtellata nunc ſāguineis/nūc atris guttis q̃ inter ſacras
habet̃. Alia pro ſtellis eiuſdeꝫ coloris lineas habeat. Alia mōtiū conualiūq; effigies. Philogynos quē
Vel oſtreæ.
& chryſiten vocant oſtraciæ atticæ aſſimilata inuenitur in ægypto. phenicites ex balani ſimilitudīe
appellat̃. Phycites alię:perileucos filio ab ore gēmæ ad radicē vſq; cādido deſcendente. Pæantides
quas quidā gemonidas vocant pregnātes fieri:& parere dicunt̃:mederiq; parturientibus. Naꝫ tales
in Macedonia iuxta monumētū. Tireſie inueniunt̃:ſpecieſq; eſt eis aquę glaciatæ. Solis gēma cādi=
da eſt:& ad ſpeciē ſyderis in orbe fulgentes ſpargit radios. Sagdā chaldei adhereſcēteꝫ nauibus ha=

*Marg.:* Selenites lunæ figu. cre. & de cōtinēs. Syderites lapis diſcordias ſeminans. vel theocolithos. Vel vnguētū.

bent inuenitur praſini coloris. Samothracia inſula eiuſdem nominis gēmā dat nigrā: ac ſine pōdere
ligno ſimilem. Sauriten in ventre viridis lacerti arundine deſecti tradunt inueniri. Sarcites bubulas
carnes præſentat. Selenites ex candido trāſlucet melleo fulgore: imaginē lunę cōtinens: redditq; eā
in dies ſingulos creſcentis minuentiſq; numero: naſciq; putaᵗ in arabia. Syderites ferro ſimilis: & lit-
gio illata diſcordias: facit. queq; naſciᵗ in ęthiopia. Sydero pœcilos ex ea fit variātibus guttis. Spō-
gites ſpongię nomen repræſentat. Synodontides e cerebro piſciū eſt: qui ſynodontes vocantur. Syr-
titę in littore ſyrtium iam quidem lucania inueniuntur melleo colore croco refulgentes. I[illegible]us autē
ſtellas continet languidas. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis: perpetua fiſtula cauatur. Trichius
ex africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit: a radice nigrum: medio ſanguineum: ſummo candidum.
Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi candidis radicibus ſpectatur. Telicardios colore cordis perſas
apud quos gignitur magnopere delectat. Maculamq; appellant thracia/ triū generū eſt. viridis aut
pallidior: tertia ſāguineis guttis. Tephriſtes nouæ lunæ ſpeciem habet curuatæ in cornua quamuis
cinerei coloris Theocolithos oleæ nucleo ſimilis videtur: neq; eſt gēmæ honos: ſed lingentium cal-
culos frangit: pellitq;. Veneris crines nigerrimi nitoris continēt in ſe ſpeciem ruffi crinis Veientana
italica gemma eſt: veijs reperta nigram materiam diſtinguēte limite albo. Zathenen in media naſci
Democritus tradit/ electri colore: & ſi quis terat in vino palmeo & croco cere mō lenteſcere odore
magnæ ſuauitatis zmilaces in euphrate naſciᵗ: proconneſo marmori ſimilis: medio colore glauco.
zoroniſios in indo flumine naſcitur: magorum gemma eſſe narratur: neq; aliud amplius de ea.

## De gemmis quæ a membris hominum cognominātur: & quæ ab animalibꝰ: & de ijs quæ a cæteris rebus. CA.XV.

EST etiānū alia diſtinctio: quā equidē feceri ſubinde variata expoſitione. Si quidē a mēbris
corporꝫ habēt noīa. Hepatites a iocinere. Steriates ſingulorꝫ aīaliū adipe numeroſa. Adu
nephros. Theudactylꝰ hic & a ſyris coliᵗ: Triophthalmos ionice naſciᵗ tres hoīs ſimꝉ ocu
los exprimēs: ab aīalibus cognominanᵗ. Carcinias marini cācri colore. Echites vipæ. Scorpites ſcor
pionis aut colore aut effigie. Scarites ſcari piſcis. Triglites muli. Aegophthalmos caprio oculo. Itē
alia ſuillo. Et a gruis collo geranites. Hieracites accipitris. Aetites a colore aqle candicante cauda.
Mymercites innatā repētis formicæ effigiē habet. Scarabeorꝫ cātharias Lycophthalmos quattuor
eſt colorꝫ ex rutilo & ſanguineo/ in medio nigrū candido cingiᵗ: vt luporum oculi: illis p omnia ſimi
lis. Thaos pauoni eſt ſimilis item aſpidi: quā vocari Timoloniam inuenio. Arenarū ſimilitudo eſt in
hammocryſo velut auro arenis mixto. Cenchrites milij granis velut ſparſis. Dyrites e truncis arbo-
rum hęc & ligni modo ardet: Ciſſites in candido collucet ederę folijs quæ totam tenent. Narciſites
venis etiam ederæ diſtinguitur. Cyamea nigra eſt: ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit. Pyrene
ab oliuę nucleo dicta eſt: huic aliquando ineſſe piſcium ſpinæ videntur. Chalazias grandinuȝ & co-
lorem/ & figuram habet adamantinę duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere ſuum frigus.
Pyrites nigra quidem: ſed attritu digytos adurit. Polyzonos nigra multis zonis cādicat. Aſtrapię in
candido aut cyaneo diſcurrunt e medio fulminis radij. In phlegontide intus ardere quædam videᵗ
flamma: quę non exeat. In anthracitide ſintillæ diſcurrere aliquando vidētur. Enhydros ſemper ro
tunditatis abſolutæ in candore eſt leuis: ſed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ouis liquor. Po-
lytrix in viridi capillatur: ſed defluuia comarū facere dicitur. Sunt & a leonis pelle & pantheræ no-
minatę leontios pardalios. Colos appellauit chryſolitum aureus. Chryſopraſū hærbaceus. Melleus
melichrota: quamuis plura eius genera ſint. Melichloron eſt geminus parte flauus: parte melleus

*Marg.:* Chalazias mirā hiis frigi. De Enhyd. liquore intus fluctuans vel inducit. Anāchitide deoruȝ yma. Synochi. infero. vmbræ euocantur.

Drocias croca. Polia canitiem quandam ſparti indicat eandem duriorem. Nigra ſpartopolia. Rho-
dithes a roſa eſt. Melites mali coloris. Chalcitres æreí: Sicites fici. Ratio nominum non eſt in borſy-
cire in nigro: ramoſa candidis aut ſanguineis frundibus. Nec gemite velut in petra candidis mani-
bus inter ſe complexis. Ananchitide in necromantia dicunt euocari imagines deoruȝ. Synochitide
vmbras inferorum euocatas teneri. Dentritide alba defoſſa ſub arbore quæ cędaᵗ ſecuris acieȝ non
hebetari. Et ſunt multo plures: magiſq; monſtrificæ: quibus barbari dedere nomina/ cōfeſſi lapides
eſſe. Nobis ſatis erit in his coarguiſſe dira mendacia.

## De gemmis naſcentibus/ & factitijs: & figuris gemmarum. CA.XVI.

*Marg.:* Lampaſci gē. Alex. data.

GEmme naſcunᵗ repēte nouæ ac ſine noībus: vt lampaſci in metallis auratijs vna inuēta: q̄
propter pulchritudinem Alexandro regi miſſa fuit: vt auctor eſt Theophraſtꝰ. Coclides
quoq; nūc vulgatiſſime famę fiūt verius q̄ naſcunᵗ in arabia reptis ingentibus glebi. Mel-
le excoq tradūt ſeptenis diebꝰ noctibuſq; ſine intermiſſiōe. Ita oī terreno vitioſoq; pulue
re decuſſo purgatā glebā artificuȝ ingenio varie diſtribui in venas: ductuſq; maculaꝝ q̄ maxime vē
dibili ratio ne ſectantium. Quondamq; tante magnitudinis fecere: vt equis regum in oriente fronta

talia atq; pro phaleris penſilla facerent. Et alias omnes gammæ mellis decoctu niteſcunt: pręcipue corſici. In omni alio vſu acrimonia abhorrentis: quæ variæ ſunt & ad nouitatem accedere caliditate ingeniorum contingit: vt nomē vſitatum nō habeant. Phyſes appellant: velut ipſius naturæ admirationem in iſs vendicantes: cum finis nominum nō ſit: quæ perſequi non equidem cogito: innumera ex græca vanitate cōficta. Indicatis nobilibus gemmis: immo etiā plebis rariorum generū dictu dignas diſtrinxiſſe ſatis erat. Illud modo meminiſſe cōuenit increſcentibus variæ maculis atq; verrucis linearum: quę interueniunt multiplici ductu: & colore mutata ſæpius nomina in eadem plerumq; materia. Nunc communiter ad omnium gemmarum obſeruationem pertinētia dicemus opiniones ſecuti auctorum. Caue aut extuberantes viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur: deinde quæ vocatur lenticula: poſtea clipeidos & rotunda: anguloſis minima gratia. Veras a falſis dicernendi magna difficultas. Quippe cum inuentum ſit ex veris gemmis in alterius generis falſas traducere. Sardonices e ceraunijs glutinantur gemmis ita vt deprębendi ars non poſſit: aliunde nigro: aliunde cādido: aliūde nimio ſumptis/oībus in ſuo genere ꝓbatiſſimis. Quinimo etiā extant cōmentarij auctorū: quos non equidē demonſtrari: quibus modis ex cryſtallo tingantur Smaragdi: alæq; tranſlucentes. Sardonix e ſarda. Item cæteræ ex alijs. Neq; eſt vlla fraus vitę lucroſior.

Quæ gē. figura præſtant.

## De ratione probandarum gemmarum. CA.XVII.

NOs contra rationem deprębendendi falſas demonſtrabimus: quando etiam luxuriam aduerſus fraudem muniri decet. Pręter illa quæ in principalibus quibuſq; generibus priuatim diximus. Tranſlucentes matutino probari cenſent: aut ſi neceſſe eſt in quartam horā poſtea vetant. Experimenta pluribus modis conſtant. Primum pondere: ſi grauiores ſētiuntur: poſt hæc corpore. Fictitijs puſtulæ in profundo apparent. Scabritia in cute. In capillamento fulgoris inconſtantia: prius q̄ ad oculos perueniat deſinens nitor. Decuſſi fragmenti paulum quod in lamina ferrea teratur efficaciſſimum experimento excuſant mangones gemmarum. Recuſant ſimiliter & limæ probationem. Obſidianæ fragmenta veras gemmas non ſacrificant. Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt. Tantaq; differentia eſt: vt aliæ ferro ſcalpi non poſſint: aliæ non niſi rettuſo: verum omnes adamante. Plurimum autem in his terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amnes ſunt oaxis: mater: ganges. Terrarum autem omnium maxime india. Et iam peractis omnibus naturæ operibus: diſcrimē quoddam rerum ipſarum facere conueniat. Ergo in toto orbe & in quacunq; cœli conuexitas vergit: pulcherrima eſt omnium rebus meritoq; pricipatum naturæ optinēs italia rectrix parēſq; mūdi altera: viris: fœmis: ducibus: militibus ſeruitijs: artiū præſtātia: ingeniorū claritatibus. Iam ſitu ac ſalubritate cœli atq; temperie: acceſſu cunctarum gentium facili: littoribus portuoſis: benigno ventorum afflatu. Etenim contingit recurrentis poſitio in partem vtiliſſimam & & inter ortus occaſuſq; mediam: aquarum copia nemorum ſalubritate: montium articulis: ferorum animalium innocentia: ſoli fertilitate: pubuli vbertate. Quicquid eſt quo carere vita nō debeat: nuſq̄ eſt pręſtantius: fruges: vinum: olea: vellera: lina: veſtes: iuuenci. Ne equos quidem in trigarijs pręferri vllis vernaculis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri: quamdiu libuit exercere: nullis ceſſit. Et iſs nunc in ſe grauida: pro omni dote varios ſuccos: & frugum pomorumq; ſapores fundit. Ab ea exceptis indię fabuloſis: proxime quidē duxerim hiſpaniā quacūq; ambitur mari. FINIS.

Adamante oēs gemmę ſcalpuntur.

Fluuij gēmiferi.

Italia parens mundi altera

vbertas italię & laus.

Soli Deo laus/honor/& gloria.

Habetis igitur humanarum artium fautores candidiſſimi/naturaliumq; rerum ſcrutatores vigilantiſſimi/Hanc Plynianæ maieſtatis (veluti puriſſimum animi ſimulachrum) ægregiam ęditionem: cum quibuſdam Hermolai barbari viri vndecumq; periti/lecturarū Annotationibus. Necnon & paruulis nec minus vtilibus (ne cuiuſq; lectoris titubans longa verborum reuolutione in aliquid diſquirendo ſuſpendatur animus) floſculorum appendicibus vna cum eorum tabula/nuper nec antehac peruigili cura diligentiq; labore adiunctis. Quæ omnia Parthiſijs ab optimo calcographo Nicolao de Pratis emunctim ſui lucem rurſus eduntur. Anno noſtre ſalutis. M.D.XIIII. Idibus Iunij.

Nicolai Maillard Rothomagenſis/Ad litterarum cultores Epigramma.

Aurea palladio funduntur ſcripta liquore:  
Plurima quo latij dogmata fontis alunt  
Candida cæcropiū reddolent monumēta leporē:  
Blandaq; cū ſuaui numine verba ſonant.  
Condita quæ fuerat Romanæ gloria linguæ:  
Et nitida præſſum luce carebat opus.  
Prouida ſollicito iam terſit cura labore.  
Ecquid Parthiſia clarius vrbe nitet?  
Vos igitur tetricū proceres qui ducitis vnguē.  
Ne rigida gratos fronte ſubite lares.

Zoili ſpeculare diſtichon.

Liuida vipereo lacerentur corda furore:  
Nec ruat in noſtros turba canina ſinus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0566-9

Coll.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0567-5

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0568-1

Anno 1450
Auktionskat. 36
4.4.54 2190,- DM

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0570-0
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-146378-p0571-6
DFG